UNIV.OF
TORONTO
LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

https://archive.org/details/operagraeceetlat03luciuoft

LGr
L937Le

ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ.

LUCIANI SAMOSATENSIS
OPERA
GRAECE ET LATINE

POST
TIBERIUM HEMSTERHUSIUM
ET
JOH. FREDERICUM REITZIUM
DENUO CASTIGATA
CUM VARIETATE LECTIONIS, SCHOLIIS GRAECIS,
ADNOTATIONIBUS ET INDICIBUS
EDIDIT
JOHANNES THEOPHILUS LEHMANN.

TOMUS TERTIUS.

196844
23, 6. 26.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCCXXII.

IMPRESSIT BENEDICT GOTTHILF TEUBNER.

PA
4230
A2
1822
t.3

LUCIANI SAMOSATENSIS

OPERA.

ΜΕΝΙΠΠΟΣ *Beitz. Tom. I. p. 455.*

Η ΝΕΚΤΟΜΑΝΤΕΙΑ. [a])

ΜΕΝΙΠΠΟΣ ΚΑΙ ΦΙΛΩΝΙΔΗΣ.

Argum. Amico narrat Menippus ex Orco redux, quibus artibus usus ad inferos descenderit, quid ibi viderit audieritque, quaque tandem via ad superos redierit. Perstringuntur autem poetarum fictiones de deorum moribus indignae, philosophorum vita cum ipsorum praeceptis pugnans, et magorum artes arcanae; gravissime inprimis petuntur divites ac potentes; eorumque sors olim exspectanda tamquam miserrima depingitur.

De auctore libelli quae conjicere licet, vide in limine Adnott.

ΜΕΝ. Ὦ [b]) *χαῖρε μέλαθρον πρόπυλά θ' ἑστίας ἐμῆς·* 1
Ὡς ἄσμενός σ' ἐςεῖδον ἐς φάος μολών. *Eurip. Herc. f. v. 523.*

ΦΙΛ. Οὐ Μένιππος οὗτός ἐστιν ὁ κύων; οὔμενουν ἄλλος, εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω· Μένιππος ὅλος [c]). *τί δ'* [d]) *αὐτῷ* p. 456.

VARIAE LECTIONES.

a) *ΝΕΚΤΟΜΑΝΤΕΙΑ*] Sic *Fl.* In reliquis *Νεκυομαντία*, quas caussa non erat, cur sequeremur, licet in *Hesychio* idem scribendi vitium reperiatur. Semper apud *Thom. Mag.* *Νεκυομαντεία* in *Ἀκεστής· Διαβόητος· Κάθοδος.* b) Ὦ] deest in Par. cod. 1428. c) *παραβλ. — ὅλος*] Vulg. *παραβλέπω Μενίππους ὅλους.* d) *τί δ'*] *τί οὖν* P. J. et marg. A. 1. W. nec non Par. 2957.

MENIPPUS

SIVE, ORACULUM MORTUORUM CONSULTUM.

MENIPPUS ET PHILONIDES.

Men. Salve domus, aedisque vestibulum meae! ut te lubens adspexi luci redditus!

Phil. Nonne hic Menippus est ille canis? non hercle alius, nisi hallucinor: plane Menippus ipse est.

p. 456. βούλεται τὸ ἀλλόκοτον τοῦ σχήματος, πῖλος, καὶ λύρα, καὶ λεοντῆ e); προςιτέον δὲ ὅμως αὐτῷ f). χαῖρε, ὦ Μένιππε, καὶ πόθεν ἡμῖν ἀφῖξαι g); πολὺν γὰρ χρόνον οὐ πέφηνας h) ἐν τῇ πόλει.

Eurip. Hecub. v. 1. ΜΕΝ. Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα, καὶ σκότου πύλας
Λιπὼν, ἵν' Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν.

ΦΙΛ. Ἡράκλεις, ἐλελήθει Μένιππος ἡμᾶς ἀποθανών· κᾆτ' ἐξ ὑπαρχῆς ἀναβεβίωκεν;

Eurip. ΜΕΝ. Οὔκ, ἀλλ' ἔτ' ἔμπνουν i) Ἀΐδης μ' ἐδέξατο.

ΦΙΛ. Τίς δ' ἡ αἰτία k) σοι τῆς καινῆς καὶ παραδόξου ταύτης ἀποδημίας;

Eurip. Andr. Fr. XI. ΜΕΝ. Νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ θράσος τοῦ νοῦ l) πλέον.

ΦΙΛ. Παῦσαι, μακάριε, τραγῳδῶν, καὶ λέγε οὑτωσί

e) λεοντῇ] λεοντὴ F. A. 1. 2. J. pro more veterum edd. Eadem alibi variatio. f) προςιτέον — αὐτῷ] πλὴν ἀλλὰ προςιτέον γε αὐτῷ codd. 1423. 3011. et ed. *Schm.* Sic et 2954., omissa tamen partic. πλήν. g) ἀφῖξαι] ἀφίξαι F. ἀφίξε J. Verum recte ἀφῖξαι A. 1. 2., quod reliquae secutae. h) πολὺν — πέφηνας] πολὺς γὰρ χρόνος οὗ πέφηνας quatuor Pariss. Unde *Belin.* ἐξ οὗ πέφ. aut χρόνιος γὰρ πέφηνας. Hae sunt exercitationes ingenii, nullius quidem ad genuinum textum restituendum pretii. Vide modo Timon. c. 9. πολὺν ἤδη χρόνον οὐδ' ἀνέβλεψα εἰς τὴν Ἀττικήν. i) ἔμπνουν] ζῶντα P. margo A. 1. W. Est interpretatio genuinae vocis. Sequentem vocem conj. *Guyetus* metri caussa legendam Ἀϊδονεύς. k) Τίς δ' ἡ αἰτία] Τίς ἂν αἰτία σοι cod. 2957. Τίς δὲ ἡ vult *Belin.* l) τοῦ νοῦ] Ita G. P. L. J. V. 2. In ceteris edd. τοῦ νοῦ, nisi quod in P. *Bourdelotius* dederit τε νέου. Pro θράσος *Stobaeus* habet σθένος.

Quid autem ipsi vult insolens habitus, pileus, lyra, leonina pellis? quippe adeundum est ad illum. Salve, Menippe: et unde tu nobis advenisti? jam enim multo abhinc tempore non visus es in urbe.

Men. Venio, mortuorum recessu, caliginisque infernae portis relictis, ubi Orcus procul a Diis sedem nactus est.

Phil. Hercules tuam fidem! nobis ignaris mortem Menippus obierat; tumque denuo rediit in vitam?

Men. Non: sed etiam me spirantem inferna regio recepit.

Phil. At quae caussa tibi fuit novae et fidem superantis hujus peregrinationis?

Men. Juventus me impulit, atque audacia magis quam prudens mentis consilium.

Phil. Desine, vir bone,

πως ἁπλῶς καταβὰς ἀπὸ τῶν ἰαμβείων. τίς ἡ στολή; τί σοι p. 456
τῆς κάτω πορείας ἐδέησεν; ἄλλως γὰρ οὐχ ἡδεῖά τις, οὐδὲ
ἀσπάσιος ἡ ὁδός.

MEN. Ὦ φιλότης, p. 457.

χρειώ με κατήγαγεν εἰς Ἀΐδαο, *Homer.*
Ψυχῇ χρησόμενον Θηβαίου Τειρεσίαο. Od. XI, 163.

ΦΙΛ. Οὗτος, ἀλλ᾽ ἦ m) παραπαίεις· οὐ γὰρ ἂν οὕτως
ἐμμέτρως *) ἐῤῥαψῴδεις πρὸς ἄνδρας φίλους.

MEN. Μὴ θαυμάσῃς, ὦ ἑταῖρε· νεωστὶ γὰρ Εὐριπίδῃ
καὶ Ὁμήρῳ συγγενόμενος, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἀνεπλήσθην τῶν
ἐπῶν, καὶ αὐτόματά μοι τὰ μέτρα ἐπὶ τὸ στόμα ἔρχεται. Ἀτὰρ 2
εἰπέ μοι, πῶς τὰ ὑπὲρ γῆς ἔχει, καὶ τί ποιοῦσιν ἐν τῇ πόλει;

ΦΙΛ. Καινὸν οὐδὲν, ἀλλ᾽ οἷα καὶ πρὸ τοῦ, ἁρπάζουσιν,
ἐπιορκοῦσι, τοκογλυφοῦσιν, ὀβολοστατοῦσιν.

MEN. Ἄθλιοι, καὶ κακοδαίμονες· οὐ γὰρ ἴσασιν οἷα n)
ἔναγχος κεκύρωται παρὰ τοῖς κάτω, καὶ οἷα κεχειροτόνηται τὰ

m) ἀλλ᾽ ἦ] Ita L. et J. ἀλλ᾽ ἢ ceteri omnes, ἄλλως marg. A. 1. W. *) ἐμμέτρως] ἀμέτρως conj. *Seager.* n) οἷα ἔναγχος] ὅσα ἔν. conj. *Belin.*

tragicos numeros recitare, et dic ita simpliciter pedestri sermone, ubi descenderis a jambis, quis ille sit ornatus? quid tibi itinere ad inferos suscipiendo opus fuerit? est enim alioquin haud jucunda, neque expetenda via.

Men. Amicorum suavissime, negotium me necessarium deduxit ad Orci domos, umbram ut consulerem Thebani Tiresiae.

Phil. At tu plane deliras: aliter enim non ita modulatos versus occentares hominibus amicis.

Men. Ne mirere, mi sodalis: nuper enim Euripidem et Homerum cum convenerim, nescio quo pacto repletus sum versibus, et sponte sua mihi numeri in os veniunt. Verum dic mihi, ut se res in terris habeant, et quid faciant in urbe?

Phil. Nihil quidem novi, sed perinde atque antehac rapiunt, pejerant, sordide foenerantur, usuras extendunt.

Men. Miseros atque infelices! ignorant enim, qualia nuper admodum sancita sint apud inferos, et qualia sint perlata cunctis suf-

p. 457. ψηφίσματα [o]) κατὰ τῶν πλουσίων, ἅ, μὰ τὸν Κέρβερον, οὐδεμία μηχανὴ τοῦ [p]) διαφυγεῖν αὐτούς.

ΦΙΛ. Τί φῄς; δέδοκταί τι νεώτερον τοῖς κάτω περὶ τῶν ἐνθάδε;

ΜΕΝ. Νὴ Δία καὶ πολλά γε [q]). ἀλλ' οὐ θέμις ἐκφέρειν
p. 458. αὐτὰ πρὸς ἅπαντας, οὐδὲ τὰ ἀπόῤῥητα ἐξαγορεύειν, μή καί τις ἡμᾶς γράψεται [r]) γραφὴν ἀσεβείας ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος.

ΦΙΛ. Μηδαμῶς [s]), ὦ Μένιππε, πρὸς τοῦ Διὸς, μὴ φθονήσῃς τῶν λόγων φίλῳ ἀνδρί [t]). πρὸς γὰρ εἰδότα σιωπᾷν ἐρεῖς· τάτ' ἄλλα καὶ πρὸς μεμνημένον [u]).

ΜΕΝ. Χαλεπὸν μὲν ἐπιτάττεις τοὐπίταγμα, καὶ οὐ πάντη ἀσφαλές [x])· πλὴν ἀλλὰ σοῦ γε ἕνεκα τολμητέον. ἔδοξε δὴ τοὺς πλουσίους τούτους, καὶ πολυχρημάτους, καὶ τὸ χρυσίον κατάκλειστον, ὥςπερ τὴν Δανάην, φυλάττοντας [y]) — —

o) τὰ ψηφίσματα] Omittunt articulum codd. 1428., 2954. et 3011. nec non ed. *Schm.* p) τοῦ] τὸ P. marg. A. 1. W. Modo οὐ δὲ μία F. ut fieri saepe solet in primis edd. q) πολλά γε] γε e tribus codd. Pariss. et ed. *Schm.* Vulg. abest. r) γράψεται] γράψηται P. A. 1. W. codd. Pariss. quatuor et hinc *Schm.* Vid. ad Diall. Mortt. X, 1. s) Μηδαμῶς] μὴ δῆτα codd. 1428. 2954. et 3011. *Belin.* et *Schm.* t) τῶν λόγων φίλῳ ἀνδρὶ] ἀνδρὶ φίλῳ τ. λ. mutato ordine codd. 2954. et 3011. *Belin.* et *Schm.* u) μεμνημένον] μεμνημένόν vitiose in B. 2. P. et Lips. Vid. Navig. c. 11. x) ἀσφαλές] εὐσεβές codd. 1428. et 3011. probante *Belino*, injuria. y) φυλάττοντας] Nondum finitam orationem vulgo non indicarunt signo suo.

fragiis scita adversus divites, quae sane per Cerberum nullis machinis effugere licebit.

Phil. Quid ais? novumne aliquod factum est ab inferis decretum de superis, qui hic sunt?

Men. Per Jovem sane multa: verum fas non est illa efferre ad omnes, neque arcana evulgare, ne quis etiam nobis dicam scribat impietatis apud Rhadamanthum.

Phil. Ne tu, Menippe, per Jovem, ullo pacto invideas hosce sermones homini amico: ad eum, qui tacere sciat, dixeris; praetereaque ad initiatum.

Men. Difficile quidem mandas mandatum, neque usque quaque tutum: attamen tui gratia audendum est. Visum igitur est divites illos, ac pecuniosos, qui aurum occlusum, tanquam Danaën, servant —

ΦΙΛ. Μὴ πρότερον εἴπῃς, ὦ 'γαθὲ, τὰ δεδογμένα, πρὶν p. 458.
ἐκεῖνα διελθεῖν, ἃ μάλιστ' ἂν ἡδέως ἀκούσαιμί σου, τίς ἡ ἐπί-
νοιά σοι [z]) τῆς καθόδου ἐγένετο, τίς δὲ ὁ τῆς πορείας ἡγε-
μών· εἶθ' ἑξῆς ἅτε εἶδες, ἅτε ἤκουσας παρ' αὐτοῖς [a]). εἰκὸς
γὰρ δὴ φιλόκαλον ὄντα σε μηδὲν τῶν ἀξίων θέας ἢ ἀκοῆς πα-
ραλιπεῖν.

MEN. Ὑπουργητέον καὶ ταῦτά σοι. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι 3
τις, ὁπότε φίλος ἀνὴρ βιάζοιτο; καὶ δὴ πρῶτά σοι δίειμι τὴν
γνώμην τὴν ἐμὴν, καὶ ὅθεν ὡρμήθην [b]) πρὸς τὴν κατάβασιν.
ἐγὼ γὰρ, ἄχρι μὲν ἐν παισὶν ἦν, ἀκούων Ὁμήρου καὶ Ἡσιό- p. 459.
δου, πολέμους καὶ στάσεις διηγουμένων οὐ μόνον τῶν ἡμιθέων,
ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἤδη τῶν θεῶν, ἔτι δὲ καὶ μοιχείας αὐτῶν, καὶ
βίας, καὶ ἁρπαγὰς, καὶ δίκας, καὶ πατέρων ἐξελάσεις, καὶ
ἀδελφῶν γάμους, πάντα ταῦτα ἡγούμην [c]) εἶναι καλὰ, καὶ οὐ
παρέργως ἐκνώμην [d]) πρὸς αὐτά. ἐπεὶ δὲ εἰς ἄνδρας τελεῖν

z) *τίς ἡ ἐπίνοιά σοι*] Vulg. *ἥτις αἰτία σοι.* *Thom. Mag.* s. *Κάθοδος* laudat verba: *τίς ἡ ἐπίνοιά σου.* Sic et codd. 2954. 3011. et 1428. probante *Schm.* Nos *Hemsterhusii* judicium secuti, retinuimus tamen *σοι* ex vulgata. Cf. Icarom. c. 3. a) *παρ' αὐτοῖς*] *παρ' αὐτῶν* cod. 1428. b) *ὡρμήθην*] *ὁρμήθην* F. et Lips. c) *ἡγούμην*] *ἐνόμιζον* tres codd. Pariss. et *Schm.* d) *ἐκνώμην*] Sic tres codd. Pariss. et *Schm.* Vulg. *ἐκινούμην.*

Phil. Ne prius dixeris, o bone, quae decreta sunt, quam ista fueris persecutus, quae libentissime audiverim ex te; quae caussa tibi descensus constiterit, quisque fuerit itineris dux? tum deinde quae visu, quaeque auditu acceperis apud eos: quippe credibile est, te hominem elegantem nihil eorum, quae videri audirique merebantur, praetermisisse.

Men. Haec etiam opera tibi navanda est: quid enim aliquis faciat, quando blande vir amicus cogit? Jamque primum tibi enarrabo consilium meum, et unde impetum descendendi ad inferos ceperim. Equidem dum adhuc in pueris eram, audiebamque Homerum et Hesiodum bella et factiones narrantes non solum semideorum, sed ipsorum etiam Deorum, praetereaque eorum adulteria, vim, raptus, judicia, parentum expulsiones, fratrum nuptias, cuncta illa ducebam esse honesta, nec mediocriter ad ea commovebar (*titillabar*). Ubi vero virilem aetatem ingredi coepi,

p. 459. ἠρξάμην, πάλιν αὖ ἐνταῦθα ἤκουον τῶν νόμων τἀναντία τοῖς ποιηταῖς κελευόντων, μήτε μοιχεύειν, μήτε στασιάζειν, μήτε ἁρπάζειν. ἐν μεγάλῃ οὖν καθειστήκειν [c]) ἀμφιβολίᾳ, οὐκ [f]) εἰδὼς ὅ, τι χρησαίμην ἐμαυτῷ. οὔτε γὰρ τοὺς θεοὺς ἄν ποτε ἡγούμην μοιχεῦσαι καὶ στασιάσαι πρὸς ἀλλήλους [g]), εἰ μὴ ὡς περὶ καλῶν τούτων ἐγίνωσκον [h])· οὔτ᾽ ἂν τοὺς νομοθέτας τἀναντία τούτοις παραινεῖν, εἰ μὴ λυσιτελεῖν ὑπελάμβανον.

4 Ἐπεὶ δὲ διηπόρουν [i]), ἔδοξέ μοι ἐλθόντα [k]) παρὰ τοὺς καλουμένους τούτους φιλοσόφους, ἐγχειρίσαι τε ἐμαυτὸν, καὶ δεηθῆναι αὐτῶν χρῆσθαί μοι ὅ, τι βούλοιντο, καί τινα ὁδὸν ἁπλῆν [l]) καὶ βεβαίαν ὑποδεῖξαι [m]) τοῦ βίου. ταῦτα μὲν δὴ φρονῶν προςῄειν αὐτοῖς· ἐλελήθειν δ᾽ ἐμαυτὸν ἐς αὐτό, φασι,
p. 460. τὸ πῦρ ἐκ τοῦ καπνοῦ βιαζόμενος. παρὰ γὰρ δὴ τούτοις μάλιστα εὕρισκον ἐπισκοπῶν τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὴν ἀπορίαν πλείονα· ὥςτε μοι τάχιστα χρυσοῦν [n]) ἀπέδειξαν οὗτοι τὸν τῶν

c) καθειστήκειν] καθιστήκειν J. et Arg. καθεστήκειν Lipſ. Mox ὅτι F. et Lips. f) οὐκ] μηδὲ codd. 1425. et 3011. g) ἡγούμην — πρὸς ἀλλήλους] alio ordine μοιχεῦσαι κ. στ. πρ. ἀλλ᾽ ἡγούμην. Codd. tres Pariss. h) ἐγίνωσκον] ἐγίγνωσκον F. codd. 2957. et 3011. et hinc *Schm.* i) διηπόρουν] ἠπόρουν codd. 1428. et 2954. k) ἐλθόντα] ἐλθόντι conj. *Belin.* praecipitanter. Cf. paullo post c. 6. καί μοι — ἔδοξεν ἐς Βαβυλῶνα ἐλθόντα δεηθῆναι etc. l) ἁπλῆν] ἁπλὴν Arg. et Lips. ἀπαλὴν tres codd. Pariss. m) ὑποδεῖξαι] παραδεῖξαι C. et Sch. G. n) χρυσοῦν] χρυσὸν conj.

e contrario tum leges audiebam, quae pugnantia poëtarum praeceptis jubebant, non moechari, neque seditiones excitare, nec rapere. In magna igitur versabar haesitatione, ignarus quid me facerem: neque enim Deos unquam arbitrabar moechatos fuisse, mutuisve seditionibus collisos, nisi has res honestas esse judicassent; nec rursus legislatores his contraria praecipere, nisi ea conducere putassent. Quoniam itaque incertus haerebam, visum mihi fuit, ut ad eos, quos vocant, philosophos accederem, meque ipsum traderem, ac rogarem, me quo vellent modo uterentur, et viam aliquam vitae simplicem ac tutam mihi praemonstrarent. Hoc animo adibam eos, minime prospiciens fore, ut in ipsum, quod ajunt, ignem ex fumo me inferrem: etenim apud hosce maxime inveniebam, re considerata, inscitiae dubitationisque plus; adeo ut cito aurum (*auream*) esse persuaderent

ἰδιωτῶν βίον. ἀμέλει ὁ μὲν αὐτῶν παρῄνει τὸ πᾶν ἥδεσθαι, καὶ p. 460.
μόνον τοῦτο ἐκ παντὸς μετιέναι· τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ εὔδαιμον. ὁ δέ τις ἔμπαλιν, πονεῖν τὰ πάντα, καὶ μοχθεῖν, καὶ τὸ σῶμα καταναγκάζειν, ῥυπῶντα, καὶ αὐχμῶντα, καὶ πᾶσι δυσαρεστοῦντα, καὶ λοιδορούμενον, συνεχὲς ἐπιῤῥαψῳδῶν τὰ o) πάνδημα ἐκεῖνα τοῦ Ἡσιόδου περὶ τῆς ἀρετῆς ἔπη, καὶ τὸν p. 461.
ἱδρῶτα, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ ἄκρον ἀνάβασιν. ἄλλος καταφρονεῖν χρημάτων παρεκελεύετο, καὶ ἀδιάφορον p) οἴεσθαι τὴν κτῆσιν αὐτῶν. ὁ δέ τις αὖ πάλιν q), ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸν πλοῦτον αὐτὸν ἀπεφαίνετο. περὶ μὲν γὰρ τοῦ κόσμου τί χρὴ καὶ λέγειν; ὅς γε ἰδέας, καὶ ἀσώματα, καὶ ἀτόμους, καὶ κενὰ, καὶ τοιοῦτόν τινα ὄχλον ὀνομάτων ὁσημέραι παρ' αὐτῶν ἀκούων ἐναντίων r). καὶ τὸ πάντων δεινῶν s) ἀτοπώτατον, ὅτι περὶ τῶν ἐναντιωτάτων t) ἕκαστος αὐτῶν λέγων, σφόδρα νικῶντας

Hemst. Sed χρυσοῦς βίος simili sensu de Mort. Peregr. c. 33. o) ἐπιῤῥαψῳδῶν τὰ] ἐῤῥαψῳδοῦντα πάνδ. cod. 1428. vitiosius, quam *Belino* visum. p) ἀδιάφορον] διάφορον F. In reliquis edd. bene correctum. q) αὖ πάλιν] ἔμπαλιν *Schmiederus*, seductus lectione cod. 2957. et temerario *Belini* judicio. cf. supra c. 3. Piscat. c. 45. Vid. *Schaefer.* Meletemm. p. 39. r) ἐναντίων] In cunctis edd. ἐναντίων. *Benedictus* praeterea ἀκούων mutaverat in ἤκουον structurae juvandae caussa. Ego certissimam emendationem reposui. *T. H.* Confirmata cod. 2954. et recepta a *Schm.* s) δεινῶν] Suspectum *Jacobsio*, quod aut eiiciendum, aut mutandum in ἐκείνων. At vid. adnot. t) ὅτι περὶ τῶν ἐν.] περὶ μὲν γάρ τοι τῶν ἐν. F. et codd. 2954. et 1428.

idiotarum vitam. Ecce enim hic eorum praecipiebat omnino voluptati indulgere, idque solum omni modo persequi; nam ea in re sitam esse felicitatem: ille contra, in labore perpetuo versari, corpusque contundere sordidum et squalentem, cunctis offensum et convicia ingerentem, dum continuo inculcat illa pervulgata Hesiodi de virtute carmina, sudoremque, et in summum verticem adscensum: alius despicere opes adhortabatur, et indifferentem putare possessionem earum: at alius iterum in bonis etiam esse divitias decernebat: nam de mundo quid attinet dicere? Siquidem ideas, incorporea, individua, spatia vacua, talemque turbam vocabulorum quotidie ab iis dum audiebam, nausea mihi oriebatur. At omnium illud absurdissimum, quod de rebus plane contrariis cum

p. 462. καὶ πιθανοὺς λόγους ἐπορίζετο [u]), ὥςτε μήτε τῷ θερμὸν [x])
τὸ αὐτὸ πρᾶγμα λέγοντι, μήτε τῷ ψυχρὸν, ἀντιλέγειν ἔχειν,
καὶ ταῦτα, εἰδότα σαφῶς, ὡς οὐκ ἄν ποτε θερμόν τι εἴη [y])
καὶ ψυχρὸν ἐν ταὐτῷ χρόνῳ. ἀτεχνῶς οὖν ἔπασχον τοῖς νυστά-
ζουσι τούτοις [z]) ὅμοιον, ἄρτι μὲν ἐπινεύων, ἄρτι δὲ ἀνανεύων
ἔμπαλιν. Ἔτι δὲ πολλῷ τοῦτο ἐκείνων ἀτοπώτερον [a])· τοὺς
γὰρ αὐτοὺς τούτους εὕρισκον ἐπιτηρῶν ἐναντιώτατα τοῖς αὐτῶν
λόγοις ἐπιτηδεύοντας. τοὺς γοῦν καταφρονεῖν παραινοῦντας
χρημάτων, ἑώρων ἀπρὶξ ἐχομένους αὐτῶν, καὶ περὶ τόκων δια-
φερομένους, καὶ ἐπὶ μισθῷ παιδεύοντας, καὶ πάντα ἕνεκα τού-
p. 463. των ὑπομένοντας. τούς τε τὴν δόξαν ἀποβαλλομένους, αὐτῆς
ταύτης χάριν τὰ πάντα καὶ πράττοντας καὶ λέγοντας [b])· ἡδο-

u) ἐπορίζετο] ἀπορίζετο A. 2. x) τῷ θερμὸν] τὸ θερμὸν codd. 1428. et 3011. y) θερμόν τι εἴη καὶ ψυχρ.] θερμ. εἴη τι καὶ ψ. cod. 2957. z) τούτοις] τοῦτο conj. *Hemst.* At vid. adnot. a) ἔτι δὲ — ἀτοπώτερον] πολλῷ δὲ τούτων ἐκεῖνο γελοιότερον cod. 2957. γελοιότερον habent etiam P. L. margo A. 1. W. b) αὐτῆς ταύτης — λέγοντας] Vulg. αὐτῆς ἕνεκα πάντα ἐπιτηδεύοντας. Ad quae *Hemsterhusius* haec notavit: „αὐτοῖς F. vitiose. Major variatio in P. αὐτοῦ ταύτου (τούτου) χάριν τὰ πάντα καὶ πράττοντας καὶ λέγοντας· cum quibus fere consentiunt Excerpta L. αὐτῆς ταύτης χάριν τὰ πάντα καὶ λέγοντας καὶ πράττοντας. Poterant haec *Luciano* non indigna videri, si certa vetustarum membranarum fide niterentur: formula loquendi solemnis πάντα λέγειν καὶ πράττειν, *omnem movere lapidem, nihilque intentatum relinquere.*“ Atqui exhibent codd. 1428. et 3011. αὐτῆς ταύτης ἕνεκα, quod recepit *Schm.* et in cod. 2957. legitur: αὐτῆς ταύτης χάριν τὰ πάντα καὶ πράττοντας καὶ λέ-

unusquisque eorum diceret, valde praestantes probabilesque rationes suppeditabat; sic ut neque ei, qui calidum esse idem adfirmaret, neque alteri, qui frigidum, contradicere posses; idque licet scires perspicue, nunquam rem eandem et calidam esse et frigidam eodem tempore: prorsus ergo simile quiddam accidebat mihi, atque dormitantibus, nunc ut adnuerem, mox vice versa renuerem. Praeterea vero longe hoc istis erat absurdius: nam illos ipsos inveniebam observando valde contrariam suis sermonibus ac doctrinae vitae rationem instituere. Eos itaque, qui contemnere praecipiunt opes, animadvertebam illum in modum iis adhaerere, ut inde divelli non possent, de usuris litigare, pacta mercede docere, nihil non pecuniae caussa

νῆς τε αὖ σχεδὸν ἅπαντας κατηγοροῦντας, ἰδίᾳ δὲ μόνῃ ταύτῃ p.463.
προσηρτημένους. Σφαλεὶς οὖν καὶ ταύτης c) τῆς ἐλπίδος ἔτι 6
μᾶλλον ἐδυσχέραινον, ἠρέμα παραμυθούμενος ἐμαυτὸν, ὅτι d)
μετὰ πολλῶν, καὶ σοφῶν, καὶ σφόδρα ἐπὶ συνέσει διαβεβοημέ-
νων, ἀνόητός τέ εἰμι, καὶ τἀληθὲς ἔτι ἀγνοῶν περιέρχομαι.
καί μοι ποτὲ διαγρυπνοῦντι τούτων ἕνεκα ἔδοξεν ἐς Βαβυλῶνα
ἐλθόντα δεηθῆναί τινος τῶν μάγων, τῶν Ζωροάστρου μαθη-
τῶν καὶ διαδόχων· ἤκουον δ᾽ αὐτοὺς ἐπῳδαῖς τε καὶ τελεταῖς
τισιν ἀνοίγειν τε τοῦ ᾅδου τὰς πύλας, καὶ κατάγειν, ὃν ἂν p.464.
βούλωνται, ἀσφαλῶς, καὶ ὀπίσω αὖθις ἀναπέμπειν. ἄριστον
οὖν ἡγούμην εἶναι παρά τινος τούτων διαπραξάμενον τὴν κα-
τάβασιν, ἐλθόντα παρὰ Τειρεσίαν τὸν Βοιώτιον, μαθεῖν παρ᾽
αὐτοῦ, ἅτε μάντεως καὶ σοφοῦ, τίς ἐστιν ὁ ἄριστος βίος, καὶ
ὃν ἄν τις ἕλοιτο εὖ φρονῶν. καὶ δὴ ἀναπηδήσας, ὡς εἶχον τά-
χους ἔτεινον εὐθὺ Βαβυλῶνος. ἐλθὼν δὲ συγγίνομαί *) τινι
τῶν Χαλδαίων σοφῷ ἀνδρὶ, καὶ θεσπεσίῳ τὴν τέχνην, πολιῷ

γοντας. Ergo tot testimonia non duximus reprobanda. c) ταύτης] τῆς δὲ cod. 2957. probante *Belino*. d) ὅτι] ἐπεὶ codd. 1428. et 3011. et hinc *Schm.* *) συγγίνομαι] συγγίγνομαι in codice Par. nescio quo: e *Belini* enim nota non certo patet.

perpeti: illos porro, qui gloriam abjiciendam putent, hujus ipsius caussa cuncta et agere et dicere; voluptatem denique paene omnes criminantes, at privatim huic soli adfixos. Frustratus igitur hac spe magis etiam moleste ferebam, sensim tamen me consolans, quod cum multis, iisque sapientibus et valde ob prudentiam celebratis demens sim, et veri hactenus ignarus circumvager. Jam mihi insomnem aliquando noctem horum caussa ducenti visum fuit Babylonem profectum implorare auxilium cujusdam magorum, Zoroastris discipulorum et successorum: fama autem cognoveram, eos incantationibus et sacris quibusdam aperire Orci fores, et demittere, quem velint, tuto, iterumque rursus reducere. Optimum igitur factu ducebam, ab eorum aliquo comparata mihi descendendi copia, adire ad Tiresiam Boeotum, ab eoque discere, quippe vate et sapiente, quae sit optima vita, quamque sibi quis deligat bene prudens. Atque adeo repente exsiliens quam poteram celerrime tendebam rec-

p. 464. μὲν τὴν κόμην, γένειον δὲ μάλα σεμνὸν καθειμένῳ· τοὔνομα
δὲ ἦν αὐτῷ Μιθροβαρζάνης. δεηθεὶς δὲ, καὶ καθικετεύσας,
μόλις [c]) ἔτυχον παρ' αὐτοῦ τοῦ [f]), ἐφ' ὅτῳ βούλοιτο μισθῷ,
p. 465. καθηγήσασθαί μοι τῆς ὁδοῦ. Παραλαβὼν δέ με ὁ ἀνὴρ πρῶτα
7 μὲν ἡμέρας ἐννέα καὶ εἴκοσιν, ἅμα τῇ Σελήνῃ ἀρξάμενος, ἔλουε,
κατάγων ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ἕωθεν [g]), πρὸς ἀνατέλλοντα [h])
τὸν ἥλιον ῥῆσίν τινα μακρὰν ἐπιλέγων, ἧς [i]) οὐ σφόδρα κατ-
ήκουον· ὥςπερ γὰρ οἱ φαῦλοι τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι κηρύκων,
ἐπίτροχόν τι καὶ ἀσαφὲς [k]) ἐφθέγγετο· πλὴν ἀλλ' ἐῴκει [l]) γέ
τινας [m]) ἐπικαλεῖσθαι δαίμονας. μετὰ γοῦν [n]) τὴν ἐπῳδὴν
τρὶς ἄν μου [o]) πρὸς τὸ πρόςωπον ἀποπτύσας, ἐπανῄειν [p])
πάλιν, οὐδένα τῶν ἀπαντιόντων *) προςβλέπων. καὶ σιτία μὲν [q])

c) *μόλις*] *μόγις* et *ἐπέτυχον* pro *ἔτυχον* tres codd. Pariss. et hinc *Schm.* f) *αὐτοῦ τοῦ*] Articulum vulgo praetermissum inseruimus monitu *Hemsterhusii.* g) *ἐπὶ τ. Εὐφ. ἕωθεν*] alio ordine *ἕωθεν ἐπὶ τ. Εὐφρ.* tres codd. Pariss. h) *πρὸς ἀνατέλλοντα*] Secuti sumus V. 2. B. 2. S. et A. In ceteris edd. prave *προςανατέλλοντα.* In tribus codd. Pariss. *πρὸς ἀνίσχοντα*, quod recepit *Schmied.* i) *ἧς*] *ἣν* sola F. k) *ἀσαφὲς*] Sic legitur in quatuor codd. Pariss., ed. J. et S. In reliquis edd. *ἀσφαλὲς*, quod margo A. 1. W. itidem in *ἀσαφὲς* mutavit. Pessime *Bourdelotius* addiderat in P. *οὐκ ἀσφαλές.* l) *πλὴν ἀλλ' ἐῴκει*] *πλὴν ἐῴκει* 2957. m) *γέ τινας*] addit *ἁγίους* cod. 2957. n) *γοῦν*] *δ' οὖν* tres codd. Pariss, et *Schm.* o) *μου*] *μοι* conj. *Belin.* temere. p) *ἐπανῄειν*] Hanc *Hemsterhusii* emendationem confirmat cod. 3011., recepit et *Schm.* Olim *ἐπανῄει.* *) *ἀπαντιόντων*] „Hunc in modum recte J. V. 2. B. 2. S. In F. *ἁπάντων*· in pluribus accentu (*spiritu*) perverse posito *ἁπαντιόντων.*" *Hemst.* q) *μὲν*] *ην* tres codd. Pariss. et *Schm.*

ta Babylonem. Ibi convenio quendam Chaldaeorum virum sapientem, et arte divinum, qui canus erat coma, barbamque plane venerabilem promittebat, nomine Mithrobarzanem: eum multis precibus obtestatus vix exoravi, ut, qua vellet, mercede se mihi ducem praeberet viae. Tum me adsumtum ille vir primum dies novem et viginti, a luna nova initio facto, lavabat deducens ad Euphratem summo mane, et ad orientem solem carmen aliquod longum effatus, quod equidem non admodum exaudiebam: ut enim mali, qui sunt in ludis, praecones, volubile quiddam et inconditum proferebat; nisi quod videretur genios aliquos invocare. At post incantationem, cum ter in faciem meam inspuisset, redibam rursus neminem ob-

ἡμῖν τὰ ἀκρόδρυα, ποτὸν δὲ γάλα καὶ μελίκρατον καὶ τὸ τοῦ p. 465.
Χοάσπου ὕδωρ, εὐνὴ δὲ ὑπαίθριος ἐπὶ τῆς πόας. ἐπεὶ δὲ ἅλις
εἶχε τῆς προδιαιτήσεως, περὶ μέσας νύκτας ἐπὶ τὸν Τίγρητα p. 466.
ποταμὸν ἀγαγὼν ἐκάθηρέ τέ με, καὶ ἀπέμαξε, καὶ περιήγνισε
δᾳδὶ r), καὶ σκίλλῃ, καὶ ἄλλοις πλείοσιν, ἅμα καὶ τὴν ἐπῳδὴν
ἐκείνην ὑποτονθορύσας· εἶτα ὅλον με καταμαγεύσας καὶ πε-
ριελθὼν, ἵνα μὴ βλαπτοίμην ὑπὸ τῶν φαντασμάτων s), ἐπ-
ανάγει ἐς τὴν οἰκίαν, ὡς εἶχον, ἀναποδίζοντα· καὶ τολοιπὸν
ἀμφὶ πλοῦν εἴχομεν. Αὐτὸς μὲν οὖν μαγικήν τινα ἐνέδυ t) 8
στολὴν, τὰ πολλὰ ἐοικυῖαν τῇ Μηδικῇ· ἐμὲ δὲ τούτοισι φέρων
ἐνεσκεύασε τῷ πίλῳ, καὶ τῇ λεοντῇ, καὶ προσέτι τῇ λύρᾳ·
καὶ παρεκελεύσατο u), ἥν τις ἔρηταί με τοὔνομα, Μένιππον
μὲν μὴ λέγειν, Ἡρακλέα δὲ, ἢ Ὀδυσσέα, ἢ Ὀρφέα. p. 467.

ΦΙΛ. Ὡς δὴ τί τοῦτο, ὦ Μένιππε; οὐ γὰρ συνίημι τὴν αἰτίαν οὔτε τοῦ σχήματος, οὔτε τῶν ὀνομάτων.

ΜΕΝ. Καὶ μὴν πρόδηλόν γε τοῦτο x), καὶ οὐ παντελῶς

r) δᾳδὶ] δᾳδίοις iidem. s) φαντασμάτων] φασμάτων tres codd. Pariss. et *Schm.* Sed redolet alumnum *Thomae Mag.*, qui φαντάσματα negat Attice de spectris recte dici posse. Cod. 2957. σφαλμάτων, ridiculum σφάλμα. t) τινα ἐνέδυ] Sic tres codd. Pariss., quibus commendatur jam *Hemsterhusii* conjectura, a *Schmiedero* quoque recepta. Praeterea cod. 1428. μαντικὴν pro μαγικήν. u) παρεκελεύσατο] παρεσκευάσατο F., a qua merito omnes reliquae discesserunt. x) πρόδηλόν γε τοῦτο] πρόδηλον τοῦτό γε codd. 1428.

viorum intuens. Cibus autem nobis arboreae nuces; potus lac, mulsum et Choaspis aqua; lectus sub divo in herba. Postquam vero satis erat praeparationis, circa mediam noctem ad Tigrin fluvium deductum lustravit me, detersitque, et circumtulit teda, scilla, aliisque pluribus; simul et istam incantationem submurmurans: deinde me totum cum arte magica incantasset, et circumiisset, ne laederer a spectris, reducit me domum, ut eram, retrocedentem: tum porro navigationi parandae intenti eramus. Ipse quidem magicam quandam induebat stolam, persimilem Medicae: me vero istis omnino instruxit, pileo, leonina pelle, itidemque lyra: praecepitque, si quis rogaret me nomen, Menippum ut ne dicerem, sed Herculem, aut Ulyxem, aut Orpheum.

Phil. Quorsum illud, Menippe? neque enim intelligo caussam vel habitus, vel nominum.

Men. Atqui perspicuum

p. 467. ἀπόῤῥητον· ἐπεὶ γὰρ οὗτοι πρὸ ἡμῶν ζῶντες ἐς Ἅιδου κατ-
εληλύθεσαν [y]), ἡγεῖτο, εἴ με ἀπεικάσειεν αὐτοῖς, ῥᾳδίως ἂν
τὴν τοῦ Αἰακοῦ φρουρὰν διαλαθεῖν, καὶ ἀκωλύτως παρελθεῖν,
ἅτε συνηθέστερον τραγικῶς μάλα παραπεμπόμενον ὑπὸ τοῦ σχή-
9 ματος. Ἤδη δ᾽ οὖν ὑπέφαινεν ἡμέρα· καὶ κατελθόντες ἐπὶ
τὸν ποταμὸν περὶ ἀναγωγὴν ἐγιγνόμεθα· παρεσκεύαστο δ᾽
αὐτῷ καὶ σκάφος, καὶ ἱερεῖα, καὶ μελίκρατον [z]), καὶ ἄλλα,
p. 468. ὅσα πρὸς τὴν τελετὴν χρήσιμα. ἐμβαλόμενοι οὖν ἅπαντα τὰ παρ-
εσκευασμένα οὕτω δὴ καὶ αὐτοὶ

Hom. O. XI, 5. Βαίνομεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες.

καὶ μέχρι μέν τινος ὑπεφερόμεθα ἐν τῷ ποταμῷ· εἶτα δ᾽ ἐσ-
επλεύσαμεν ἐς τὸ ἕλος, καὶ τὴν [a]) λίμνην, ἐς ἣν ὁ Εὐφράτης
ἀφανίζεται. περαιωθέντες δὲ καὶ ταύτην ἀφικνούμεθα ἔς τι
χωρίον ἔρημον, καὶ ὑλῶδες, καὶ ἀνήλιον· ἐς ὃ [b]) ἀποβάντες
p. 469. (ἡγεῖτο δὲ ὁ Μιθροβαρζάνης) βόθρον τε ὠρυξάμεθα, καὶ τὰ

et 3011. et *Schm.* y) κατεληλύθεσαν] κατεληλύθεισαν cod. 2954. z) μελίκρατον] μελίκρατα vulg., error haud dubie e proximis Pluralibus ortus, quidquid ad defendendam vulgatam lectionem proferat *Pierson.* ad *Moer.* Attic. p. 255. Singularem flagitat usus solemnis, habet *Homerus* l. c., qui a nostro auctore exprimitur, et exhibent codd. 1428. et 3011. Unde jure eum et *Solanus* desideravit, et *Schmiederus* recepit. a) καὶ τὴν] καὶ εἰς τὴν tres codd. Pariss. b) ἐς ὃ] ἐς ὃ δὴ ἀπ. codd. 1428. et 3011. et hinc *Schm.*

illud quidem est, nec prorsus arcanum: quandoquidem enim hi ante nos vivi ad inferos descenderunt, existimabat, si me illis adsimilasset, fore ut facile custodiam Aeaci fallerem, et sine impedimento transirem, utpote consuetior, tragiceque plane commendatus ab ipso habitu. Jam igitur illucescebat dies, cum descendentes ad fluvium solvendo navigio operam dabamus: comparata enim ipsi fuerant et scapha, et victimae, et mulsum, et quaecunque alia ad sacri rationem conducebant. Ergo impositis in navim, quae fuerant parata, cunctis, sic demum et ipsi ingredimur tristes, largasque lacrimas effundentes. Tum ad aliquod tempus deferebamur in flumine: post invecti sumus in paludem et lacum, in quem Euphrates immergitur: eo trajecto devenimus in locum desertum, silvestrem et sole carentem: quo ubi escensum est, (viam autem praeibat Mithrobarzanes) foveam effodimus,

μῆλα ἐσφάξαμεν c) καὶ τὸ αἷμα περὶ τὸν βόθρον d) ἐσπείσα- p. 469.
μεν. ὁ δὲ μάγος ἐν τοσούτῳ δᾷδα καιομένην ἔχων οὐκ ἔτ' ἠρε-
μαίᾳ τῇ φωνῇ, παμμέγεθες δὲ, ὡς οἷός τε ἦν e), ἀνακραγὼν,
δαίμονάς τε ὁμοῦ πάντας ἐπεβοᾶτο, καὶ Ποινὰς, καὶ Ἐριννύας, Parodia
καὶ νυχίαν Ἑκάτην, καὶ ἐπαινὴν f) Περσεφόνειαν, *Hom.* l. c. v. 47.
παραμιγνὺς ἅμα βαρβαρικά τινα καὶ ἄσημα ὀνόματα, καὶ πο- p. 470.
λυσύλλαβα. Εὐθὺς οὖν πάντα ἐκεῖνα ἐσαλεύετο g), καὶ ὑπὸ
τῆς ἐπῳδῆς τοὔδαφος ἀνεῤῥήγνυτο, καὶ ἡ ὑλακὴ τοῦ Κερβέρου
πόῤῥωθεν h) ἠκούετο, καὶ τὸ πρᾶγμα ὑπερκάτηφες ἦν, καὶ
σκυθρωπόν i).

Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς. *Homer.* Il. XX, 61.

κατεφαίνετο γὰρ ἤδη τὰ πλεῖστα, καὶ ἡ λίμνη, καὶ ὁ Πυρι-
φλεγέθων, καὶ τοῦ Πλούτωνος τὰ βασίλεια. κατελθόντες δ'

c) ἐσφάξαμεν] κατεσφάξαμεν codd. 1428. et 3011., quod mire placuit *Belino*, quippe rato, κατασφάττειν proprie de sacris infernalibus adhiberi. Sed vid. modo de Sacrif. c. 12. *Schmiederus* tamen recepit. d) περὶ τὸν βόθρον] περὶ αὐτὸν codd. 2954. et 3011. et hinc *Schm.* e) ὡς οἷός τε ἦν] ὡς οἷόν τε ἦν ed. Fl. et codd. 1428. et 3011. Mox δαίμονας ὁμοῦ τι πάντας vult J. *Seagerus* in Class. Journ. N. XI. a. 1812. p. 133. quamobrem, non conjicio. f) ἐπαινὴν] αἰπεινὴν in plerisque edd. καιπεινὴν P. ἐπεινὴν F. quod proxime ad veram lectionem accedit, quam etiam cod. 3011. tuetur. g) πάντα ἐκεῖνα ἐσαλεύετο] Contra *Hemst.* conjecturam, πάντα τὰ ἐκεῖ ἀνεσαλ. jure suo vulgata tuetur *Courier.* ad Asin. p. 283. laudatis locis. De Merc. Cond. c. 18. et Quom. hist. conscr. c. 22. Pro πάντα in 1428. et 3011. est ἅπαντα, quod recepit *Schm.* h) πόῤῥωθεν] καὶ πόῤῥωθεν cod. 3011. *Belin.* explicat *quoique de loin.* i) ὑπερκάτηφες ἦν, καὶ σκυθρωπόν.] κατηφὲς καὶ σκυθρωπὸν ἦν tres codd. Pariss. et hinc *Schm.* minus graviter ac rotunde.

oves mactavimus, et sanguinem circa scrobem adspersum libavimus. Magus interea tedam ardentem tenens non jam sedata voce, sed quam poterat maxima exclamans, daemones simul omnes invocabat, Poenas et Furias, et nocturnam Hecaten, et tremendam Proserpinam, admixtis etiam barbaris quibusdam ignotisque nominibus, et multarum syllabarum. Statim igitur omnia ibi quassabantur, potentique carmine solum fissum discedebat, latratus Cerberi procul audiebatur, adeo ut res valde formidolosa foret, ac truculenta. Ipse pertimuit in inferna regione rex manium Pluto: adparebant enim jam pleraque, lacus, Pyriphlegethon,

p. 470. ὅμως διὰ τοῦ χάσματος τὸν μὲν Ῥαδάμανθυν εὕρομεν τεθνεῶτα μικροῦ δεῖν [k]) ὑπὸ τοῦ δέους [l]). ὁ δὲ Κέρβερος ὑλάκτησε μέν τι [m]), καὶ παρεκίνησε· ταχὺ δέ μου κρούσαντος τὴν λύραν, παραχρῆμα ἐκηλήθη [n]) ὑπὸ τοῦ μέλους. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν λίμνην ἤλθομεν [o]), μικροῦ μὲν οὐδ᾽ ἐπεραιώθημεν· ἦν γὰρ πλῆρες ἤδη [p]) τὸ πορθμεῖον, καὶ οἰμωγῆς ἀνάπλεων· τραυματίαι
p. 471. δὲ πάντες ἐπέπλεον, ὁ μὲν τὸ σκέλος, ὁ δὲ τὴν κεφαλὴν, ὁ δὲ ἄλλο τι συντετριμμένος, ἐμοὶ δοκεῖν, ἔκ τινος πολέμου παρόντες. ὅμως δ᾽ οὖν ὁ βέλτιστος Χάρων, ὡς εἶδε τὴν λεοντῆν, οἰηθείς με τὸν Ἡρακλέα εἶναι, ἐσεδέξατό [q]) με, καὶ διεπόρθμευσέ τε ἄσμενος [r]), καὶ ἀποβᾶσι διεσήμηνε [s]) τὴν ἀτραπόν.
11 Ἐπεὶ δὲ ἦμεν ἐν τῷ σκότῳ, προῄει μὲν ὁ Μιθροβαρζάνης,

k) μικροῦ δεῖν] Recte sic habent P. L. margo A. 1. W. et S. perperam in plerisque edd. μικρῷ. l) τοῦ δέους] τοῦ φόβου codd. 1428. et 3011. m) μέν τι] Sic J. V. 2. codd. 2954. et 2957. et hinc *Schm.* elegantius certe, quam vulg. μέντοι. n) ἐκηλήθη] ἐκοιμήθη vulg. Genuinam vocem exhibent tres codd. Pariss. et recepit *Schm.* Est autem proprium vocabulum κηλεῖν de vi Musicae, inprimis Orphicae, ut Imagg. c. 14. adv. Indoct. c. 12. etiam de Sirenum cantu, ut de Dom. c. 19. et Musarum, Diall. Deor. XIX, 2. o) ἤλθομεν] ἀφικόμεθα tres codd. Pariss. et *Schm.* p) πλῆρες ἤδη] Sic iidem codd. Vulg. ἤδη πλῆρες. q) ἐσεδέξατο] ἐκδέξατο F. pro simplici, ut videtur, ἐδέξατο. r) καὶ διεπόρθμευσέ τε ἄσμενος] Cod. 2957. ἐσεδ. με ἄσμενος, omissis negligenter verbis καὶ διεπόρθμευσέ τε. Plene cod. 2954. sed pro ἄσμενος habet ἀσμένως. s) διεσήμηνε] Sic codd. 2957. et 3011. et *Schm.* pro vulg. διεσήμαινε. Pro ἀποβᾶσι cod. 3011. exhibet ἀποβάς.

Plutonisque regia. Nos tamen ubi descenderamus per hiatum, Rhadamanthum invenimus mortuum propemodum prae metu; Cerberus autem latravit ille quidem, ac nonnihil se commovit, verum me cito pulsante lyram illico sopitus (*delinitus*) est a cantu. Postquam vero ad lacum venimus, prope fuit, ut non trajiceremur: jam enim onusta portitoris erat cymba, ejulatuque plena; quippe saucii omnes in ea navigabant, hic crus, caput ille, iste aliud quiddam contusum habens, sic ut mihi viderentur ex bello aliquo advenisse. Verumtamen optimus Charon, ut vidit leoninam pellem, opinatus me Herculem esse, recepit me, lubensque transvexit, atque etiam egressis demonstravit semitam. Cum autem eramus in caligine,

εἰπόμην δ' ἐγὼ κατόπιν ἐχόμενος αὐτοῦ, ἕως πρὸς λειμῶνα p. 471. μέγιστον ἀφικνούμεθα, τῷ ἀσφοδέλῳ κατάφυτον. ἔνθα δὴ t) περιεπέτοντο ἡμᾶς τετριγυῖαι τῶν νεκρῶν αἱ σκιαί. κατ' ὀλίγον δὲ προϊόντες παρεγενόμεθα πρὸς τὸ τοῦ Μίνω u) δικαστήριον· ἐτύγχανε δὲ ὁ μὲν ἐπὶ θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ καθήμενος· παρειστήκεσαν x) δὲ αὐτῷ Ποιναὶ, καὶ ἀλάστορες, καὶ Ἐριννύες. ἑτέρωθεν y) δὲ προςήγοντο πολλοί τινες ἐφεξῆς ἁλύσει μακρᾷ δεδεμένοι· ἐλέγοντο δὲ εἶναι μοιχοὶ, καὶ πορνοβοσκοὶ, καὶ τελῶναι, καὶ κόλακες, καὶ συκοφάνται, καὶ τοιοῦτος z) ὅμιλος τῶν πάντα κυκώντων ἐν τῷ βίῳ. χωρὶς δὲ οἵ τε p. 472. πλούσιοι, καὶ τοκογλύφοι προςῄεσαν, ὠχροὶ, καὶ προγάστορες, καὶ ποδαγροὶ, κλοιὸν ἕκαστος αὐτῶν, καὶ κόρακα a) διτάλαντον ἐπικείμενος. ἐφεστῶτες οὖν ἡμεῖς ἑωρῶμέν τε τὰ γιγνόμενα, καὶ ἠκούομεν τῶν ἀπολογουμένων. κατηγόρουν δὲ αὐτῶν καινοί τινες καὶ παράδοξοι ῥήτορες.

t) δὴ] δὲ Arg. u) τοῦ Μίνω] forma Attica. Vid. *Maittaire* de dialectt. p. 19. et 370. Fragm. Lexici graeci in *Hermanni* libro de emendanda ratione Gr. Gramm. P. I. p. 351. Lectionem trium codd. Pariss. *Μίνωος* non debebat, opinor, *Schmiederus* recipere, quantumvis allectus locis *Lucian.* Anach. c. 39. et Philops. c. 20. x) παρειστήκεσαν] Sic codd. 2957. et 3011. et *Schm.* Vulg. *παρειστήκεισαν.* Supra c. 8. vulgo *κατεληλύθεσαν.* y) ἑτέρωθεν] ἑτέρωθι tres codd. Pariss. z) τοιοῦτος] ὁ τοιοῦτος, praefixo articulo, codd. 1428. et 3011., quos inconsiderate secutus *Schm.* a) κόρακα] σκύλακα conj. *Hemst.* Sed vid. adnot.

praeibat Mithrobarzanes, sequebar ego pone illi adhaerens, donec ad pratum ingens pervenimus asphodelo consitum: ibi tum circumvolitabant nos stridulae mortuorum umbrae. Sensim autem progressi accessimus ad Minois tribunal, qui quidem in solio quodam sublimi sedebat: adstabant autem ipsi Poenae, scelerum vindices genii, et Furiae. Ab alia vero parte adducebantur ordine multi sane longa catena vincti, qui dicerentur esse adulteri, lenones, publicani, adulatores, sycophantae, talisque turba hominum cuncta permiscentium in vita. Seorsim porro divites sordidique foeneratores accedebant pallidi, ventre projecto, podagra capti, boiam singuli canemque (*corvumque*), qui bina talenta pendat, impositum ferentes. Nos igitur prope stantes videbamus, quae fierent, audiebamusque caussam suam agentes, dum adcusarent eos novi

p. 472. ΦΙΛ. Τίνες οὗτοι, πρὸς Διός; μὴ γὰρ ὀκνήσῃς καὶ τοῦτο εἰπεῖν.

ΜΕΝ. Οἶσθά που ταυτασὶ τὰς πρὸς τὸν ἥλιον ἀποτελουμένας [b]) σκιὰς ἀπὸ τῶν σωμάτων;

ΦΙΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΜΕΝ. Αὗται τοίνυν, ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν, κατηγοροῦσί τε καὶ καταμαρτυροῦσι, καὶ διελέγχουσι τὰ πεπραγμένα ἡμῖν παρὰ τὸν βίον· καὶ σφόδρα (τινὲς αὐτῶν *)) ἀξιόπιστοι δοκοῦσιν, ἅτε ἀεὶ συνοῦσαι [c]), καὶ μηδέποτε ἀφιστάμεναι
12 τῶν σωμάτων. Ὁ δ᾽ οὖν Μίνως ἐπιμελῶς ἐξετάζων ἀπέπεμ-
p. 473. πεν ἕκαστον ἐς τὸν τῶν ἀσεβῶν χῶρον, δίκην ὑφέξοντα κατ᾽ ἀξίαν τῶν τετολμημένων. καὶ μάλιστα ἐκείνων ἥπτετο, τῶν ἐπὶ πλούτοις [d]) τε καὶ ἀρχαῖς τετυφωμένων, καὶ μονονουχὶ καὶ προςκυνεῖσθαι περιμενόντων, τήν τε ὀλιγοχρόνιον ἀλαζονείαν αὐτῶν [e]), καὶ τὴν ὑπεροψίαν μυσαττόμενος· καὶ ὅτι

b) ἀποτελουμένας] ἀποτεινομένας conj. *Hemst.* vel, si ἀποτελουμένας retineatur, vult ὑπὸ τῶν σωμάτων pro ἀπὸ τ. σ. *Belinus* mavult ἀποτεταγμένας. Sed emendatione non opus. Vid. adnot. *) τινὲς αὐτῶν] *Schmiedero* haec corrupta esse videbantur, praeeunte *Guyeto*, qui conjiceret καὶ σφόδρα τε αὗται ἀξιοπ. Mihi vero omnino suspectae sunt voces τινὲς αὐτῶν, quippe huc translatae e prioribus κατηγόρουν δὲ αὐτῶν καινοί τινες καὶ παράδοξοι ῥήτορες. Uncinis itaque inclusi. c) συνοῦσαι] ξυνοῦσαι codd. 2954. et 3011. d) πλούτοις] πλούτῳ tres codd. Pariss. et hinc *Schm.* Infra tamen idem retinuit πλούτοις, quamquam unus cod. Par. exhibet πλοῦτον. Vid. quae *Reitzius* disputat ad Hermot. c. 9. e) ἀλαζονείαν αὐτῶν] αὐτῶν ἀλαζονείαν cod. 1428., in

quidam atque inopinati oratores.

Phil. Quinam hi, quaeso per Jovem? illud enim quoque ne dicere refugias.

Men. Nostin illas ad solem projectas a corporibus umbras?

Phil. Utique.

Men. Hae igitur ipsae, postquam mortui sumus, adcusant, testimonium adversus nos dicunt, et arguunt, quae a nobis per vitam sunt acta; et valde videntur (earum quaedam) esse fide dignae, quippe quae semper adsint, neque unquam absistant a corporibus. Minos ergo cum cura singulos explorans ablegat ad impiorum sedes, poenas subituros meritas pro facinoribus patratis. Maxime vero acerbius eos tractabat, qui ob divitias et imperia fuerant inflati, et tantum non adorari se

μὴ ἐμέμνηντο θνητοί τε ὄντες αὐτοὶ, καὶ θνητῶν ἀγαθῶν τε- p. 473.
τυχηκότες. οἱ δὲ, ἀποδυσάμενοι τὰ λαμπρὰ ἐκεῖνα πάντα,
πλούτους [f]) λέγω, καὶ γένη, καὶ δυναστείας, γυμνοὶ, κάτω
νενευκότες παρειστήκεσαν [g]), ὥςπερ τινὰ ὄνειρον ἀναπεμπα-
ζόμενοι τὴν παρ' ἡμῖν εὐδαιμονίαν· ὥςτε ἔγωγε ταῦθ' [h]) ὁρῶν
ὑπερέχαιρον, καὶ εἴ τινα γνωρίσαιμι αὐτῶν, προςιὼν ἂν ἡσυ-
χῆ πως, ὑπεμίμνησκον οἷος ἦν παρὰ τὸν βίον, καὶ ἡλίκον
ἐφύσα [i]) τότε, ἡνίκα πολλοὶ μὲν ἕωθεν ἐπὶ τῶν πυλώνων [k])
παρειστήκεσαν, τὴν πρόοδον αὐτοῦ περιμένοντες, ὠθούμενοί
τε, καὶ ἀποκλειόμενοι [l]) πρὸς τῶν οἰκετῶν. ὁ δὲ μόγις [m]) p. 474.
ἄν ποτε ἀνατείλας αὐτοῖς πορφυροῦς τις, ἢ περίχρυσος, ἢ

quo ordine quid insit suavius, non equidem sentio cum *Belino*. f) πλούτους] πλοῦτον cod. 2957. g) παρειστήκεσαν] παρειστήκεισαν vulg. Quod nos recepimus, reperitur in codd. 2954. et 3011. ut et paullo inferius in 1428. et 3011. h) ταῦθ'] Sic vulgo. In editionem *Reitz.* et hinc in *Bipont.* per errorem haud dubie typographicum irrepsit ταῦτ'. *Schm.* ταῦτα e cod. 3011. i) ἐφύσα τότε] Vitium B. 2. *Bourdelotius* expresserat in P. Etiam *Schmiederus*, fidem, ut ait, trium codd. Pariss. et duarum insuper edd. secutus. Sed illi, *Belino* quidem testante, habent ἐφυσᾶτο τότε. Et in Lips. reperio ἐφύσατό τε, manifesto errore sic scriptum. Nec scite *Schmiederus* ad defendendam pravam lectionem suam provocavit ad c. 18. ubi τὰ τοῦ Σωκράτους σκέλη ἐπεφύσητο nulla ratione convenit cum formula nostra, cui illa notissima subest μέγα φυσᾷν, non φυσᾶσθαι. k) πυλώνων] P. L. Margo A. 1. W. προθύρων, quae interpretatio est. Sic et cod. 2957. Vid. adnot. l) ἀποκλειόμενοι] ἀποσειόμενοι P. margo A. 1. W. et J. male. m) μόγις] una Lips. μόλις.

postulabant, ostentationem eorum brevissimi temporis inanem, et fastum detestatus; itidemque quod non meminissent, se mortales esse, ac bona mortalia sortitos. Hi autem, exutis splendidis istis omnibus, divitiis inquam, genere et imperiis, nudi demisso in terram vultu adstabant, quasi somnium aliquod secum retractantes, quam apud nos habuissent, felicitatem. Quare ego ista cum viderem, impense gaudebam, et, si quem agnoscerem eorum, leniter accedens commonefaciebam, qualis fuisset in vita, et quantos spiritus tunc gessisset, cum multi mane vestibulis adstabant egressum ejus exspectantes, impulsi exclusique a vernulis: hicce vero vix tandem exortus ipsis in veste purpurea, vel auro praetexta, vel vario co-

p. 474. διαποίκιλος, εὐδαίμονας ᾤετο καὶ μακαρίους ἀποφαίνειν τοὺς
προσειπόντας, ἢν τὸ στῆθος, ἢ τὴν δεξιὰν προτείνων δοίη
13 καταφιλεῖν. ἐκεῖνοι [n]) μὲν οὖν ἠνιῶντο ἀκούοντες. Τῷ δὲ
Μίνωϊ μία τις καὶ πρὸς χάριν ἐδικάσθη δίκη· τὸν γάρ τοι
Σικελιώτην Διονύσιον, πολλὰ καὶ ἀνόσια [o]) ὑπό τε Δίωνος
κατηγορηθέντα, καὶ ὑπὸ τῆς σκιᾶς [p]) καταμαρτυρηθέντα,
παρελθὼν Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος (ἄγουσι δ' αὐτὸν ἐν τιμῇ,
καὶ δύναται [q]) μέγιστον ἐν τοῖς κάτω) μικροῦ δεῖν τῇ Χιμαί-
ρᾳ προσδεθέντα [r]), παρέλυσε τῆς καταδίκης, λέγων πολλοῖς
αὐτὸν τῶν πεπαιδευμένων [s]) πρὸς ἀργύριον γενέσθαι δεξιόν.
14 Ἀποστάντες δὲ ὅμως [t]) τοῦ δικαστηρίου πρὸς τὸ κολαστήριον
p. 475. ἀφικνούμεθα. ἔνθα δὴ, ὦ φίλε, πολλὰ καὶ ἐλεεινὰ ἦν ἀκοῦ-
σαί τε, καὶ ἰδεῖν· μαστίγων τε γὰρ [u]) ὁμοῦ ψόφος ἠκούετο [x]),

n) ἐκεῖνοι] *Hemst.* et *Bipont.* ἐκεῖνο, haud dubie invito editore Batavo, quum vertat: *et illi quidem* etc. et omnes edd. et praeterea quatuor codd. Pariss. habeant ἐκεῖνοι. o) πολλὰ καὶ ἀνόσια] πολλά τε καὶ δεινὰ καὶ ἀνόσια tres codd. Pariss. et *Schm.* ingrate et languide. Cod. 2957. deinceps ὑπὸ τοῦ Δίωνος, omissis, quae sequuntur, καὶ ὑπὸ τ. σκ. καταμαρτυρηθέντα. p) σκιᾶς] Ineptam cunctarum edd. lectionem στοᾶς mutavit *Hemsterhusius* ex emendatione *J. Fr. Gronovii* certissima. q) καὶ δύναται μεγ.] καὶ δ. καὶ μεγ. Argent. non male. r) προςδεθέντα] *Solan.* conj. παραδοθέντα. Propius accesserit παρατεθέντα. Sed vid. adnot. s) πολλοῖς αὐτὸν τῶν πεπαιδευμένων] πολλ. αὐτ. πεπαιδευμένοις cod. 2957. t) ὅμως] *Jacobs.* conj. ὀψέ πως, valde improbabiliter. Vult, opinor, auctor: *quamquam multum delectabamur judicio isto* (ὑπερέχαιρον c. 12.) *tamen* etc. u) et x) γὰρ et ἠκούετο] ejicienda putat *Abresch.* Dilu-

lore distincta, felices putabat beatosque se redditurum salutatores, si pectus, aut dextram porrectam dederit osculari. Et illi quidem pungebantur his auditis. A Minoë vero unum quoddam in gratiam disceptatum est judicium: etenim Siculum Dionysium, multorum ac nefariorum a Dione criminum insimulatum, umbraeque suae testimonio pressum, in medium progressus Aristippus Cyrenaeus (eum in honore habent, multumque pollet apud inferos) jam jam Chimaerae adligatum exsolvit poena, dum diceret, in multis eruditorum pecunia juvandis eum dextre fuisse versatum. Digressi tamen a tribunali ad supplicii locum pervenimus: ibi enimvero, amice mi, multa miserandaque erat audire ac videre; nam simul et flagel-

καὶ οἰμωγὴ τῶν ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὀπτωμένων, καὶ στρέβλαι, καὶ p. 475.
κύφωνες, καὶ τροχοί. καὶ ἡ Χίμαιρα ἐσπάραττε, καὶ ὁ Κέρβερος ἐδάρδαπτεν [y])· ἐκολάζοντό τε ἅμα πάντες, βασιλεῖς, δοῦλοι, σατράπαι, πένητες, πλούσιοι, πτωχοί [z])· καὶ μετέμελε πᾶσι τῶν τετολμημένων. ἐνίους δὲ αὐτῶν [a]) καὶ ἐγνωρίσαμεν ἰδόντες, ὁπόσοι ἦσαν τῶν ἔναγχος τετελευτηκότων. οἳ δὲ ἐνεκαλύπτοντο, καὶ ἀπεστρέφοντο· εἰ δὲ καὶ προςβλέποιεν, μάλα δουλοπρεπές τι [b]), καὶ κολακευτικόν· καὶ ταῦτα, πῶς οἴει βαρεῖς ὄντες, καὶ ὑπερόπται παρὰ τὸν βίον; τοῖς μέντοι πένησιν ἡμιτέλεια τῶν κακῶν ἐδίδοτο [c]), καὶ διαναπαυόμενοι [d]) πάλιν ἐκολάζοντο. καὶ μὴν κἀκεῖνα εἶδον τὰ μυθώδη, τὸν Ἰξίονα [e]), καὶ τὸν Σίσυφον, καὶ τὸν Φρύγα Τάνταλον p. 476.
χαλεπῶς ἔχοντα [f]), καὶ τὸν γηγενῆ Τιτυόν· Ἡράκλεις ὅσος·

cidd. Thucyd. p. 726. quippe ab emendatrice manu invecta. Sic scilicet multa quoque alia ejici possent, praesertim in hoc libello. y) ἐδάρδαπτεν] Sic in tribus codd. Pariss. et *Schm.*, pro vulg. ἐδάρδαπτε. z) πτωχοί] καὶ πτωχοί iidem, minime vero recte. a) ἐνίους δὲ αὐτῶν] ἐνίους δὲ κατεγνωσμένων tres codd. Pariss. et *Schm.* e glossemate. Deinceps καὶ ἐγνωρίσαμέν γε ἰδόντες codd. 1428. et 3011. importune. b) δουλοπρεπές τι] Sic L. margo A. 1. W. et J. In ceteris τε. *T. H.* Praeter Argent. et Lips., ubi itidem τι. *Lehm.* c) ἐδίδοτο] Sic tres codd. Pariss. et Schol. unde et *Schm.* Vulg. ἐδέδοτο. d) διαναπαυόμενοι] Restitui lectionem P. J. Ald. 2., Arg., Lips. et quatuor codd. Pariss., quam nec *Hemsterhusius* improbavit, et *Schmiederus* recepit. e) Ἰξίονα] Excepta S., quam sequi solet Amst., (et Lips.) omnes edd. Ἠξίονα. f) ἔχοντα] Neque ſentio cum *Solano*

lorum sonitus exaudiebatur, et ploratus eorum, qui in igne torrebantur, et tormenta, et cippi, et rotae: Chimaera discerpebat, Cerberus laniando vorabat: una autem omnes puniebantur, reges, servi, satrapae, pauperes, divites, mendici; cunctosque poenitebat patratorum: nonnullos agnovimus etiam conspicati, eorum de numero scilicet, qui nuper vitam finierant: illi vero prae pudore vultus tegebant, séseque avertebant: quod si forte respicerent, valde quidem servilem in modum, atque adulatorie, illi ipsi, qui fuerant quam putas graves, et superbi aliorum contemtores in hac vita: at pauperibus pro dimidia parte malorum immunitas erat concessa; et cum interquievissent, denuo poenis adficiebantur. Porro illa etiam vidi fabulosa, Ixionem, Sisyphum, Phrygem Tantalum male se habentem,

p. 476. ἔκειτο γὰρ [g]) τόπον ἐπέχων ἀγροῦ. Διελθόντες δὲ καὶ τούτους, ἐς τὸ πεδίον ἐσβάλλομεν τὸ Ἀχερούσιον· εὑρίσκομέν τε αὐτόθι τοὺς ἡμιθέους τε, καὶ τὰς ἡρωΐνας, καὶ τὸν ἄλλον ὅμιλον τῶν νεκρῶν κατὰ ἔθνη καὶ κατὰ φῦλα [h]) διαιτωμένους· τοὺς μὲν παλαιούς τινας, καὶ εὐρωτιῶντας, καὶ, ὥς φησιν Ὅμηρος, ἀμενηνούς· τοὺς δὲ νεαλεῖς [i]), καὶ συνεστηκότας· καὶ μάλιστα τοὺς Αἰγυπτίων αὐτοὺς [k]) διὰ τὸ πολυαρκὲς τῆς ταριχείας. το μέντοι διαγινώσκειν [l]) ἕκαστον οὐ πάνυ τι ἦν ῥᾴδιον· ἅπαντες γὰρ ἀτεχνῶς ἀλλήλοις γίνονται [m]) ὅμοιοι, τῶν ὀστέων γεγυμνωμένων· πλὴν μόγις, καὶ διὰ πολλοῦ [n]) ἀναθεωροῦντες, αὐτοὺς ἐγινώσκομεν [o]). ἔκειντο δ' ἐπ' ἀλλή-

frigus orationis, neque, quid opus sit *Hemsterhusii* emendatione ἔχοντας, video. Cf. adnot. Ceterum χαλεπῶς τε ἔχοντα habent tres codd. Pariss. g) γὰρ] γοῦν iidem. Pro ὅσος autem *J. Gronov.* maluit ὅσον, non male. Sed correctione non opus est. h) καὶ κατὰ φῦλα] Sic in tribus codd. Pariss. et *Schm.* sonis ac numeris Homericis adcommodate. Vulg. κατὰ omissum. i) τοὺς δὲ νεαλεῖς] τοὺς δ' ἔτι νεαλεῖς tres codd. Pariss. et *Schm.* k) αὐτοὺς] *Solan.* αὔους conjecit, *Hemsterh.* ἀλύτους, utrumque admodum ingeniose. Vid. tamen adnot. Praeterea vero in tribus codd. Pariss. legitur: καὶ μάλιστα τοὺς Αἰγυπτίους αὐτῶν, perperam. *Traug. Freder. Benedict* in Observatt. ad Lucianum Torgaviae scriptis a. 1814 conj. τοιούτους pro αὐτούς. *J. Seager.* τοὺς Αἰγυπτίους αὐτῶν. l) διαγινώσκειν] διαγιγνώσκειν cod. 3011. et hinc *Schm.* m) γίνονται] γίγνονται *Schm.* ex suo arbitrio. n) πλὴν μόγις, καὶ διὰ πολλοῦ] πλὴν ἀλλὰ μόγις τε καὶ διὰ πολλοῦ ἀν. tres codd. Pariss. et *Schm.* satis verbose ad fastidium usque. o) ἐγινώσκομεν] ἐγιγνώσκομεν tres codd. Pariss. et *Schm.*

terrigenam Tityum: Hercule, quantus erat! jacebat enim spatium occupans agri. His quoque praeteritis, in campum nos inferimus Acherusium, invenimusque ibi semideos, et heroïdas, ceteramque mortuorum in populos et tribus dispertitam turbam ibi commorantem; veteres alios situque mucidos, et, ut ait Homerus, roboris expertes; alios recentes et compactos, illosque inprimis Aegyptiorum fere insolubiles (*inprimis vero illos Aegyptiorum ipsos*) ob conditurae durabilitatem. Quamobrem unumquemque dignoscere non admodum erat facile: omnes enim plane sibi invicem fiunt similes ossibus nudatis: vix tamen (*ac*) permultum tempus contemplati eos noscitabamus. Jacebant au-

λοις [p]) ἀμαυροὶ, καὶ ἄσημοι, καὶ οὐδὲν ἔτι τῶν παρ' ἡμῖν p. 477.
καλῶν φυλάττοντες. ἀμέλει [q]), πολλῶν ἐν ταὐτῷ σκελετῶν κειμένων, καὶ πάντων ὁμοίων [r]), φοβερόν τι [s]), καὶ διάκενον δεδορκότων, καὶ γυμνοὺς τοὺς ὀδόντας προφαινόντων, ἠπόρουν πρὸς ἐμαυτὸν, ᾧ τινι διακρίναιμι τὸν Θερσίτην ἀπὸ τοῦ καλοῦ Νιρέως, ἢ τὸν μεταίτην Ἶρον ἀπὸ τοῦ Φαιάκων βασιλέως, ἢ Πυῤῥίαν τὸν μάγειρον ἀπὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος· οὐδὲν γὰρ ἔτι τῶν παλαιῶν γνωρισμάτων αὐτοῖς παρέμενεν, ἀλλ' ὅμοια τὰ [t]) ὀστᾶ ἦν, ἄδηλα, καὶ ἀνεπίγραφα, καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἔτι διακρίνεσθαι δυνάμενα. Τοιγάρτοι ἐκεῖνα ὁρῶντι 16
ἐδόκει μοι [u]) ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος πομπῇ τινι μακρᾷ [x]) προσεοικέναι, χορηγεῖν δὲ [y]) καὶ διατάττειν ἕκαστα ἡ Τύχη, διάφορα καὶ ποικίλα τοῖς πομπεύουσι [z]) σχήματα [a]) προσάπτουσα· τὸν μὲν γὰρ λαβοῦσα, εἰ τύχοι [b]), βασιλικῶς διε- p. 478.

p) ἐπ' ἀλλήλοις] ἐπ' ἀλλήλοι, καὶ ἀμ. καὶ ἄσ. codd. 1428. et 3011. q) ἀμέλει] ὥςτε P. L. J. margo A. 1. W. est interpretamentum. A. 2. ὥςτε ἀμέλει. r) ὁμοίων] ὁμοίως F. s) φοβερόν τι] καὶ φοβερόν τι καὶ cod. 2957. t) ὅμοια τὰ] idem Articulum non habet. u) ὁρῶντι ἐδόκει μοι] ὁρῶντί μοι ἐδόκει codd. 3011. et 1428., qui ordo minus debebat *Belino* placere, quam placuit. x) μακρᾷ] μικρᾷ tres codd. Pariss. inepte. y) δὲ] τε iidem. z) τοῖς πομπεύουσι] τοῖς πομπευταῖς P. L. J. margo A. 1. W. et cod. 2957. In Ald. 2. πομπεύταις, in Argent. et Lips. itidem πομπευταῖς. a) σχήματα] τὰ σχήματα tres codd. Pariss. non male. b) εἰ τύχοι] Sic iidem unice recte pro vulg. ἡ Τύχη. Probarunt illam et *Belinus* ac *Schmied.*

tem acervatim obscuri, ignotique, et nihil eorum, quae apud nos pulchra videbantur, servantes. Quin imo, multis eodem in loco sceletis jacentibus, cunctisque similibus, qui terribile quiddam per vacuos oculorum orbes intuerentur, nudosque dentes ostenderent, mecum haesitabam, quo signo discernerem Thersiten a formoso Nireo, aut mendicum Irum a Phaeacum rege, aut Pyrrhiam coquum ab Agamemnone: nihil enim amplius pristinorum indiciorum ipsis adhaerebat, sed consimilia ossa erant, incerta, nullisque notis inscripta, sic ut a nemine amplius distingui possent. Tum vero ista videnti videbatur mihi hominum vita pompae cujusdam longae similitudinem habere; administrare vero atque ordinare singula Fortuna, diversos ac varios pompam ducentibus habitus attribuens:

p. 478. σκεύασε [c]), τιάραν τε ἐπιθεῖσα, καὶ δορυφόρους παραδοῦσα, καὶ τὴν κεφαλὴν στέψασα τῷ διαδήματι· τῷ δὲ οἰκέτου σχῆμα περιέθηκε· τὸν δέ τινα καλὸν εἶναι ἐκόσμησε· τὸν δὲ ἄμορφον καὶ γελοῖον παρεσκεύασε· παντοδαπὴν γὰρ οἶμαι δεῖν γενέσθαι [d]) τὴν θέαν. πολλάκις δὲ [e]) διὰ μέσης τῆς πομπῆς μετέβαλε τὰ ἐνίων σχήματα, οὐκ ἐῶσα ἐς τέλος διαπομπεῦσαι, ὡς ἐτάχθησαν, ἀλλὰ μεταμφιέσασα τὸν μὲν Κροῖσον ἠνάγκασε τὴν [f]) οἰκέτου καὶ αἰχμαλώτου σκευὴν ἀναλαβεῖν, τὸν δὲ Μαιάνδριον, τέως ἐν τοῖς οἰκέταις πομπεύοντα, τὴν τοῦ Πολυκράτους [g]) τυραννίδα μετενέδυσε [h]). καὶ μέχρι μέν τινος εἴασε χρῆσθαι τῷ σχήματι· ἐπειδὰν δ' [i]) ὁ τῆς πομπῆς καιρὸς παρέλθῃ, τηνικαῦτα ἕκαστος ἀποδοὺς τὴν σκευὴν, καὶ ἀποδυσάμενος τὸ σχῆμα μετὰ τοῦ σώματος, ὥςπερ ἦν πρὸ τοῦ [k]), γί-

c) διεσκεύασε] ἐσκεύασε P. A. 1. W. d) παντοδαπὴν γὰρ οἶμαι δεῖν γενέσθαι] δεῖν γίνεσθαι A. 1. W. παντ. γὰρ, οἶμαι, δεῖ γενέσθαι edit. P. et cod. 2957. non male. e) πολλάκις δὲ] addunt καὶ quatuor codd. Pariss. et *Schm.* f) τὴν οἰκέτου] praeeuntibus tribus codd. Pariss. et *Schm.* ejeci τοῦ ante οἰκέτου, quippe prorsus alienum. Cf. paullo superius τῷ δὲ οἰκέτου σχῆμα. g) τὴν τοῦ Πολυκράτους] Easdem auctoritates secutus praefixi Polycratis nomini Articulum. Cf. infra τὸ τοῦ Κέκροπος ἢ Ἐρεχθέως σχῆμα. h) μετενέδυσε] „Jure sic repositum in B. 1. 2. P. S. A. cum in vetustis foret μετενέδησε.“ Sic notatum in *Reitz.* edit. At B. 1. habet μετενέδησε. i) ἐπειδὰν δ'] ἐπειδὰν δὲ cod. 3011. k) ὥςπερ ἦν πρὸ τοῦ] E codd. tribus Pariss. *Schmiederus* hunc locum sic dedit: — σώματος, ἐγένοντο, οἷοίπερ ἦσαν πρὸ τοῦ γενέσθαι, μηδὲν τοῦ πλησ. διαφέροντες, in

hunc enim oblatum regali (*si casus ita ferret*) cultu instruxit, tiara imposita, satellitibus additis, et capite diademate coronato: alteri servilem schemam circumdedit: alium quendam formae decore ornavit: illum deformem ac ridiculum finxit: ex omnigenis enim, puto, formis decet componi hoc spectaculum. Saepe vero per mediam pompam immutare solet nonnullorum habitus, haud sinens ad finem usque pompae interesse, quo collocati fuerant ordine: atque adeo detracto priore vestitu Croesum coëgit servi captivique ornatum suscipere; Maeandrio contra, qui hactenus in pompa servis erat immixtus, Polycratis tyrannidem induit, eoque ad aliquod tempus permisit uti habitu. Verum ubi pompae tempus praeteriit, tunc unusquisque, reddito ornatu, exutoque habitu cum corpore,

γνεται, μηδὲν τοῦ πλησίον διαφέρων. ἔνιοι δ' [l]) ὑπ' ἀγνω- p. 478. μοσύνης, ἐπειδὰν ἀπαιτῇ τὸν κόσμον ἐπιστᾶσα ἡ Τύχη, ἄχθονταί γε [m]), καὶ ἀγανακτοῦσιν, ὥςπερ οἰκείων τινῶν στερισκό- p. 479. μενοι, καὶ οὐχ, ἃ πρὸς ὀλίγον ἐχρήσαντο, ἀποδιδόντες. Οἶμαι δέ σε [n]) καὶ τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς πολλάκις ἑωρακέναι τοὺς τραγικοὺς ὑποκριτὰς τούτους [o]), πρὸς τὰς χρείας τῶν δραμάτων ἄρτι μὲν Κρέοντας, ἐνίοτε δὲ Πριάμους γιγνομένους, ἢ Ἀγαμέμνονας· καὶ ὁ αὐτὸς, εἰ τύχοι, μικρὸν ἔμπροσθεν μάλα σεμνῶς τὸ τοῦ Κέκροπος ἢ Ἐρεχθέως σχῆμα μιμησάμενος, μετ' ὀλίγον οἰκέτης προῆλθεν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ κεκελευσμένος. ἤδη δὲ πέρας ἔχοντος τοῦ δράματος, ἀποδυσάμενος ἕκαστος αὐτῶν τὴν χρυσόπαστον ἐκείνην ἐσθῆτα, καὶ τὸ προςωπεῖον ἀποθέμενος, καὶ καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν, πένης καὶ ταπεινὸς περιέρχεται [p]), οὐκ ἔτ' Ἀγαμέμνων ὁ Ἀτρέως, οὐδὲ Κρέων ὁ Μενοικέως, ἀλλὰ Πῶλος Χαρικλέους Σουνιεὺς ὀνομαζόμενος,

quibus multa offendunt, maxime vero verbum *γενέσθαι* bis deinceps positum diverso significatu. Nihil mutandum videbatur, nisi quod auctor *οἷόςπερ* pro *ὥςπερ* scripsisse existimandus sit. Eandem lectionis varietatem vidimus supra in Somnio c. 17. in simili syntaxi. l) *ἔνιοι δ'*] *ἔνιοι δὲ* cod. 1428. m) *γε*] *τε* codd. quatuor Pariss. et *Schmied.* ex inscitia ortum. n) *Οἶμαι δέ σε*] Hoc loco ex A. 1. W. *σε* inserui: R. subjectum habebat post *ἑωρακέναι*. *Hemst.* o) *ὑποκριτὰς τούτους*] *τούτους ὑποκριτὰς* cod. 1428. p) *περιέρχεται*] *περίεισιν* tres codd. Pariss. et *Schm.*

qualis erat ante, fit, nihil ab alio quolibet diversus. Sunt autem, qui prae dementia, quando repetit ornatum instans ipsis Fortuna, graviter ferunt, atque indignantur, quasi propriis suis rebus orbati, non ea reddentes, quae ad parvum tempus mutua sumserant. Opinor autem, eorum, qui versantur in scena, saepe te vidisse tragicos actores istos, qui, prout usus fabularum poposcerit, nunc Creontes, alias Priami fiunt, aut Agamemnones: idemque, si forte, qui paullo ante valde magnifice Cecropis aut Erechthei personam sustinuit, confestim servus prodire solet a poëta jussus: at finito jam dramate, cum exuerit eorum quisque auro sparsam illam vestem, personam posuerit, et descenderit a cothurnis, pauper et humilis obambulat, non amplius Agamemnon Atrei filius, neque Creon Menoecei, sed Polus Chariclis Suniensis nomine nunc suo

p. 479. ἢ Σάτυρος ὁ Θεογείτωνος Μαραθώνιος. τοιαῦτα καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματά ἐστιν, ὡς τότε μοι ὁρῶντι ἔδοξεν.

p. 480. 17 ΦΙΛ. Εἰπέ q) μοι, ὦ Μένιππε, οἱ δὲ τοὺς πολυτελεῖς τούτους καὶ ὑψηλοὺς τάφους r) ἔχοντες ὑπὲρ γῆς, καὶ στήλας, καὶ εἰκόνας, καὶ ἐπιγράμματα, οὐδὲν τιμιώτεροι παρ᾽ αὐτοῖς εἰσι τῶν ἰδιωτῶν νεκρῶν;

ΜΕΝ. Ληρεῖς, ὦ οὗτος. εἰ γοῦν s) ἐθεάσω τὸν Μαυσωλὸν αὐτὸν (λέγω δὲ τὸν Κᾶρα, τὸν ἐκ τοῦ τάφου περιβόητον) εὖ οἶδα ὅτι οὐκ ἂν ἐπαύσω γελῶν· οὕτω ταπεινὸς t) ἔῤῥιπτο ἐν παραβύστῳ που, λανθάνων ἐν τῷ λοιπῷ δήμῳ τῶν νεκρῶν, ἐμοὶ δοκεῖν, τοσοῦτον ἀπολαύων τοῦ μνήματος, παρ᾽

q) Εἰπέ μοι] εἰπὲ δέ μοι cod. 5011. quod probatum *Belino* *Schmiederus* recepit nimia facilitate. Nam quum satis crebro occurrat εἰπὲ δὲ, ita tamen, nisi cum magna offensione, occurrere non potest, ut statim aliud δὲ sequatur, ut h. l. An forte Diall. Deor. XXII, 4. in. *Lucianum* credamus scribere potuisse: Εἰπὲ δέ μοι, γεγάμηκας δὲ ἤδη; vel Diall. Marinn. III, 2. ἐκεῖνο δέ μοι εἰπὲ, ποῦ δὲ τὴν Ἀρέθουσαν εἶδες; Minime. Scripsit auctor: εἰπέ μοι, — οἱ δὲ, ratione ea, quae cum dialogi natura plane conveniat. E. g. Char. s. Contempl. c. 12. Solon ad Croesum: Εἰπέ μοι, σίδηρος δὲ φύεται ἐν Λυδίᾳ; et Diall. Deor. IV, 2. in. vulgo recte legitur: Εἰπέ μοι, Διὸς δὲ οὐκ ἤκουσας ὄνομα etc. neque debebat δὲ eidem *Schmiedero* suspectum videri, quod in uno cod. Paris. non reperiretur. Praeterea cf. Somn. s. Gall. c. 24. in. Anachars. c. 21. Diall. Mortt. III, 2. r) τάφους] omissum in cod. 5011. et καὶ ante ὑψηλοὺς abest a B. 1. s) γὰρ] γοῦν P. L. Hae particulae in codd. inter se crebro permutantur. *T. H.* Ego γοῦν eo minus dubitabam scribere, quum etiam in Ald. 2. legatur. *Lhm.* t) ταπεινῶς] ταπεινὸς P. L. margo A. 1. W. quod vulgata lectione non est deterius.

dictus, aut Satyrus Theogitonis Marathonius. Perinde atque ista hominum res sunt, ut mihi tum videnti adparuit.

Phil. At dic mihi, quaeso, Menippe, qui sumtuosa ista sepulcrorum et celsa monumenta habent in terris, columnas, imagines, atque inscriptiones, nihilne sunt honoratiores apud eos, quam plebeji mortui?

Men. Deliras, o bone: quod si conspexisses Mausolum ipsum, Carem illum dico, cujus ex monumento late fama circumfertur, id quidem bene scio, te cessaturum non fuisse a ridendo; tam humiliter abjectus erat in angulo quodam remoto, latens in reliqua mortuorum gente, tantum, opinione mea, fructus capiens ex monumento, quantum

ὅσον ἐβαρύνετο τηλικοῦτον ἄχθος ἐπικείμενος. ἐπειδὰν γὰρ, ὦ p. 480.
ἑταῖρε, ὁ Αἰακὸς ἀπομετρήσῃ ἑκάστῳ τὸν τόπον (δίδωσι δὲ τὸ μέγιστον οὐ πλέον ποδὸς) ἀνάγκη ἀγαπῶντα κατακεῖσθαι πρὸς τὸ μέτρον συνεσταλμένον. πολλῷ δ' ἂν οἶμαι μᾶλλον ἐγέλασας [u]), εἰ ἐθεάσω τοὺς παρ' ἡμῖν βασιλέας [x]), καὶ σατράπας πτωχεύοντας παρ' αὐτοῖς, καὶ ἤτοι ταριχοπωλοῦντας ὑπ' ἀπορίας, ἢ τὰ πρῶτα διδάσκοντας γράμματα, καὶ ὑπὸ τοῦ τυχόν- p. 481.
τος ὑβριζομένους, καὶ κατὰ κόῤῥης παιομένους, ὥσπερ τῶν ἀνδραπόδων τὰ ἀτιμότατα. Φίλιππον γοῦν τὸν Μακεδόνα ἐγὼ θεασάμενος οὐδὲ κρατεῖν ἐμαυτοῦ δυνατὸς ἦν· ἐδείχθη δέ μοι ἐν γωνιδίῳ τινὶ μισθοῦ ἀκούμενος [y]) τὰ σαθρὰ τῶν ὑποδημάτων. πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ἦν ἰδεῖν ἐν ταῖς τριόδοις μεταιτοῦντας, Ξέρξας λέγω, καὶ Δαρείους, καὶ Πολυκράτεις [z]).

T. II. Exhibetur etiam a cod. 5011. Unde cum *Schmied.* restitui. Pro ἔῤῥιπτο autem codd. 1428. et 2954. habent ἔκειτο, manifestum interpretamentum. *Lehm.* u) ἐγέλασας] Sic recte tres codd. Pariss. et hinc *Schm.* Sensui suo obsecutus, aut veteribus versionibus, *Hemsterhusius* reddidit: *risisses*, tanquam legisset ἐγέλασας. Contra ἐγέλας esset: *rideres.* Frequens autem est in libris Imperfectorum et Aoristorum permutatio, etiam in his Lucianeis. x) βασιλέας] βασιλεῖς tres codd. Pariss. et *Schmied.* Sed formam plenam s. ionicam vid. in Charon. c. 18. Ver. Hist. II, 34. Saturn. c. 9., quamquam et τοὺς βασιλεῖς reperias in Navig. fin. y) ἀκούμενος] ἀσκούμενος cod. 1428. per errorem. z) Πολυκράτεις] *Πολυκράτας* idem cod., si recte vidit *Belinus.* Forsitan *Πολυκράτεας* scriptum ab isto librario, neque vero, opinor, ab hujus libelli auctore.

gravabatur tam grandi onere pressus: nam, amice, postquam Aeacus admensus est suum singulis locum, (tribuit autem ad summum non plus pede) eo necesse est contentos decumbere corpore ad modulum spatii contracto. Jam porro multo magis, puto, risisses, si spectasses illos, qui reges apud nos et satrapae fuerant, mendicantes ibi, et vel salsamentarios ex inopia, vel elementa prima docentes, dum a quolibet ex vulgo contumelias, et alapas in caput impactas patiuntur, perinde ac mancipiorum vilissima. Philippum ergo Macedonem quando contemplabar, plane me continere non poteram: scilicet monstrabatur mihi in angulo quodam mercede resarciens adtritos calceos. Multos praeterea alios videre licebat in triviis stipem petentes, Xerxas inquam, Darios et Polycrates.

18 *ΦΙΛ.* Ἄτοπα διηγῇ τὰ περὶ τῶν βασιλέων, καὶ μικροῦ δεῖν ἄπιστα. τί δὲ ὁ Σωκράτης ἔπραττε, καὶ Διογένης, καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν σοφῶν;

ΜΕΝ. Ὁ μὲν Σωκράτης κἀκεῖ περιέρχεται [a]) διελέγχων ἅπαντας· σύνεισι [b]) δ' αὐτῷ Παλαμήδης, καὶ Ὀδυσσεὺς, καὶ Νέστωρ, καὶ εἴ τις ἄλλος λάλος νεκρός. ἔτι μέντοι ἐπεφύσητο [c]) αὐτῷ, καὶ διῳδήκει ἐκ τῆς φαρμακοποσίας τὰ σκέλη. ὁ δὲ βέλτιστος Διογένης παροικεῖ [d]) μὲν Σαρδαναπάλῳ τῷ Ἀσσυρίῳ, καὶ Μίδᾳ τῷ Φρυγὶ, καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν πολυτελῶν.
p. 482. ἀκούων δὲ οἰμωζόντων αὐτῶν, καὶ τὴν παλαιὰν τύχην [e]) ἀναμετρουμένων [f]), γελᾷ τε καὶ τέρπεται, καὶ τὰ πολλὰ ὕπτιος κατακείμενος ᾄδει μάλα τραχείᾳ καὶ ἀπηνεῖ τῇ φωνῇ, τὰς οἰμωγὰς αὐτῶν ἐπικαλύπτων, ὥςτε ἀνιᾶσθαι τοὺς ἄνδρας, καὶ διασκέπτεσθαι μετοικεῖν οὐ φέροντας τὸν Διογένην.

a) περιέρχεται] περίεισι codd. 1428. et 2954. et hinc *Schm.* Eadem variatio, quae c. 16. b) σύνεισι] σύνεστι cod. 2954. probatum *Belino*, temere. c) ἐπεφύσητο] Hoc notatum ad oram A. 1. W. probavi, quod mihi juxta cum H. *Stephano* rectius videtur, quam ἐπεφύσσητο omnium Edd. excepta J. et V. 2. (nec non B. 4. *Lehm.*) *Aristoph.* Plut. v. 699. — ἡ γαστὴρ γάρ ἐπεφύσητό μου. *T. H.* d) παροικεῖ] συμπαροικεῖ *Belin.* et *Schm.* codd. 1428. et 2954. συμπαρῳκεῖ. Retinui vulgatam ob similitudinem loci Diall. Mortt. II. in. e) τὴν παλαιὰν τύχην] τὴν τύχην τὴν πάλαι conj. *Belin.* Sic mutatur quidem textus, neque vero emendatur, nedum restituitur. f) ἀναμετρουμένων] ἀναμετρούντων A. P. *T. H.* Sic et Ald. 2., quum Ald. 1. habeat ἀναμετρουμένων.

Phil. Absurda narras de regibus, et parum abest, quin incredibilia. Quid autem Socrates agebat et Diogenes, et si quis alius sapientum?

Men. Socrates ibi quoque obambulat redarguens omnes: adsunt autem ipsi Palamedes, Ulysses, Nestor, et si quae alia est umbra garrula: adhucdum vero inflata illi erant, atque extumuerant e veneni potu crura. Optimus autem Diogenes habitat juxta Sardanapalum Assyrium, Midam Phrygem, et alios quosdam hominum splendidorum: eos cum audit plorantes, pristinamque fortunam animo remetientes, ridet ac delectatur; tum plurimum supinus recumbens cantat, valde aspera ac dura voce ejulatus eorum abscondens; quod illi adeo moleste patiuntur, ut consilia volvant migrandi, non ferentes Diogenem.

ΦΙΛ. Ταυτὶ μὲν ἱκανῶς. τί δὲ τὸ ψήφισμα ἦν, ὅπερ ἐν 19
ἀρχῇ ἔλεγες κεκυρῶσθαι κατὰ τῶν πλουσίων;

ΜΕΝ. Εὖγε ὑπέμνησας· οὐ γὰρ οἶδ᾽ ὅπως, περὶ τούτου [g]) λέγειν προθέμενος, πάμπολυ ἀπεπλανήθην τοῦ λόγου. διατρίβοντος γάρ μου παρ᾽ αὐτοῖς, προὔθεσαν οἱ πρυτάνεις ἐκκλησίαν περὶ τῶν κοινῇ συμφερόντων. ἰδὼν [h]) οὖν πολλοὺς συνθέοντας, ἀναμίξας ἐμαυτὸν τοῖς νεκροῖς, εὐθὺς εἷς καὶ αὐτὸς ἦν τῶν ἐκκλησιαστῶν. διῳκήθη μὲν οὖν καὶ ἄλλα, τελευταῖον δὲ τὸ περὶ [i]) τῶν πλουσίων. ἐπεὶ γὰρ [k]) αὐτῶν κατηγόρητο πολλὰ καὶ δεινὰ, βία, καὶ ἀλαζονεία, καὶ ὑπερο- p. 483.
ψία, καὶ ἀδικία, τέλος ἀναστάς τις τῶν δημαγωγῶν ἀνέγνω ψήφισμα τοιοῦτον.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

Ἐπειδὴ πολλὰ καὶ παράνομα οἱ πλούσιοι δρῶσι παρὰ τὸν 20
βίον ἁρπάζοντες, καὶ βιαζόμενοι, καὶ πάντα τρόπον τῶν πενήτων καταφρονοῦντες, Δέδοκται [l]) τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ,

Vid. infra Adnot. *Lehm.* g) περὶ τούτου] addunt codd. 1428. et 2954. ἐν ἀρχῇ, ex antecedenti quaestione huc delatum. h) ἰδὼν] ὁρῶν cod. 1428. i) περὶ] F. παρὰ correctum in A. 1. quam reliquae sequuntur. k) ἐπεὶ γὰρ] conj. *Hemst.* ἐπεὶ γοῦν. Vid. Adnot. l) Δέδοκται] δεδόχθω codd. 1428. et 2954.

Phil. Ista quidem satis: sed quid erat illud plebiscitum, quod initio dicebas perlatum esse adversus divites?

Men. Bene vero submonuisti: nescio enim quomodo, cum de eo dicere proposuissem, longissime aberrarim ab instituto sermone. Ergo dum versabar apud inferos, edixerunt prytanes comitia de rebus ad communem utilitatem pertinentibus: ego, qui multos viderem concurrentes, immixtus umbris statim unus eram illorum, quibus in concionem veniendi jus erat: tum igitur et alia sunt administrata, et denique quod ad divites spectabat negotium. Itaque cum criminum adcusati essent multorum et gravium, violentiae, adrogantiae, superbiae, injustitiae, tandem surgens aliquis populi moderatorum praelegit scitum tale.

PSEPHISMA.

Quandoquidem multa et injusta divites perpetrant in vita rapiendo, vim inferendo, omnibusque modis pauperes despicatui habendo,

p. 483. ἐπειδὰν ἀποθάνωσι, τὰ μὲν σώματα αὐτῶν κολάζεσθαι, καθ-
άπερ καὶ τὰ τῶν ἄλλων πονηρῶν· τὰς δὲ ψυχὰς, ἀναπεμ-
φθείσας ἄνω ἐς τὸν βίον, καταδύεσθαι [m]) ἐς τοὺς ὄνους,
ἄχρις ἂν ἐν τῷ τοιούτῳ διαγάγωσι μυριάδας ἐτῶν πέντε καὶ εἴ-
κοσιν, ὄνοι ἐξ ὄνων γιγνόμενοι [n]), καὶ ἀχθοφοροῦντες, καὶ
ὑπὸ τῶν πενήτων ἐλαυνόμενοι· τοὐντεῦθεν δὲ λοιπὸν ἐξεῖναι
αὐτοῖς ἀποθανεῖν. Εἶπε τὴν γνώμην Κρανίων Σκελετίωνος
Νεκυσιεὺς, φυλῆς Ἀλιβαντίδος [o]).

Τούτου ἀναγνωσθέντος τοῦ ψηφίσματος ἐπεψήφισαν μὲν
p. 484. αἱ ἀρχαὶ, ἐπεχειροτόνησε δὲ τὸ πλῆθος, καὶ ἐνεβριμήσατο ἡ
Βριμὼ, καὶ ὑλάκτησεν ὁ Κέρβερος· οὕτω γὰρ ἐντελῆ γίγνεται,
21 καὶ κύρια [p]) τὰ ἀνεγνωσμένα. Ταῦτα μὲν δή σοι [q]) τὰ ἐν
τῇ ἐκκλησίᾳ. ἐγὼ δὲ, οὗπερ ἀφίγμην ἕνεκα, τῷ Τειρεσίᾳ
προσελθὼν ἱκέτευον αὐτὸν, τὰ πάντα διηγησάμενος, εἰπεῖν
πρός με, Ποῖόν τινα ἡγεῖται τὸν ἄριστον βίον. ὁ δὲ γελάσας
(ἔστι δὲ τυφλόν τι γερόντιον, καὶ ὠχρὸν, καὶ λεπτόφωνον)

m) *καταδύεσθαι*] Ex A. J. V. 2. quibus adsentitur Margo A. 1. W. Ceterae Edd. F. in qua *καταλύεσθαι*, sequuntur. *T. II.* Vid. Adnot. *Lehm.* n) *γιγνόμενοι*] *γινόμενοι* cod. 1428. o) *Ἀλιβαντίδος*] A. P. idemque adscriptum in ora A. 1. W. Cunctae Edd. *Ἀλιβαντιάδος*. *T. II.* Sic et cod. 1428. ergo ceteri Pariss., ut opinari licet, *Ἀλιβαντίδος*. Cf. Adnot. *Lehm.* p) *κύρια*] *κυρία*, ut paroxytonon utraque Ald. et Bas. 1. et 3. q) *σοι*] *σου* cod. 1428.

visum est Senatui Populoque, ut, cum obierint, eorum corpora poenas subeant, non secus atque aliorum improborum; animas autem sursum remissas in vitam demergi in asinos, usque dum in tali statu transegerint bis centum et quinquaginta mille annos, asini ex asinis prognati, onera ferentes, atque a pauperibus acti: exinde demum ut liceat ipsis mori. Dixit sententiam Cranion Sceletionis F. Necysiensis, tribu Alibantide.

Hoc lecto psephismate suffragia dant magistratus, scivit plebs, infremuit Brimo, et latravit Cerberus: nam eo pacto firma fiunt et rata, quae lecta fuerunt. Atque haec tibi sunt acta in concione. Ego porro, cujus gratia eo veneram, Tiresiam adii, eumque supplex rogavi, re tota narrata, ut exponeret mihi, qualem tandem ducat optimam vitam. Tum ille risu sublato, (est autem captus oculis seniculus, pallidus, et tenuissima voce) fili,

Ὦ τέκνον, φησὶ, τὴν μὲν αἰτίαν οἶδά σου[r]) τῆς ἀπορίας, p. 484.
ὅτι παρὰ τῶν σοφῶν ἐγένετο, οὐ τὰ αὐτὰ[s]) γιγνωσκόντων
ἑαυτοῖς· ἀτὰρ οὐ θέμις λέγειν πρὸς σέ· ἀπείρηται γὰρ ὑπὸ p. 485.
τοῦ Ῥαδαμάνθυος. μηδαμῶς, ἔφην, ὦ πατέριον, ἀλλ' εἰπὲ,
καὶ μὴ περιΐδης με σοῦ τυφλότερον[t]) περιϊόντα ἐν τῷ βίῳ. ὁ
δὲ δή με ἀπαγαγὼν[u]), καὶ πολὺ τῶν ἄλλων ἀποσπάσας, ἠρέ-
μα προσκύψας πρὸς τὸ οὖς φησὶν, Ὁ τῶν ἰδιωτῶν ἄριστος
βίος, καὶ σωφρονέστερος· ὥς τῆς ἀφροσύνης παυσάμενος τοῦ
μετεωρολογεῖν, καὶ τέλη καὶ ἀρχὰς ἐπισκοπεῖν, καὶ καταπτύσας
τῶν σοφῶν τούτων συλλογισμῶν, καὶ τὰ τοιαῦτα λῆρον ἡγη-
σάμενος, τοῦτο μόνον ἐξ ἅπαντος θηράσῃ, ὅπως, τὸ παρὸν
εὖ θέμενος[x]), παραδράμῃς γελῶν τὰ πολλὰ, καὶ περὶ μηδὲν p. 486.
ἐσπουδακώς.

r) σου] σοι P. Margo A. 1. W. Defendi poterat: sed longe melior vulgata. s) τὰ αὐτὰ] ταὐτὰ cod. 1428. t) τυφλότερον] Sic non paucae Edd. in his Ald. 1. 2. Arg. et Lips. pro vulg. τυφλώτερον, quam ego improbam habeo scripturam: recte scriptum μικρότερον Charon. c. 16. Prom. s. Cauc. c. 13. Calumn. N. Tem. Cred. c. 3. σφοδρότερον Adv. Indoct. c. 9. Pisc. c. 23. θερμότεροι Nigr. c. 5. τερπνοτέρα Amorr. c. 12. σεμνότερα Diall. Mortt. XI, 3. de Sacriff. c. 15. Pisc. c. 39. et σεμνότατος Prometh. in Verbb. c. 6. Nigr. c. 21. Vit. Auct. c. 2. Pisc. c. 23. 25. etc. u) ἀπαγαγὼν] ἀγαγὼν codd. 1428. et 2954. x) εὖ θέμενος] εὐθέμενος uno verbo in Arg. et Lips. quemadmodum paullo ante ἐξάπαντος, etiam in Ald. utraque.

inquit, caussam novi tuae fluctuationis a sapientibus esse ortam, qui secum ipsi dissident: at fas non est haec ad te proloqui; interdictum enim a Rhadamantho. Nullo pacto, inquam, suavissime pater: quin eloquere, neque me asperneris, qui te ipso caecior oberrem in vita. Ille enimvero, cum me seduxisset, longeque ab aliis (*a ceteris*) abstraxisset, leniter inclinatus ad aurem, Idiotarum, ait, optima est vita, et prudentissima. Quare tu, posita dementia rimandi coelestia, et fines ac principia rerum inspiciendi, despues solertes illos syllogismos, et haec talia pro nugis ducens illud ex omnibus unum modo venabere, ut eo, quod in manibus est, sapienter usus praetercurras ridendo pleraque, nec quicquam serio studio consec-

Par. H. e.g. Od. XI, 538. 572. etc.

ὣς εἰπὼν πάλιν ᾤχετο κατ' Ἀσφοδελὸν λειμῶνα.

22 Ἐγὼ δὲ, (καὶ γὰρ ἤδη ὀψὲ ἦν), ἄγε δὴ, ὦ Μιθροβαρζάνη, φημὶ, τί διαμέλλομεν, καὶ οὐκ ἄπιμεν αὖθις ἐς τὸν βίον; ὁ δὲ πρὸς ταῦτα, θάῤῥει, φησὶν, ὦ Μένιππε· ταχεῖαν γάρ σοι καὶ ἀπράγμονα ὑποδείξω ἀτραπόν· καὶ δὴ ἀπαγαγών με πρός τι χωρίον τοῦ ἄλλου ζοφερώτερον, δείξας τῇ χειρὶ πόῤῥωθεν ἀμαυρόν τι καὶ λεπτὸν ὥσπερ διὰ κλειθρίας ἐσρέον [y]) φῶς, Ἐκεῖνο, ἔφη, ἐστὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Τροφωνίου, κἀκεῖθεν κατέρχονται [z]) οἱ ἀπὸ Βοιωτίας· ταύτην οὖν ἄνιθι, καὶ εὐθὺς ἔσῃ ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος. Ἡσθεὶς δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐγὼ, καὶ τὸν μάγον ἀσπασάμενος, χαλεπῶς μάλα διὰ τοῦ στομίου ἀνερπύσας, οὐκ οἶδ' ὅπως [a]) ἐν Λεβαδείᾳ γίγνομαι.

y) ἐσρέον φῶς] φῶς εἰσρέον codd. 1428. et 2954. z) κατέρχονται] κατιᾶσιν tres codd. Pariss. et hinc *Schm.* De iisdem in eandem speluncam descendentibus idem verbum κατέρχεσθαι in Diall. Mortt. III, 1. a) οὐκ οἶδ' ὅπως] οὐκ οἶδα ὅπως conj. *Belin.* paene pueriliter.

teris. Haec ubi dixit, recepit se in asphodelo consitum pratum. Atque ego, (etenim jam serum erat,) Age vero, Mithrobarzanes, inquam, quid ultra moramur, et non abimus iterum in vitam? Ad haec ille, bono, inquit, esto animo, Menippe: brevem equidem tibi et minime molestum ostendam tramitem: simul abduxit me ad quendam locum reliquis (*altero*) caliginosiorem, ostendensque manu procul obscurum aliquod et tenue tanquam per fenestram influens lumen, Illud, ait, est Trophonii fanum, atque inde descendunt Boeoti. Hac igitur enitere, et statim eris in Graecia. Ego vero dictis delectatus, salutatoque mago, cum difficulter admodum per angustum ostium erepsissem, nescio quomodo in Lebadia adsum.

ΧΑΡΩΝ [a]

Η ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΝΤΕΣ.

ΕΡΜΗΣ ΚΑΙ ΧΑΡΩΝ.

Argum. Fingit *Lucianus* Charonem, venia in unum diem cymbae relinquendae impetrata, ad res superas escendisse, ibique Mercurio forte obviam factum, hujusque vetere amicitia et insigni solertia rerumque humanarum cognitione usum, ex edito quodam loco multiplicem hominum paene omnium tum stultitiam, tum miseriam, partim cum risu, partim cum aliqua misericordia, contemplari. Ingeniosissime et artificiosissime compositum opus, abundans verae sapientiae decretis et praeceptis, nec destitutum humanitatis cujusdam vere christianae vestigiis, quantum quidem id per satyrae licentiam licebat. Forma est illa *Luciani* propria, quam constat dramatica et dialogica mixta contineri. Tempus, quo haec acta finguntur, est aetas Cyri majoris, Croesi et Solonis, circa annum a Ch. sexcentesimum. Locus, unde contemplatio vitae terrestris fit, Phocidis et Thessaliae confinium.

ΕΡΜ. Τί γελᾷς, ὦ Χάρων; ἢ τί τὸ πορθμεῖον ἀπολιπὼν 1
δεῦρο ἀνελήλυθας, ἐς τὴν παροῦσαν ἡμέραν [b]) οὐ πάνυ εἰωθὼς ἐπιχωριάζειν τοῖς ἄνω πράγμασιν;

a) *ΧΑΡΩΝ*] Sic A. 1. et 2. et recentiores. In B. 1. et 3. prolixius inscriptum: *Ἑρμοῦ, Χάρωνος, Κροίσου καὶ Σόλωνος, ἢ Ἐπ.* b) *ἐς τὴν παροῦσαν ἡμέραν*] ἐς τὴν ἡμετέραν

CHARON

SIVE CONTEMPLANTES.

MERCURIUS ET CHARON.

Merc. Quid tu rides, Charon? quidve navicula derelicta huc evasisti, ad praesentem usque diem non valde solitus frequentare res superas?

p. 487. *ΧΑΡ.* Ἐπεθύμησα, ὦ Ἑρμῆ, ἰδεῖν ὁποῖά ἐστι τὰ ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἃ πράττουσιν οἱ ἄνθρωποι ἐν αὐτῷ, ἢ τίνων στερούμενοι πάντες οἰμώζουσι κατιόντες παρ' ἡμᾶς [c])· οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν ἀδακρυτὶ διέπλευσεν. αἰτησάμενος οὖν παρὰ τοῦ Ἅιδου καὶ αὐτὸς, ὥσπερ καὶ ὁ Θέτταλος ἐκεῖνος νεανίσκος, μίαν
p. 488. ἡμέραν λειπόνεως γενέσθαι, ἀνελήλυθα ἐς τὸ φῶς· καί μοι δοκῶ [d]) ἐς δέον ἐντετυχηκέναι σοί· ξεναγήσεις γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι με ξυμπερινοστῶν, καὶ δείξεις ἕκαστα [e]), ὡς ἂν εἰδὼς ἅπαντα.

ΕΡΜ. Οὐ σχολή μοι, ὦ πορθμεῦ· ἀπέρχομαι γάρ τι διακονησόμενος τῷ [f]) ἄνω Διῒ τῶν ἀνθρωπικῶν· ὁ δὲ ὀξύθυ-
p. 489. μός τέ ἐστι, καὶ δέδια μὴ βραδύναντά [g]) με ὅλον ὑμέτερον ἐάσῃ εἶναι, παραδοὺς τῷ ζόφῳ· ἢ, ὅπερ τὸν Ἥφαιστον πρώην
Homer. Il. I. v. 590. sq. ἐποίησε, ῥίψῃ κἀμὲ τεταγὼν [h]) τοῦ ποδὸς ἀπὸ τοῦ θεσπεσίου

codd. Pariss. 1428. 2954. 3011. „minus bene", ait *Belinus*. Ceterum veram distinctionem restituit *Hemsterhusii* acumen, quum olim distinctum fuisset post ἡμέραν. Modo pro δεῦρο ἀνελήλυθας in cod. 2957. legitur δεῦρ' ἐλήλυθας. c) ἡμᾶς] ὑμᾶς *F.* d) δοκῶ] δοκεῖ vitiose S. et A. e) ἕκαστα] ἅπαντα 1428., si recte vidit retulitve *Belinus*, per errorem e sequentibus ortum. f) τῷ] Sola F. τῶν male. g) βραδύναντα] βραδύνοντα 1428. h) τεταγὼν] Ita ex *Homero* rescripsimus cum *Schm.* e Schol. et codd. 1428. 2954. 3011. Gorl. pro vulg. τεταγώς. In Gorl. voces τοῦ ποδὸς omissae. Pro κἀμὲ *Guyet.* conj. χαμαί.

Char. Desideravi, Mercuri, inspicere, qualia sint, quae versantur in vita, quaeque ibi agant homines: deinde quibus privati omnes plorent, ubi deorsum venerint ad nos: nullus enim eorum sine lacrimis trajecit. Quare postulata ab Orco, non secus ac Thessalus ille juvenis, ad unum diem linquendae navis venia, escendi in lucem; mihique videor in te peropportune incidisse: non enim dubito, quin hospitem amice ducturus sis, mecum obeundo singula monstrandoque, ut qui noris omnia.

Merc. Non sane vacat, Portitor: etenim propero curaturus supero Jovi quiddam negotioli humani: hicce vero, quippe facilis irasci, metuo ne me cessantem vestrae ditionis esse totum sinat traditum in tenebras; aut, quod Vulcano nuperrime fecit, me quoque projiciat pede correptum desa-

βήλου, ὡς ὑποσκάζων [i]) γέλωτα παρέχοιμι καὶ αὐτὸς οἰνο- p. 489.
χοῶν.

ΧΑΡ. Περιόψει οὖν με ἄλλως πλανώμενον ὑπὲρ γῆς, καὶ ταῦτα ἑταῖρος, καὶ ξύμπλους, καὶ ξυνδιάκτορος [k]) ὤν; καὶ μὴν καλῶς εἶχεν, ὦ παῖ Μαίας [l]), ἐκείνων γοῦν σε με- p. 490.
μνῆσθαι, ὅτι μηδεπώποτέ σε ἢ ἀντλεῖν ἐκέλευσα, ἢ πρόσκωπον εἶναι· ἀλλὰ σὺ μὲν ῥέγκεις ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐκταθεὶς, ὤμους οὕτω καρτεροὺς ἔχων· ἢ εἴ τινα λάλον [m]) νεκρὸν εὕροις, ἐκείνῳ παρ' ὅλον τὸν πλοῦν διαλέγῃ [n]). ἐγὼ δὲ πρεσβύτης ὢν, τὴν δικωπίαν ἕλκων, ἐρέττω μόνος. ἀλλὰ πρὸς τοῦ πατρὸς, ὦ φίλτατον Ἑρμίδιον [o]), μὴ καταλίπῃς με· περιήγησαι δὲ τὰ ἐν τῷ βίῳ ἅπαντα, ὥς τι καὶ ἰδὼν ἐπανέλθοιμι· ὡς [p]) ἤν με σὺ ἀφῇς, οὐδὲν τῶν τυφλῶν διοίσω· καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι σφάλλονται διολισθαίνοντες [q]) ἐν τῷ σκότῳ, οὕ-

i) ὑποσκάζων] ὑποσκάζοντα 3011. per errorem librarii. k) ξυνδιάκτορος] Ita *Schm.* e 2950. et 3011. pro συνδ. vulg. In B. 3. συνδιάτορος, quod *Palmerius*, non consultis aliis edd., sua ratione emendare conatus est. Vid. Adnot. l) ὦ παῖ Μαίας] ὦ Μαίας παῖ 1428. 2954. 3011. m) λάλον] ex emendatione *Benedicti* et *Brod.*, quam *Hemst.* et recentt. receperunt pro vulg. ἄλλον. Deinceps εὕρῃς 3011. n) διαλέγῃ] διελέγχῃ 3011. o) Ἑρμίδιον] Sic *Solan.*, *Hemst.* et recentt. Vulg. Ἑρμήδιον. Marg. B. 1. W. et codd. quatuor Pariss. et Gorl. Ἑρμάδιον. p) ὡς] ὃς conj. *T. Fr. Benedict.* Paullo post ἀφεὶς 2954. q) διολισθαίνοντες] διολισθέ-

cro coeli limine, ut subclaudo gressu risum et ipse praebeam vinum ministrans.

Char. Ergo te nulla mei cura tanget temere oberrantis in terra, idque cum sodalis sis, mecumque simul naviges et umbras transvehas. Atqui non indecorum erat, Majae fili, eorum quidem ut meminisses, quod nunquam te antliam ducere jussi, nec remis admovi: quin stertis in transtris porrectus tu, qui humeros habes tam validos; nisi si garrulam aliquam umbram inveneris, quacum per totum cursum confabuleris: ego interea vetulus binos remos agens solus remigo. At per patrem te obsecro, suavissime Mercuriole, ne me destituas: imo age, per partes, in hominum vita quae sint, omnia mihi demonstra, ut fructum aliquem ex ea contemplatione referam. Quod si tu me deserueris, nihil inter me et caecos intererit: quemadmodum enim hi vacillant frustratis per lubrica vestigiis in caligine, similiter

p. 491. τω δὴ κἀγώ σοι ἔμπαλιν [r]) ἀμβλυώττω πρὸς τὸ φῶς. ἀλλὰ δός, ὦ Κυλλήνιέ, μοι ἐς ἀεὶ μεμνησομένῳ [s]) τὴν χάριν.

2 ΕΡΜ. Τουτὶ τὸ πρᾶγμα πληγῶν αἴτιον καταστήσεταί μοι. ὁρῶ γοῦν ἤδη τὸν μισθὸν τῆς περιηγήσεως οὐκ ἀκόνδυλον παντάπασιν ἡμῖν ἐσόμενον· ὑπουργητέον δὲ ὅμως· τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι [t]) τις, ὁπότε φίλος τις ὢν βιάζοιτο; Πάντα μὲν οὖν σε ἰδεῖν καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς ἀμήχανόν ἐστιν, ὦ πορθμεῦ. πολλῶν γὰρ ἂν ἐτῶν ἡ διατριβὴ γένοιτο. εἶτα ἐμὲ μὲν κηρύττεσθαι δεήσει, καθάπερ ἀποδράντα, ὑπὸ τοῦ Διός·
p. 492. σὲ δὲ καὶ αὐτὸν κωλύσει ἐνεργεῖν τὰ τοῦ Θανάτου ἔργα, καὶ τὴν Πλούτωνος ἀρχὴν ζημιοῦν, μὴ νεκραγωγοῦντα πολλοῦ τοῦ χρόνου· καὶ [u]) ὁ τελώνης Αἰακὸς ἀγανακτήσει, μηδ' ὀβολὸν ἐμπολῶν [x])· ὡς δὲ τὰ κεφάλαια τῶν γιγνομένων ἴδοις [y]), τοῦτ' ἤδη σκεπτέον.

νοντες F. In P. J. et A. 2. καὶ διολισθαίνουσι. Mox σκότει 1428. 2954. 3011.. r) ἔμπαλιν] Sic cum *Schm.* et suadente *Jo. Seagero* in Class. Journ. N. XI. a. 1812. p. 134. edidimus e codd. 1428. 2954. et 2957. pro vulg. πάλιν, pro quo *Hemsterhusio* placuerat πάλαι. Vid. Adnot. s) μεμνησομένῳ] μεμνημένῳ B. 1. et 3. t) πάθοι] Sic *Schm.*, praeeunte *Solano*, e codd. quatuor Pariss. et Gorl., Long. Exc., et edd. B. 2. et 3. pro vulg. πάθῃ, quod *Hemst.* injuria aeque probum judicavit, atque Optativum. u) καὶ] κᾆτα *Schm.* e codd. 1428. 2954. 3011. nullo jure. x) ἐμπολῶν] ἐμπωλῶν 1428. minus Attice, *Eelino* judice. y) ἴδοις] Sic *Schm.* et

sane et ego tibi *contra* acie sum ad lucem hebetata. Verum fac mihi, Cyllenie, semper memori futuro hanc gratiam.

Merc. Hocce negotium mihi non sine plagis abibit: jamque video mercedem praestiti officii praesentibus pugnis omnino persolutum iri: neque tamen eo minus opera tibi danda est: quid enim facias, ubi vir amicus blanda vi cogit? Ergo omnia quidem ut videas singulatim et adcurate, nulla arte fieri potest; multorum enim haec annorum foret mora. Tum me quidem oportuerit praeconio citari, tanquam fugitivum, a Jove: te sane ipsum idem impediverit, ne administres mortuale tuum munus: Plutonis imperio certe damnum adtuleris, si nullos mortuos deducas longo temporis intervallo: et publicanus Aeacus indignabitur, ne obolum quidem lucrifaciens. Ut vero summa rerum, quae geruntur, capita spectes, id jam nunc dispiciendum est.

ΧΑΡ. Αὐτὸς, ὦ Ἑρμῆ, ἐπινόει τὸ βέλτιστον· ἐγὼ δὲ p. 492.
οὐδὲν οἶδα τῶν ὑπὲρ γῆς, ξένος ὤν.

ΕΡΜ. Τὸ μὲν ὅλον, ὦ Χάρων, ὑψηλοῦ τινος ἡμῖν ἔδει [z])
χωρίου, ὡς ἀπ' ἐκείνου πάντ' ἴδοις· σὺ δὲ [a]), εἰ μὲν ἐς τὸν
οὐρανὸν ἀνελθεῖν δυνατὸν ἦν, οὐκ ἂν ἐκάμνομεν [b])· ἐκ πε-
ριωπῆς γὰρ ἂν ἀκριβῶς ἅπαντα καθεώρας. ἐπεὶ δὲ οὐ θέμις p. 493.
εἰδώλοις ἀεὶ ξυνόντα ἐπιβατεύειν τῶν βασιλείων τοῦ Διὸς, ὥρα
ἡμῖν ὑψηλόν τι ὄρος περισκοπεῖν [c]).

ΧΑΡ. Οἶσθα, ὦ Ἑρμῆ, ἅπερ εἴωθα λέγειν ἐγὼ πρὸς 3
ὑμᾶς, ἐπειδὰν πλέωμεν; ὁπόταν γὰρ τὸ πνεῦμα καταιγίσαν
πλαγία τῇ ὀθόνῃ ἐμπέσῃ, καὶ τὸ κῦμα ὑψηλὸν ἀρθῇ, τότε
ὑμεῖς μὲν ὑπ' ἀγνοίας κελεύετε τὴν ὀθόνην στεῖλαι [e]), ἢ ἐν–

Matth., a *Belino* moniti, e codd. 2954. 2957. 3011. scripserunt pro vulg. *ἴδῃς*. Imagg. c. 1. *ἀτὰρ εἰπέ μοι, τίς ἡ λιθοποιὸς αὕτη Μέδουσα ἡμῖν ἐστι, καὶ πόθεν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἴδοιμεν;* Et similem in modum crebro. z) *ἔδει*] *δεῖ* ex iisdem et Gorl. iidem. At cf. supra *καλῶς εἶχεν*. Diall. Deor. I, 1. *ἐχρῆν*. Diall. Mortt. VII, 2. ipsum *ἔδει*. Mox *κατίδοις* pro *ἴδοις* iidem ex iisdem et Gorl. praeterquam quod in 2954. est *κατίδῃς*, quod recepit *Matthiae*. a) *σὺ δὲ*] „*σοὶ* Ald.“ Ita notari in ora A. 1. W. tradit *Hemst.* At in utraque Ald. est *σὺ δέ*. *Σοὶ δὴ* *Schm.* e codd. 1428. 2954. 3011. *σοὶ δὲ* *Matth.* Vid. Adnot. b) *ἐκάμνομεν*] Sic *Schm.* e Mss. Pariss. et Gorl. pro vulg. *ἔκαμνον*. In 1428. *δυνατὸν ἡμῖν ἀνελθεῖν, οὐκ ἂν ἐκάμνομεν*. *Belinus* vult: *σοὶ δὲ εἰ μὲν ἐς τ. οὐρ. ἀνελθ. δυν. εἴη, οὐκ ἂν ἐκάμνομεν*. perperam. c) *περισκοπεῖν*] *ἐπισκοπεῖν* 3011. e) *στεῖλαι*] *συστεῖλαι* 3011. et Gorl.

Char. Ipse tu, Mercuri, quid optimum sit, excogita: quandoquidem ego eorum ignarus sum, quae sunt in terra, quippe hospes.

Merc. Ut paucis dicam, Charon, eminente quodam nobis opus erat loco, ut inde cuncta contempleris: quod si in coelum adscendendi jus tibi foret, non laboraremus: ex hac enim specula exacte cuncta despiceres: nunc, quoniam fas non est, te, qui cum umbris semper versaris, pedem ponere in regia Jovis, id scilicet agendum nobis, ut montem aliquem altum circumspiciamus.

Char. Scinne, Mercuri, quae soleam dicere vobis, quando navigamus? cum enim ventus turbine impulsus in obliquum (*ex obliquo in*) velum incidit, fluctusque tumidi tolluntur, tum vos prae imperitia jubetis velum contrahere, aut laxa-

p. 495. δοῦναι ὀλίγον τοῦ ποδὸς, ἢ συνεκδραμεῖν τῷ πνέοντι [f])· ἐγὼ
δὲ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν παρακελεύομαι ὑμῖν· αὐτὸς γὰρ εἰδέναι
τὰ βελτίω [g]). κατὰ ταὐτὰ [h]) δὴ καὶ σὺ πράττε, ὁπόσα καλῶς
p. 494. ἔχειν νομίζεις, κυβερνήτης νῦν γε ὤν. ἐγὼ δὲ, ὥσπερ ἐπιβάταις νόμος, σιωπῇ καθεδοῦμαι, πάντα πειθόμενος [i]) κελεύοντί σοι.

ΕΡΜ. Ὀρθῶς λέγεις, αὐτὸς γὰρ εἴσομαι τὸ [k]) ποιητέον, κἀξευρήσω τὴν ἱκανὴν σκοπήν. ἆρ᾽ οὖν ὁ Καύκασος ἐπιτήδειος, ἢ ὁ Παρνασσὸς ὑψηλότερος, ἢ ἀμφοῖν ὁ Ὄλυμπος ἐκεινοσί [l]); καίτοι οὐ φαῦλόν τι [m]) ἀνεμνήσθην ἐς τὸν Ὄλυμπον ἀπιδών· συγκαμεῖν δέ τι καὶ ὑπουργῆσαι καὶ σὲ δεῖ.

ΧΑΡ. Πρόςταττε· ὑπουργήσω γὰρ ὅσα δυνατά.

ΕΡΜ. Ὅμηρος ὁ ποιητής φησι τοὺς Ἀλωέως υἱέας, δύο καὶ αὐτοὺς ὄντας, ἔτι παῖδας, ἐθελῆσαί ποτε τὴν Ὄσσαν ἐκ βάθρων ἀνασπάσαντας ἐπιθεῖναι τῷ Ὀλύμπῳ, εἶτα τὸ Πήλιον

f) τῷ πνέοντι] Ita C. et Schol. pro vulg. τῷ πνεύματι. Vid. Adnot. ad Schol. et *Schaefer.* ad *L. Bos* p. 32. g) τὰ βελτίω] τὸ βέλτιον 1428. h) ταὐτὰ] ταῦτα B. 5. i) πειθόμενος] πεισόμενος 1428. 2954. k) τὸ ποιητέον] Sic *Matth.* e 2957. P. J. pro vulg. τί ποιητ. Pro ποιητέον margo A. 1. W. habet πονητέον, neutrum bene, judice quidem *Hemsterhusio.* At vid. Adnot. ad Diall. Deor. IV, 5. *Belinus* conjecit ὅ,τι ποιητ. Ceterum mira est A. 2. lectio εἴσομαι διὸ τί ποιητέον, nescio, an ex ὅ,τι orta. l) ἐκεινοσί] οὑτοσί 1428. et 2954. m) φαῦλόν τι] φαῦλον ὃ iidem et 3011.

re paullulum pedem, aut obsecundare vento rapienti: ego vero vos, ut quietem agatis, admoneo; me enim ipsum optime scire, quid facto sit opus. Similem in modum tu, qui nunc vicem gubernatoris geris, fac, quodcunque putaveris e re esse: ego, ut vectorum est officium, silentio sedebo, per omnia morem gerens imperanti tibi.

Merc. Recte mones: nam ipse scivero, quid fieri conveniat, et invenero idoneam speculam. Num igitur Caucasus opportunus? an Parnassus altior, an utrisque Olympus iste? Atenim non inscitum aliquid mihi in mentem venit ad Olympum respicienti: verum te quoque operam mecum laboremque consociare oportet.

Char. Impera modo: adjuvabo quod in me est.

Merc. Homerus poëta Aloeï filios, et ipsos duos, ait adhucdum pueros voluisse aliquando Ossam ex fundamentis revulsam imponere Olympo, tum Pelion Os-

ἐπ᾽ αὐτῇ, ἱκανὴν ταύτην κλίμακα ἕξειν οἰομένους καὶ πρόσβα- p. 494.
σιν ἐπὶ τὸν οὐρανόν. ἐκείνω μὲν οὖν τὼ μειρακίω, (ἀτασθά-
λω γὰρ ἤστην,) δίκας ἐτισάτην. νῷ[n]) δέ, (οὐ γὰρ ἐπὶ κακῷ
τῶν θεῶν[o]) ταῦτα βουλεύομεν) τί οὐχὶ οἰκοδομοῦμεν καὶ p. 495.
αὐτοὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐπικυλινδοῦντες ἐπάλληλα τὰ ὄρη, ὡς ἔχοι-
μεν ἀφ᾽ ὑψηλοτέρου ἀκριβεστέραν τὴν σκοπήν.

ΧΑΡ. Καὶ δυνησόμεθα, ὦ Ἑρμῆ, δύ᾽ ὄντες ἀναθέσθαι 4
ἀράμενοι τὸ Πήλιον, ἢ τὴν Ὄσσαν;

ΕΡΜ. Διατί δ᾽ οὐκ ἄν, ὦ Χάρων; ἢ ἀξιοῖς ἡμᾶς ἀγεννεστέρους εἶναι τοῖν βρεφυλλίοιν ἐκείνοιν, καὶ ταῦτα, θεοὺς ὑπάρχοντας;

ΧΑΡ. Οὐκ· ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα δοκεῖ μοι ἀπίθανόν τινα τὴν μεγαλουργίαν ἔχειν.

ΕΡΜ. Εἰκότως· ἰδιώτης γὰρ εἶ, ὦ Χάρων, καὶ ἥκιστα ποιητικός. ὁ δὲ γεννάδας Ὅμηρος ἀπὸ δυοῖν στιχοῖν αὐτίκα ἡμῖν ἀμβατὸν ἐποίησε[p]) τὸν οὐρανόν, οὕτω ῥᾳδίως συνθεὶς[q])

n) *νῷ*] Fl. *νῦν*, „quod cur mutaretur, nulla erat caussa; nisi „vetusti Codd. alterum stabiliant.“ *Hemst.* At personarum est h. l. comparatio, non temporum: *ἐκείνω μὲν οὖν τὼ μειρακίω — νῷ δὲ* etc. *νῦν δὲ* sequi non facile potuit, nisi praecedens *ποτε* vim aliquam habeat, quam non habet. Lectio *νῦν* per errorem videtur in Florentinam Ed. migrasse. o) *τῶν θεῶν*] *τῷ θεῷν* ead. Fl. p) *αὐτίκα ἡμῖν ἀμβατὸν ἐπ.*] *ἀμβατὸν αὐτίκα ἡμῖν ἐπ.* 2954. q) *συνθεὶς*] Ita e Gorl. scripsimus: antea legebatur *συντιθεὶς*, pro quo

sae, illamque se scalam idoneam habituros putasse, et adscensum in coelos. Illi quidem utrique adolescentuli, utpote perditissime improbi, poenas luerunt: nos autem, quibus in Deorum fraudem haec consilia non capiuntur, cur non structuram et ipsi similem adornamus convolutis aliis super alios montibus, ut nanciscamur ab altiore loco adcuratiorem prospectum?

Char. Et poterimus, Mercuri, nos duo in altum extollere levatum Pelium aut Ossam?

Merc. Quidni, Charon? an nos statuis ignaviores esse puerulis istis? idque, ubi Dii sumus.

Char. Non quidem: verum res mihi videtur improbabilem quandam habere operis adgrediundi magnitudinem.

Merc. Sane; quippe literarum imperitus es, o Charon, minimeque poëtica facultate praeditus: at animosus ille Homerus binorum

p. 495. τὰ ὄρη. καὶ θαυμάζω, εἴ σοι ταῦτα τεράστια εἶναι δοκεῖ, τὸν Ἄτλαντα δηλαδὴ εἰδότι, ὃς τὸν πόλον αὐτὸν, εἷς ὤν, φέρει, ἀνέχων ἡμᾶς ἅπαντας. ἀκούεις δέ γε [r]) ἴσως καὶ τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ πέρι, τοῦ Ἡρακλέους [s]), ὡς διαδέξαιτό [t]) ποτε αὐτὸν [u]) ἐκεῖνον τὸν Ἄτλαντα, καὶ ἀναπαύσειε πρὸς ὀλίγον τοῦ
p. 496. ἄχθους, ὑποθεὶς ἑαυτὸν τῷ φορτίῳ;

ΧΑΡ. Ἀκούω καὶ ταῦτα· εἰ δὲ ἀληθῆ ἐστι [x]), σὺ ἂν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ οἱ ποιηταὶ εἰδείητε [y]).

ΕΡΜ. Ἀληθέστατα, ὦ Χάρων. ἢ τίνος γὰρ ἕνεκα σοφοὶ ἄνδρες ἐψεύδοντο ἄν; ὥστε ἀναμοχλεύωμεν τὴν Ὄσσαν πρῶτον, ὥσπερ ἡμῖν ὑφηγεῖται τὸ ἔπος, καὶ ὁ ἀρχιτέκτων Ὅμηρος,

Homer. Od. XI, 314. sq.

— — — αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον· — —

Hemst. maluit συντίθει. r) δέ γε] Posteriorem interjecimus praeeuntibus codd. 1428. 2954. 3011. et Gorl. et Edd. *Schm.* et *Matth.* f) Ἡρακλέους] Sic ex iisdem codd. Pariss. probante *Belino*, rescripsit *Schm.* pro vulg. Ἡρακλέος. t) διαδέξαιτο] lectio ab *Hemst.* commendata, iisdem codd. et Gorl. confirmata, et recepta a *Schm.* et *Matth.* in locum vulgatae διαδέξοιτο. u) αὐτὸν] αὐτὸς maluit *Hemst.*, omnino ejici voluit *Seyb.*, nec non sequentia τὸν Ἄτλαντα, in quibus Articulus abest a B. 1. et 3. x) ἐστι] abest a 3011. Deinceps *Belinus* malit σὺ δ' ἂν, euphoniae scilicet gratia, quam equidem non audio. y) εἰδείητε] Sic *Schm.* e codd. tribus Pariss. pro vulg. εἰδῆτε. Optativo scilicet hic est locus, ut Diall. Deor. IV, 5. αὐτὸς ἂν εἰδείης, et saepius.

versuum opera statim nobis aditum in coelos confecit: tam ex facili componebat montes. Equidem miror, si ista tibi esse portentosa videantur, quem Atlas scilicet non fugit, qui polum ipsum unus fert, sustinens nos simul omnes. Etiam inaudiveris forte de fratre meo Hercule, ut successerit aliquando in vicem *ipsius* illius Atlantis, eumque recrearit interquiescentem tantisper, dum ipse subditis humeris onus coeli gestaret.

Char. Audivi et ista: sintne vera, tu, Mercuri, poëtaeque sciveritis.

Merc. Verissima, Charon: nam quam ob rem sapientes viri falsum dicerent? Itaque emoliamur Ossam primum, uti nobis praemonstrat carmen, et architectus Homerus; dein super Ossam tremulum arboribus Pelion. Viden',

ὁρᾷς, ὅπως ῥᾳδίως ἅμα καὶ ποιητικῶς ἐξειργάσμεθα [z]); φέρε p. 496. οὖν ἀναβὰς ἴδω, εἰ καὶ ταῦτα ἱκανὰ [a]), ἢ ἐποικοδομεῖν ἔτι δεήσει. Παπαὶ, κάτω ἔτι ἐσμὲν ἐν τῇ ὑπωρείᾳ τοῦ οὐρανοῦ· ἀπὸ μὲν γὰρ τῶν ἑῴων μόγις Ἰωνία, καὶ Λυδία φαίνεται· ἀπὸ δὲ τῆς ἑσπέρας οὐ πλέον Ἰταλίας καὶ Σικελίας· ἀπὸ δὲ τῶν ἀρκτῴων, τὰ ἐπὶ τάδε [b]) τοῦ Ἴστρου μόνα· κἀκεῖθεν, ἡ Κρήτη οὐ πάνυ σαφῶς· μετακινητέα ἡμῖν, ὦ πορθμεῦ, καὶ ἡ Οἴτη, ὡς ἔοικεν· εἶτα ὁ Παρνασσὸς [c]) ἐπὶ πᾶσιν.

ΧΑΡ. Οὕτω ποιῶμεν. ὅρα μόνον, μὴ λεπτότερον [d]) ἐξεργασώμεθα τὸ ἔργον ἀπομηκύνοντες πέρα τοῦ πιθανοῦ· εἶτα συγκαταῤῥιφθέντες [e]) αὐτῷ πικρᾶς τῆς Ὁμήρου οἰκοδομητικῆς [f]) πειραθῶμεν, ξυντριβέντες τῶν κρανίων [g]).

ΕΡΜ. Θάῤῥει· ἀσφαλῶς γὰρ ἕξει ἅπαντα· μετατίθει

z) ἐξειργάσμεθα] Sic *Matth.* e conj. *Solan.* In Edd. priscis legitur vitiosa forma ἐξειργασόμεθα, pro qua *Hemst.* et plerique recentt. e B. 2. S. A. et marg. A. 1. W., quibus et B. 3. addi potest, ediderunt ἐξειργασάμεθα. a) εἰ καὶ ταῦτα ἱκανὰ] εἰ καὶ αὐτῇ ἔτι ἱκανὰ 1428. et 2954. εἰ αὐτῷ ἐποικοδομεῖν ἔτι δεήσει, reliquis omissis, 3011. b) τάδε] abest a 3011. c) Παρνασσὸς] Παρνασὸς etiam in sqq. 2954. Modo pro ἡμῖν vitiose in Ed. Fl. ὑμῖν. d) λεπτότερον] λεπτότατον 3011. e) συγκαταῤῥιφθέντες] συγκαταῤῥιφέντες 2954. 3011., quo certe non eam ob caussam, quam finxit *Belinus*, opus erat, quo scilicet rectius sic responderetur sequenti ξυντριβέντες. f) οἰκοδομητικῆς] οἰκοδομῆς 1428. 2954. 3011. e Scholio. g) τῶν κρανίων] τὸ κρανίον conj. *Guyet.*

quam facile simul et poëtice rem perfecerimus? Age igitur adscendam videamque, istane sint satis idonea, an plura insuper adcumulare deceat. Papae! infra sumus adhuc in radicibus Olympi: etenim ab Orientali plaga vix Ionia et Lydia adparet; ab Occidente non plus, quam Italia et Sicilia; a Septentrionali regione, quae cis Istrum sunt sola: ab ista vero parte Creta non admodum dilucide. Sedibus suis emovenda nobis, Portitor, etiam Oeta, sicuti videtur (*par est*); tum Parnassus super omnes imponendus.

Char. Ita faciamus: vide modo, ne subtilius elaboremus opus producendo ultra verisimilitudinem: deinde ne cum ipsa mole devoluti amaram nobis Homeri architecturam experiamur, contritis craniis.

Merc. Bono sis animo: periculo nobis vacabunt

p. 496. τὴν Οἴτην· ἐπικυλινδείσθω καὶ h) ὁ Παρνασσός. ἰδοὺ δὴ i), ἐπάνειμι αὖθις· εὖ ἔχει· πάντα ὁρῶ· ἀνάβαινε ἤδη καὶ σύ.

ΧΑΡ. Ὄρεξον, ὦ Ἑρμῆ, τὴν χεῖρα. οὐ γὰρ ἐπὶ μικράν με ταύτην τὴν μηχανὴν ἀναβιβάζεις.

p. 497. *ΕΡΜ.* Εἴγε καὶ ἰδεῖν ἐθέλεις k), ὦ Χάρων, ἅπαντα· οὐκ ἔνι δὲ ἄμφω, καὶ ἀσφαλῆ, καὶ φιλοθεάμονα εἶναι· ἀλλ' ἔχου μου l) τῆς δεξιᾶς, καὶ φείδου μὴ κατὰ τοῦ ὀλισθηροῦ πατεῖν· εὖγε, ἀνελήλυθας καὶ σύ· καὶ ἐπείπερ δικόρυμβος ὁ Παρνασσός ἐστι. μίαν ἑκάτερος ἄκραν ἐπιλαβόμενοι m) καθεζώμεθα. σὺ δέ μοι ἤδη ἐν κύκλῳ περιβλέπων ἐπισκόπει ἅπαντα.

6 *ΧΑΡ.* Ὁρῶ γῆν πολλὴν, καὶ λίμνην τινὰ μεγάλην περιῤῥέουσαν, καὶ ὄρη, καὶ ποταμοὺς τοῦ Κωκυτοῦ καὶ Πυριφλεγέθοντος μείζονας n)· καὶ ἀνθρώπους πάνυ σμικροὺς, καί τινας φωλεοὺς αὐτῶν.

ΕΡΜ. Πόλεις ἐκεῖναί εἰσιν, οὓς φωλεοὺς εἶναι νομίζεις.

h) καὶ] „Hac particula non plane necessaria caret F.“ *Hemst.* i) δὴ] insertum a *Matth.*, auctoribus codd. 1428. 3011. et probante *Belino.* k) ἐθέλεις] ἐθέλοις 1428. l) μου] μοι conj. *Belin.* inepta. m) ἐπιλαβόμενοι] ἐπιλαβόμενος Gorl. ἀπολαβόμενος 3011. ἀπολαβόμενοι 1428. n) καὶ ποταμοὺς — μείζονας] καὶ ποταμοὺς μείους τοῦ Κ. καὶ τ. Πυρ. Gorl. lectio nihili, casui, opinor, potius, quam consilio alicui, tribuenda.

haec omnia. Transfer Oetam: subvolvatur etiam Parnassus. En iterum escendo: recte habet; cuncta video: jam tu quoque huc subi.

Char. Porrige, Mercuri, manum: haud enim in parvam istam me machinam elevas.

Merc. Siquidem contemplari velis, Charon, omnia: etenim non licet utrumque, et tutum, et spectandi cupidum esse. At tu tene dextram meam firmiter, et parce pedem in lubrico ponere. Euge, tu etiam huc evasisti: quandoquidem vero biceps est Parnassus, ubi alterum uterque verticem occupaverimus, consideamus. Tu vero jam mihi in orbem circumspiciens, contuere omnia.

Char. Video terram amplam, eamque lacum quendam magnum circumfluentem; tum montes, et fluvios Cocyto ac Pyriphlegethonte majores: deinde homines valde parvos, eorumque quasi lustra quaedam.

Merc. Sunt illae urbes, quas tu lustra putas.

ΧΑΡ. Οἶσθα οὖν °), ὦ Ἑρμῆ, ὡς οὐδὲν ἡμῖν πέπρακται; ἀλλὰ μάτην τὸν Παρνασσὸν αὐτῇ ᵖ) Κασταλίᾳ, καὶ τὴν Οἴτην, καὶ τὰ ἄλλα ὄρη μετεκινήσαμεν. p. 497.

ΕΡΜ. Ὅτι τί;

ΧΑΡ. Οὐδὲν ᵠ) ἀκριβὲς ἔγωγε ʳ) ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ ὁρῶ· ἐδεόμην ˢ) δὲ οὐ πόλεις καὶ ὄρη αὐτὰ μόνον, ὥςπερ ἐν γραφαῖς, ὁρᾶν, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους αὐτοὺς, καὶ ἃ πράττουσι, καὶ οἷα ᵗ) λέγουσι· ὥςπερ ὅτε με τοπρῶτον ἐντυχὼν εἶδες γελῶντα, καὶ ἤρου με, ὅ, τι ᵘ) γελῴην· ἀκούσας γάρ τινος ἥσθην ἐς ὑπερβολήν.

ΕΡΜ. Τί δὲ τοῦτ' ἦν;

ΧΑΡ. Ἐπὶ δεῖπνον, οἶμαι, κληθεὶς ˣ) ὑπό τινος τῶν

o) οὖν] addidi cum *Schm.* e codd. 1428. 3011. et Gorl. p) αὐτῇ] αὐτοῖς 1428. vitio. In Gorl. ambae voces αὐτ. Καστ. omissae. q) Οὐδὲν] „Ὅτι adscriptum est ad oram marg. A. 1. W. Hic credo voluisse praeponi, ὅτι οὐδέν. ut in *Platone* solet sequi post ὅτι τί;" *Hemst.* Cf. Catapl. c. 13. Fugit. c. 32. Sed in responsione ὅτι etiam omitti posse, docet rei natura, omissum etiam nonnunquam esse, testatur inter alia locus Demosth. Encom. c. 22. r) ἔγωγε] ἐγὼ γοῦν 1428. 2954. 3011. s) ἐδεόμην] Sic rescripsi ducibus codd. iisdem tribus Paris. pro vulg. ἐβουλόμην, cui glossematis nota impressa. Quod deinde pro ὄρη αὐτὰ μόνον *Fr. Jacobsius* in Animadvv. ad *Achill. Tat.* p. 697. suspicatur scribendum ὄρη αὐτὸ μόνον, caussam, ob quam id fieri debeat, equidem non perspicio. t) οἷα] ἃ Gorl. u) ὅ, τι] Sic praeter Fl. etiam B. 5. In reliquis vetustis minus accurate ὅτι. x) κληθεὶς] κληθείς τις 1428. Omissi Subjecti τὶς exempla vid. *Plat.* Gorg. c. 46. *Sophocl.* Oed. Tyr. v. 314. Cf. *Hermann.* ad Viger. p. 725. not. 111, et *Schaefer.* ad *L. Bos* p. 476.

Char. Scin' tu, Mercuri, nihil esse nobis actum? quin frustra Parnassum cum ipso fonte Castalio, et Oetam, et alios montes loco emovimus.

Merc. Quid ita?

Char. Nihil equidem adcurate distinctum ex alto video: volebam enimvero non urbes, nec montes solos tantum, velut in picturis, videre; sed ipsos homines, quaeque agant, et qualia loquantur: uti cum mihi primum obviam factus conspexisti ridentem, quaerebasque, quid riderem: etenim re quadam obiter audita mirificum in modum fui delectatus.

Merc. Quid autem illud erat?

Char. Ad coenam aliquis, opinor, vocatus a quodam

p. 497. φίλων ἐς τὴν ὑστεραίαν, μάλιστα ἥξω, ἔφη· καὶ μεταξὺ λέ-
γοντος, ἀπὸ τοῦ τέγους κεραμὶς ἐπιπεσοῦσα, οὐκ οἶδ᾽ ὅτου
κινήσαντος [y]), ἀπέκτεινεν αὐτόν. ἐγέλασα οὖν, οὐκ ἐπιτελέ-
p. 498. σαντος [z]) τὴν ὑπόσχεσιν. ἔοικα δὲ καὶ νῦν ὑποκαταβήσεσθαι,
ὡς μᾶλλον βλέποιμι, καὶ ἀκούοιμι.

7 ΕΡΜ. Ἔχ᾽ ἀτρέμας [a])· καὶ τοῦτο γὰρ ἐγὼ ἰάσομαί σοι, καὶ ὀξυδερκέστατον ἐν βραχεῖ ἀποφανῶ, παρ᾽ Ὁμήρου τινὰ καὶ πρὸς τοῦτο ἐπῳδὴν λαβών· κἀπειδὰν εἴπω τὰ ἔπη, μέμνησο μηκέτι ἀμβλυώττειν, ἀλλὰ σαφῶς πάντα ὁρᾷν [b]).

ΧΑΡ. Λέγε μόνον.

Homer. Iliad. V, 127. sq. ΕΡΜ. Ἀχλὺν δ᾽ αὖ τοι ἀπ᾽ ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν,
Ὄφρ᾽ εὖ γινώσκῃς [c]) ἠμὲν θεόν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

ΧΑΡ. Τί ἐστιν [d]);

y) ἐπιπεσοῦσα, οὐκ οἶδ᾽ ὅτου κινήσαντος] ἐμπεσοῦσα, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως, τοῦ οἰκήματος 1428. 2954. 3011. Unde *Belinus* edi vult οὐκ οἶδα ὅπως, ἐκ τοῦ οἰκήματος. quippe oblitus praegressi ἀπὸ τοῦ τέγους. Nihil omnino mutandum videtur. z) ἐπιτελέσαντος] ἐπιτελέσοντος conj. *Belin.* incommoda. a) ἀτρέμας] ἀτρέμα notatur in marg. A. 1. W. et reperitur in cod. 1428. Utrumque habet *Noster*, ἀτρέμας Imagg. c. 10., ἀτρέμα Hermot. c. 41. Vid. *Etymol. Magn.*, qui utrumque probat. b) ὁρᾷν] „ὅρα P. L. Idem in marg. A. 1. W. scriptum; sed per errorem, ut auguror, refertur ad ὁρᾷς, quod paullo inferius exstat.“ *Hemst.* c) γινώσκῃς] γινώσκεις Fl. γινώσκοις 2954. d) Τί ἐστιν;] Haec *Matthiae* Mercurio adscribit, *Hemsterhusii* conjecturam secutus,

amicorum in posterum diem, condixit; dumque loquebatur, de tecto in caput tegula delapsa, nescio quo impellente, eum interemit: quare risi, quod ad constitutum non venerit. Videor autem nunc etiam inferius descensurus, (*descendendum censeo*) ut magis videam et audiam.

Merc. Ne te moveas: equidem et huic malo remedium tibi adferam, teque visu acutissimum brevi reddam, ab Homero quadam ad hunc usum incantatione sumta: tu vero, simul ac pronuntiavero versus, sic tibi persuade, te non amplius esse hebeti oculorum acie, sed plane cuncta perspicere.

Char. Dic modo.

Merc. Caliginem etiam tibi ab oculis abstuli, quae prius inhaerebat, ut bene dignoscas Deum et hominem.

Char. Quid est?

ΕΡΜ. Ἤδη ὁρᾷς; p. 498.

ΧΑΡ. Ὑπερφυῶς γε· τυφλὸς ὁ *Λυγκεὺς* ἐκεῖνος, ὡς πρὸς ἐμέ. ὥστε σὺ τὸ ἐπὶ τούτῳ προδίδασκέ [e]) με, καὶ ἀποκρίνου ἐρωτῶντι. ἀλλὰ βούλει κατὰ τὸν Ὅμηρον κἀγὼ ἔρωμαί σε [f]), ὡς μάθῃς οὐδ' αὐτὸν ἀμελέτητον [g]) ὄντα με τῶν Ὁμήρου [h]);

ΕΡΜ. Καὶ πόθεν σὺ ἔχεις τι τῶν ἐκείνου εἰδέναι, ναύτης ἀεὶ καὶ πρόςκωπος [i]) ὤν; p. 499.

ΧΑΡ. Ὁρᾷς, ὀνειδιστικὸν τοῦτο ἐς τὴν τέχνην. ἐγὼ δὲ, ὁπότε διεπόρθμευον αὐτὸν ἀποθανόντα, πολλὰ ῥαψῳδοῦντος [k]) ἀκούσας, ἐνίων ἔτι μέμνημαι. καίτοι χειμὼν ἡμᾶς [l]) οὐ μικρὸς τότε κατέλαβεν [m]). Ἐπεὶ γὰρ ἤρξατο ᾄδειν οὐ πάνυ αἴσιόν τινα ᾠδὴν τοῖς πλέουσιν, ὡς *) ὁ Ποσειδῶν συνή-

quam etiam *Wielandius* in versione amplexus est. Vid. Adnot. e) προδίδασκε] προςδίδασκε P. probatum *Seyboldo*, et *Schmiedero* receptum. At vid. Adnot. f) κατὰ τὸν Ὅμηρον κἀγὼ ἔρωμαί σε] κἀγὼ κατὰ τὸν Ὅμηρον ἐρήσομαί σε 1428. κἀγὼ τῶν Ὁμήρου ἐρήσομαι Gorl. g) ἀμελέτητον] Sic P. L. J. nec non marg. A. 1. W. unde *Hemst.* et recentt. In prioribus fuerat ἀμελῆ, praeterquam quod in A. 2. legitur ἀμελίτατον, per errorem, opinor, scriptum pro ἀμελέτητον. h) τῶν Ὁμήρου] τῆς Ὁμήρου Gorl. i) πρόςκωπος] πρόκωπος F. k) πολλὰ ῥαψῳδοῦντος] παραραψῳδοῦντος 1428. 2954. 3011. l) ἡμᾶς] ὑμᾶς B. 3. m) κατέλαβεν] κατελάμβανεν 1428. 3011. *] ὡς] ὥς volunt *Viger.* de Idiott. p. 571. (ed. Zeun.) et ibi *Hoogeveen.*, sed merito castigati ab *Hermanno* ibid. p. 808. Ed. 1. Herm.

Merc. Jamne liquide vides?

Char. Mirum in modum, ut nihil supra: caecus fuerit Lynceus ille prae me. Itaque tu nunc porro doce me, ac responde roganti. Sed vinne ex Homero et ego te rogem, ut discas, in Homeri carminibus me quoque non esse non versatum?

Merc. Unde vero tibi sit, eorum quicquam ut scias, qui nauta semper remoque adfixus fueris?

Char. Ecce autem, quam hoc probrose dicitur in artem! neque tamen eo minus, quando illum trajiciebam fato functum, cum multa canentem audiverim, quorundam adhuc memini. Et tempestas quidem nos non mediocris tunc deprehendit: postquam enim occoepit cantando recitare nescio quam non valde navigantibus auspicatam cantilenam, scilicet Neptunum conduxisse nubes, turbasse pon-

p.499. γαγε τὰς νεφέλας, καὶ ἐτάραξε τὸν πόντον, ὥσπερ τορύνην τινὰ ἐμβαλὼν τὴν τρίαιναν, καὶ πάσας τὰς θυέλλας ὠρόθυνε[n]), καὶ ἄλλα πολλὰ, κυκῶν τὴν θάλασσαν[o]) ὑπὸ τῶν ἐπῶν, χειμὼν ἄφνω καὶ γνόφος ἐμπεσὼν ὀλίγου δεῖν περιέτρεψεν ἡμῖν τὴν ναῦν· ὅτεπερ καὶ ναυτιάσας ἐκεῖνος ἀπήμεσε τῶν ῥαψῳδιῶν τὰς πολλὰς[p]) αὐτῇ Σκύλλῃ, καὶ Χαρύβδει, καὶ Κυκλωπι.

ΕΡΜ. Οὐ χαλεπὸν οὖν[q]) ἦν ἐκ τοσούτου ἐμέτου ὀλίγα γοῦν διαφυλάττειν.

8 *ΧΑΡ.* Εἰπὲ γάρ μοι·

Hom. Il. III, 226. 227. Τίς γὰρ[r]) ὅδ' ἐστὶ πάχιστος ἀνὴρ, ἠΰς τε, μέγας τε,

p. 500. Ἔξοχος ἀνθρώπων κεφαλὴν καὶ εὐρέας ὤμους;

ΕΡΜ. Μίλων οὗτος ὁ ἐκ Κρότωνος ἀθλητής. ἐπικροτοῦσι δ' αὐτῷ οἱ Ἕλληνες, ὅτι τὸν ταῦρον ἀράμενος φέρει διὰ τοῦ σταδίου μέσου.

ΧΑΡ. Καὶ πόσῳ[s]) δικαιότερον ἂν ἐμὲ, ὦ Ἑρμῆ, ἐπαινοῖεν, ὃς αὐτόν σοι τὸν Μίλωνα μετ' ὀλίγον ξυλλαβὼν ἐνθήσομαι ἐς τὸ σκαφίδιον, ὁπόταν ἥκῃ πρὸς ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ ἀμα-

n) ὠρόθυνε] ὀρόθυνε *Solan.* ex *Homer.* *Seyboldus* in nota invertit *Solani* consilium perversum. o) θάλασσαν] θάλατταν *Schm.* e 2954. p) τὰς πολλὰς] τὰ πολλὰ conj. *Belin.* q) οὖν] abest a Gorl. r) γὰρ] δ' 1428. s) πόσῳ] πόσον 1428.

tum, velut tudicula (*rudicula*) quadam injecto tridente, omnesque procellas concitasse, atque alia multa, dum mare miscet versibus, tanta tempestas subito caligoque ingruit, ut parum abesset, quin navim nobis everteret. Tum ille nausea correptus evomuit rhapsodiarum plerasque cum ipsa Scylla, Charybdi et Cyclope.

Merc. Haud arduum igitur erat ex tanto vomitu paucula certe conservare.

Char. At dic mihi, quaeso, quis hicce crassissimus est vir, fortis magnusque, qui eminet super alios homines capite, ac latis humeris?

Merc. Milon Crotone oriundus, athleta: plausus ipsi dant Graeci, quod taurum sublatum ferat per stadium medium.

Char. Et quanto justius me, Mercuri, laudent, qui ipsum tibi Milonem haud multo post comprehensum

χωτάτου τῶν ἀνταγωνιστῶν καταπαλαισθεὶς, τοῦ Θανάτου, p. 500. μηδὲ t) ξυνεὶς, ὅπως αὐτὸν ὑποσκελίζει; κᾆτα οἰμώξεται ἡμῖν δηλαδὴ, μεμνημένος τῶν στεφάνων τούτων, καὶ τοῦ κρότου· νῦν δὲ μέγα φρονεῖ, θαυμαζόμενος ἐπὶ τῇ τοῦ ταύρου φορᾷ. τί οὖν u); οἰηθῶμεν ἄρα ἐλπίζειν αὐτὸν καὶ τεθνήξεσθαί ποτε;

ΕΡΜ. Πόθεν ἐκεῖνος θανάτου νῦν μνημονεύσειεν ἂν ἐν ἀκμῇ τοσαύτῃ; p. 501.

ΧΑΡ. Ἔα τοῦτον x) οὐκ εἰς μακρὰν γέλωτα ἡμῖν παρέξοντα, ὁπότ' ἂν πλέῃ, μηδὲ ἐμπίδα y) ἡμῖν, οὐχ ὅπως ταῦρον, ἔτι ἄρασθαι δυνάμενος. Σὺ δέ μοι ἐκεῖνο z) εἰπὲ, 9

τίς τ' ἄρ' ὅδ' ἄλλος ὁ σεμνὸς ἀνήρ;

οὐχ Ἕλλην, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ γοῦν τῆς στολῆς.

t) μηδὲ] μὴ δὲ F. A. 1. pluresque, prout saepe solet in vetustis codd. et edd. distincte scribi. *Hemst.* Sic etiam in B. 1. 3. et A. 2. μὴ in 2954. u) τί οὖν;] τί δ' οὖν 1428. 3011. probante *Belino.* Nexum verborum Edd. B. 1. A. 1. 2. sic exhibent: τί οὖν οἰηθῶμεν, ἄρα etc. et commate omisso ad eundem modum B. 3. Melius distinxit *Hemst.* Sed ἆρα quoque scribendum erat, ut infra c. 10. itidem vitiose scriptum fuerat: Τί ἄρα ὁ Σόλων ἐρεῖ. Vid. ad Timon. c. 32. T. I. p. 433. x) ἔα τοῦτον] ἑαυτὸν τὸν 3011. miro errore. y) ἐμπίδα] ἐλπίδα F. 2. mendum manifestum, quemadmodum ὅπως solius A. 'Εμπίδα, quae ad manus sunt, vetustae Edd. omnes: nihil hic [illegible] debemus." *Hemst.* Etiam B. 1. et 3. eodem mendo laborant. Ceterum addidimus ἡμῖν e codd. 1428. 2954. 3011. quod *Belino* probatum recepit *Matth.* z) ἐκεῖνο] ἐκεῖνον 2954. quam formam Neutrius Atticam

imponam in cymbulam, cum veniet ad nos, a Morte adversariorum invictissimo dejectus, ne quidem intelligens, quo pacto se supplantatum prosternat: deinde nobis gemitus edet scilicet, recordatus coronarum istarum et plausus: nunc vero magnum spirat, dum omnes eum admirantur ob taurum gestatum. Quid ergo? illumne existimabimus sperare, se quandoque moriturum esse?

Merc. Quî fieri potest, mortis ut ille meminerit in tanto roboris vigore?

Char. Mitte istum, qui non longe post risum nobis praebiturus est, quando navigio meo vectabitur, cum ne culicem quidem (*nobis*), nedum taurum, sustinere poterit. Tu porro id mihi dic, quis hic alius sit venerabili forma vir praestans? non Graecus, ut videtur, quantum e vestitu quidem adparet.

ΑΓΟ. Γενναῖά σου [r]) ταῦτα, καὶ δεινῶς ἀνδρικά. τὸ δὲ Γνίφωνα [s]) εἶναι, καὶ τοκογλύφον (καὶ γὰρ τάδε ὁρῶ σοι προσόντα) τί φῶμεν, ἀνδρὸς ἤδη πεπωκότος τὸν ἐλλέβορον, καὶ τελείου πρὸς ἀρετήν;

ΧΡΥΣ. Ναί. μόνῳ γοῦν τὸ [t]) δανείζειν πρέποι ἂν τῷ σοφῷ. ἐπεὶ γὰρ ἴδιον αὐτῷ τὸ συλλογίζεσθαι [u]), τὸ δανείζειν δὲ, καὶ λογίζεσθαι τοὺς τόκους, πλησίον εἶναι δοκεῖ τοῦ συλ-

Belinus maluit: Τὰ πρῶτα τῶν κ. φ. τότε γενήσομαι. quo nihil infelicius excogitari potuit. Vid. Adnot. o) ὑγείαν] ὑγιείαν Gorl. Sed fere *Lucianus* vulgari forma (vid. *Pierson.* ad *Moerid.* p. 380.) uti solet. p) παραθήγοντα] Sic 2954. *Belin. Schm.* vulg. παραθήσοντα, quod vitium syntacticum aliquatenus correctum in marg. A. 1. W. παρατιθέντα. q) τρὶς] „Revocatum ex P. L. τρεῖς Edd. praeter B. 1. 2.“ In B. 1. τρεῖς, non τρίς. r) σου] σοι 2954. s) Γνίφωνα] „Bene legitur in F. et S. ceterae fere Γνυφῶνα. In ora Fl. Ed. nescio quis notaverat γλύφωνα, parum perite.“ Γνύφωνα ostendunt B. 1. A. 1. 2. Γνίφωνα primi *Seyb.* et *Schm.* majori initiali scripserunt. t) τὸ] „τούτῳ F. quod ferri nequit. Mox in eadem Ed. πρέπει“ Modo γοῦν pro οὖν restituimus e 2954. duce *Schm.* u) τὸ συλλογίζεσθαι] Articulum prius praetermissum reposuimus cum *Schm.* e 2954.

morabor, divitias dico, sanitatem, et similia. Opus vero est multa ante laborare, libris minute scriptis adhibere faciem (*exacuere visum*), commentarios congerere, soloecismis impleri, absurdisque vocibus: et quod caput rei est, fas non est sapientem fieri, nisi ter deinceps helleborum biberis.

Emt. Generose ista et plane viriliter. Sed Gniphonem sordidum esse, et foeneratorem improbum, (nam haec quoque tibi inesse video) haeccine et ipsa dicemus esse viri helleboro purgati et perfecti ad virtutem?

Chrys. Ita sane: solum igitur sapientem foenerari deceat. Cum enim proprium illius sit colligere, [*syllogismos facere*;] foenerari autem et computare usuras, vicinum videatur colligendi industriae: solius esse

λογίζεσθαι [x]), μόνον [y]) ἂν εἴη τοῦ σπουδαίου καθάπερ ἐκεῖνο, καὶ τοῦτο. καὶ οὐ μόνον γε ἁπλῶς [z]), ὥσπερ οἱ ἄλλοι, τοὺς τόκους, ἀλλὰ καὶ τούτων ἑτέρους τόκους λαμβάνειν. ἢ γὰρ ἀγνοεῖς ὅτι τῶν τόκων οἱ μέν εἰσι πρῶτοί τινες, οἱ δὲ δεύτεροι, καθάπερ αὐτῶν ἐκείνων ἀπόγονοι; ὁρᾷς δὲ δῆτα καὶ τὸν συλλογισμὸν, ὁποῖά φησιν· — Εἰ τὸν πρῶτον τόκον λήψεται, καὶ τὸν δεύτερον. ἀλλὰ μὴν τὸν πρῶτον [a]) λήψεται, ἄρα καὶ τὸν δεύτερον. p. 564.

24 *ΑΓΟ.* Οὐκοῦν καὶ μισθῶν πέρι τὰ αὐτὰ [b]) φῶμεν, οὓς σὺ λαμβάνεις ἐπὶ τῇ σοφίᾳ παρὰ τῶν νέων, καὶ δῆλον ὅτι μόνος ὁ σπουδαῖος μισθὸν ἐπὶ τῇ ἀρετῇ λήψεται;

ΧΡΥΣ. Μανθάνεις· οὐ γὰρ ἐμαυτοῦ εἵνεκα λαμβάνω, τοῦ δὲ διδόντος [c]) αὐτοῦ χάριν. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὁ μέν τις ἐκχύτης [d]), ὁ δὲ, περιεκτικὸς, ἐμαυτὸν μὲν ἀσκῶ εἶναι περιεκτικὸν, τὸν δὲ μαθητὴν, ἐκχύτην.

x) πλησίον εἶναι δοκεῖ τοῦ συλλ.] πλησίον ἂν εἴη τῷ συλλ. 2954. minus bene Dativus habet; et formula ἂν εἴη ex sequentibus huc delata. y) μόνον] „μόνον F.“ Ita etiam 2954. et deinceps ἂν ἐκείνου εἴη. z) ἁπλῶς] „In ora A. 1. W. ἁπλοῦς· non inepte.“ a) τὸν πρῶτον] Prius in omnibus legebatur καὶ τὸν πρῶτον· sed ineptum καὶ expungendum duxit *Jo. Seager* in Class. Journ. XVII. a. 1814. p. 160. quem nos sequi non dubitabamus. Omnino autem haec verba: ἀλλὰ μὴν — τὸν δεύτερον in Gorl. desunt. Sic ipsa desit Syllogismi formula, qua h. l. minime potest careri. b) τὰ αὐτὰ] „τοιαῦτα in P. F. in qua prave οὓς συλλαμβάνεις.“ c) τοῦ δὲ διδόντος] τοῦ διδόντος δὲ 2954. d) ἐκχύ-

dixerim viri boni, quemadmodum illud, ita hoc etiam, et non simpliciter modo, ut reliqui solent, usuras, sed usurarum quoque alias usuras capere. An enim ignoras, usurarum alias esse primas, alias secundas, illarum quasi filias? Vides vero scilicet syllogismum, quid dicat: si primas usuras accipiet sapiens, etiam secundas. Atqui primas accipiet. Ergo etiam secundas.

Emt. Igitur de mercedibus eadem dicemus, quas sapientiae nomine tu sumis ab adolescentibus; manifestumque est, solum virum bonum mercedem virtutis nomine capturum?

Chrys. Rem tenes; neque enim ego mea caussa capio, sed ipsius dantis. Cum enim alius sit effusor, [*effusus, prodigus*] alius comprehensor, [*tenax, avarus*] ego quidem comprehensor esse meditor, discipulum

p. 565. *ΑΓΟ.* Καὶ μὴν τοὐναντίον ἔφης [e]), τὸν νέον μὲν εἶναι περιεκτικὸν, σὲ δὲ τὸν μόνον πλούσιον, ἐκχύτην.

ΧΡΥΣ. Σκώπτεις, ὦ οὗτος· ἀλλ' ὅρα μή σε ἀποτοξεύσω ἀναποδείκτῳ [f]) συλλογισμῷ.

ΑΓΟ. Καὶ τί δεινὸν ἀπὸ τοῦ βέλους;

ΧΡΥΣ. Ἀπορία, καὶ σιωπὴ, καὶ διαστραφῆναι τὴν διάνοιαν. Ὃ δὲ μέγιστον, ἢν ἐθέλω, τάχιστά σε ἀποδείξω λίθον.

ΑΓΟ. Πῶς λίθον; οὐ γὰρ Περσεὺς σὺ [g]), ὦ βέλτιστε, εἶναί μοι δοκεῖς.

ΧΡΥΣ. Ὡδέ πως. ὁ λίθος σῶμά ἐστι;

ΑΓΟ. Ναί.

ΧΡΥΣ. Τί δέ; τὸ ζῶον, οὐ σῶμα;

ΑΓΟ. Ναί.

ΧΡΥΣ. Σὺ δὲ, ζῶον;

τ η ς] ἐκλύτης 3011. quod nihili est. deinde ὁ δέ τις περ. 2954. quod ob orationis concinnitatem praeferri vult *Belinus*, atque adeo recepit *Schmiederus*. Sed putidam hanc censeo concinnitatem, nec temere ab elegantissimo scriptore observatam. An vero etiam Necyom c. 4. scripsisse auctor videbitur ἀμέλει ὁ μέν τις αὐτῶν etc. ut modo respondeat sequentibus ὁ δέ τις etc.? e) ἔ φ η ς] ἐχρῆν conj. *Jo. Seager.* in Diario paullo superius laudato. At recte habet ἔφης, referendum illud ad superiora Chrysippi c. 20., ubi se solum divitem profitebatur; cum quibus hoc, quod modo profert, decretum pugnare videtur emtori. f) ἀ ν α π ο δ ε ί κ τ ῳ] τῷ ἀναπ. 3011. haud inepte. g) σ ὺ] inserui e 2954. probatum *Belino*, et receptum etiam a *Schm.*

autem studeo effusorem efficere.

Emt. Quin contrarium dixisti: illud enim volebas, juvenem quidem comprehensorem esse, [*frugalem et parcum*] te vero, qui solus dives es, effusorem [*liberalem et magnificum.*]

Chrys. Rides tu quidem; sed vide, ne syllogismo te indemonstrabili feriam.

Emt. Et quid ab illo telo metuendum?

Chrys. Dubitatio et silentium, et mentis distractio. Quod vero maximum, si voluero, statim efficiam te lapidem.

Emt. Quomodo lapidem? neque enim tu, opinor, vir bone, Perseus es.

Chrys. Hac fere ratione. Lapisne corpus est?

Emt. Est.

Chrys. Quid vero (?) animal, nonne corpus?

Emt. Est.

Chrys. Tu vero animal?

ΑΓΟ. Ἔοικα γοῦν [h]). p. 565.

ΧΡΥΣ. Λίθος ἄρα εἶ, σῶμα ὤν.

ΑΓΟ. Μηδαμῶς. ἀλλ᾽ ἀνάλυσόν με πρὸς τοῦ Διὸς, καὶ [i]) ἐξ ὑπαρχῆς ποίησον ἄνθρωπον.

ΧΡΥΣ. Οὐ χαλεπὸν, ἀλλ᾽ ἔμπαλιν ἴσθι ἄνθρωπος. εἰπὲ γάρ μοι, πᾶν σῶμα, ζῶον;

ΑΓΟ. Οὔ [k]).

ΧΡΥΣ. Τί δέ [l]); λίθος ζῶον;

ΑΓΟ. Οὔ.

ΧΡΥΣ. Σὺ δὲ σῶμα εἶ;

ΑΓΟ. Ναί.

ΧΡΥΣ. Σῶμα δὲ ὤν, ζῶον εἶ;

ΑΓΟ. Ναί.

ΧΡΥΣ. Οὐκ ἄρα λίθος εἶ, ζῶόν γε ὤν.

ΑΓΟ. Εὖγε ἐποίησας· ὡς ἤδη μου τὰ σκέλη καθάπερ τῆς Νιόβης ἀπεψύχετο, καὶ πάγια ἦν· ἀλλὰ ὠνήσομαί γε σέ. πόσον ὑπὲρ αὐτοῦ καταβαλῶ;

h) *Ἔοικα γοῦν*] Haec, omisso Emtoris nomine, Codex 3011. tribuit Chrysippo, sic lecta: *ἔοικας γοῦν*. minus commode. i) *καὶ*] „defuit in F.“ k) *Οὔ.*] Modo Chrysippus: — *πᾶν ζῶον σῶμα;* nunc: *Αγο. Ναί.* Ita haec scripta in Gorl. non omnino absurde, sed cum hujus syllogismi, vel potius sophismatis, forma et ratione minus convenienter. l) *Τί δέ*] *δαὶ* 3011. *Schm.* paullo ante tamen *τί δέ*. In utroque loco post *τί δέ* interrogative interpunxi, quod quidem res ipsa postulabat.

Emt. Sic quidem videtur.

Chrys. Lapis ergo es, qui sis corpus

Emt. Nequaquam vero. Sed solve me per Jovem, et postliminio quasi me homini redde.

Chrys Difficile non est. Sed rursus esto homo. Dic mihi, Omne corpus animal?

Emt. Non.

Chrys. Quid vero (?) lapis num animal?

Emt Non.

Chrys. Tu vero corpus?

Emt. Nempe.

Chrys. Corpus vero cum sis, animal es?

Emt. Sane.

Chrys. Nec igitur lapis es, qui sis animal.

Emt. Bene abs te factum. Jam enim crura mihi, ut olim Niobes, spiritu vitali exeunte, diriguerant. Verum emam te. Quantum pro illo numerari jubes?

p. 565. *ΕΡΜ.* Μνᾶς δώδεκα.

ΑΓΟ. Λάμβανε.

ΕΡΜ. Μόνος δ' αὐτὸν [m]) ἐώνησαι;

ΑΓΟ. Μὰ Δί', ἀλλ' οὗτοι πάντες, οὓς [n]) ὁρᾶς.

p. 566. *ΕΡΜ.* Πολλοί γε, καὶ τοὺς ὤμους καρτεροὶ, καὶ τοῦ θερίζοντος [o]) ἄξιοι.

26 *ΖΕΥΣ.* Μὴ διάτριβε· ἄλλον κάλει.

ΕΡΜ. Τὸν Περιπατητικόν σε φημὶ, τὸν καλὸν [p]), τὸν πλούσιον [q]). ἄγε δὴ, ὠνήσασθε τὸν συνετώτατον, τὸν ἅπαντα [*]) ὅλως ἐπιστάμενον.

ΑΓΟ. Ποῖος δέ τις ἐστί;

ΕΡΜ. Μέτριος, ἐπιεικὴς, ἁρμόδιος τῷ βίῳ, τὸ δὲ μέγιστον, διπλοῦς.

ΑΓΟ. Πῶς λέγεις;

ΕΡΜ. [r]) Ἄλλος μὲν ὁ ἔκτοθεν φαινόμενος, ἄλλος δὲ ὁ ἔντοσθεν [s]) εἶναι δοκεῖ· ὥστε ἢν πρίῃ αὐτὸν, μέμνησο, τὸν μὲν, ἐσωτερικὸν, τὸν δὲ, ἐξωτερικὸν καλεῖν.

m) αὐτὸν] αὐτὸς 2954. n) οὓς] „ὡς P. marg. A. 1. W.“ o) τοῦ θερίζοντος] λόγου addebant Edd., melius abfore suspicatus est *Seybold.* ac vere abest a 2954. unde ut suspectum notavit *Schmied.* p) τὸν καλὸν] „Haec verba omittebantur in S. aderant autem in J. Par. et reliquis.“ q) τὸν πλούσιον] καὶ πλούσιον Gorl. *) ἅπαντα] Ita e 2954. et *Schm.* pro vulg. πάντα. r) *ΕΡΜ.*] „In F. H. et A. 1. haec perverse tribuuntur emtori, et Mercurii persona demum ponitur ante ὥστε ἢν etc.“ Ita scilicet, ut post δοκεῖ interrogationis nota reperiatur. Sic etiam in B. 1. et A. 2. s) ἔντοσθεν]

Merc. Minas duodecim.

Emt. Hem cape.

Merc. Solus vero illum emisti?

Emt. Non Hercle, sed hi, quos vides, universi.

Merc. Multi quidem, et robusti humeros, et ratione illa messoria (*metente illo*) digni.

Jup. Noli tempus terere, voca alium.

Merc. Peripateticum te jam dico, pulchrum, divitem. Agite, emite prudentissimum, scientem in universum omnia.

Emt. Qualis est?

Merc. Mediocris (*moderatus*), aequus, vitae aptus, et, quod maximum est, duplex.

Emt. Quid ais?

Merc. Alius est, qui extra adparet, intus autem videtur alius. Itaque si illum emeris, memento illum quidem interiorem, exteriorem vocare alterum.

ΑΓΟ. Τί δὲ [t]) γιγνώσκει μάλιστα; p. 566.

ΕΡΜ. Τρία εἶναι τὰ ἀγαθὰ, ἐν ψυχῇ, ἐν σώματι, ἐν τοῖς ἐκτός.

ΑΓΟ. Ἀνθρώπινα φρονεῖ. πόσου δέ ἐστιν;

ΕΡΜ. Εἴκοσι μνῶν.

ΑΓΟ. Πολὺ [u]) λέγεις.

ΕΡΜ. Οὐκ, ὦ μακάριε· καὶ γὰρ [x]) αὐτὸς ἔχειν τι ἀργύριον δοκεῖ. ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις ὠνούμενος [y])· ἔτι δὲ p. 567.
εἴσῃ αὐτίκα μάλα παρ' αὐτοῦ πόσον μὲν ὁ κώνωψ βιοῖ τὸν χρόνον, ἐφ' ὁπόσον [z]) δὲ βάθος ἡ θάλασσα ὑπὸ τοῦ ἡλίου καταλάμπεται, καὶ ὁποία [a]) τις ἐστὶν ἡ ψυχὴ τῶν ὀστρέων.

ΑΓΟ. Ἡράκλεις, τῆς ἀκριβολογίας!

ΕΡΜ. Τί δὲ, εἰ ἀκούσειας [b]) ἄλλα πολλῷ [c]) τούτων ὀξυδερκέστερα, γονῆς τε πέρι καὶ γενέσεως, καὶ τῆς ἐν ταῖς μή-

„ἔντοθεν J. ἔνδοθεν B. 2.“ Promiscue hae formae occurrunt, ut ἐκτοθεν et ἐκτοσθεν. Cf. De Merc. Cond. c. 3. t) *Τί δὲ*] Τί δαὶ 3011. *Schm.* u) *πολὺ*] πολλοῦ conj. *Reitz.* Sed tuentur omnes libri probam lectionem. x) *καὶ γὰρ*] Suspiceris post γὰρ excidisse alterum καὶ, quod sensus requirat et usus: at omissum etiam supra c. 23. et Pisc. c. 19. y) *ὠνούμενος*] ὠνησάμενος Gorl. et Schol. G. neque hoc male. z) *ἐφ' ὁπόσον*] Ita 2954. 3011. Gorl. *Schm.* Olim ἐφ' ὅσον. a) *ὁποία*] ὁποῖα in omnibus; quod accentus vitium meo periculo correxi. Diall. Deor. XX, 14. *Ποία δὲ τὴν ὄψιν;* Diall. Marr. I, 4. *αὐτὴ δὲ ἡ πηκτὶς οἵα!* b) *ἀκούσειας*] „ἀκούσεις F. quod quidem sine Codd. auctoritate mutari non debebat.“ In ceteris omnibus erat ἀκούσοις· sed praestantiorem formam exhibent 2954. 3011. Gorl. quam nos cum *Schm.* recipere non dubitavimus. c) *πολλῷ*] recte recepit *Schm.* e 2954. pro vulg. πολλὰ, quod si legebatur, exspectasses sequi deinceps καί. Modo τί δαὶ edidit *idem* e 2954. 3011.

Emt. Quid maxime statuit?

Merc. Tria esse bona, in anima, in corpore, in rebus externis.

Emt. Humanum sapit. Quanti vero est?

Merc. Viginti minarum.

Emt. Multum dicis.

Merc. Non, o bone: videtur enim et ipse argenti aliquantum habere. Itaque non est, cur cesses emere. Porro statim ex illo scies, quanto tempore culex vivat, ad quam altitudinem mare a sole perluceat, et qualis sit anima ostreorum.

Emt. Hercules! quam subtilis illa disputatio!

Merc. Quid vero, alia multa si audias hisce acutiora, de semine, et generatione, et illa embryonum in ute-

p. 567. τραις τῶν ἐμβρύων πλαστικῆς; καὶ ὡς ἄνθρωπος μὲν γελαστικὸν, ὄνος δὲ οὐ γελαστικὸν, οὐδὲ τεκταινόμενον, οὐδὲ πλωϊζόμενον;

ΑΓΟ. Πάνσεμνα φῂς, καὶ ὀνησιφόρα τὰ μαθήματα· ὥστε ὠνοῦμαι αὐτὸν εἴκοσιν.

27 ΕΡΜ. Εἶεν. τίς λοιπὸς ἡμῖν (καταλέλειπται [d])); ὁ Σκεπτικὸς οὗτος. σὺ, ὁ Πυῤῥίας, πρόςιθι, καὶ ἀποκηρύττου κατὰ τάχος. ἤδη μὲν ὑποῤῥέουσιν οἱ πολλοὶ, καὶ ἐν ὀλίγοις ἡ πρᾶσις ἔσται. ὅμως δὲ, τίς καὶ τοῦτον ὠνεῖται [e]);

p. 568. ΑΓΟ. Ἔγωγε. ἀλλ᾽ οὖν πρῶτον εἰπέ μοι, σὺ τί ἐπίστασαι;

ΦΙΛ. *) Οὐδέν.

ΑΓΟ. Πῶς τοῦτ᾽ ἔφησθα;

ΦΙΛ. Ὅτι οὐδὲν ὅλως εἶναί μοι δοκεῖ.

ΑΓΟ. Οὐδὲ ἡμεῖς ἄρα [f]) ἐσμὲν τινές;

ΦΙΛ. Οὐδὲ τοῦτο οἶδα.

ΑΓΟ. Οὐδ᾽ ὅτι σὺ τὶς ὢν τυγχάνεις;

ΦΙΛ. Πολὺ μᾶλλον ἔτι τοῦτ᾽ ἀγνοῶ.

d) καταλέλειπται] „καταλείπεται A. P. J. marg. A. 1. W." Sic et 2954. omnino expungi hanc vocem voluit *Seyb.* e) ὠνεῖται] ὠνήσεται 2954. Eadem variatio c. 19. *) ΦΙΛ.] Ald. 1. 2. φιλόσοφος. *Menag.* voluit Φιλ. (i. e. Φίλων) sed *Solan.* Πυῤῥ. Vid. Adnot. f) ἄρα] Ita rescripsi pro vulg. ἆρα, ut Charon. c. 10. et alibi.

ris figlina; et ut homo sit animal risibile, asinus autem non risibile, neque fabricans, neque navigans?

Emt. Gravissima narras, et utilia plane hujus disciplinae capita: itaque emam illum viginti.

Merc. Fiat. Quis reliquus nobis est? Scepticus hicce. Heus tu Pyrrhia prodi, vendende celeriter. Jam enim plures paullatim recedunt, ut inter paucos futura sit venditio. Attamen quis et hunc emet?

Emt. Ego. Verum hoc tu primum dic mihi, quid nosti?

Phil. Nihil equidem.

Emt. Quid tibi vis hoc responso?

Phil. Nempe nihil omnino mihi esse videtur.

Emt. Ergo neque nos quicquam sumus?

Phil. Neque hoc novi equidem.

Emt. Neque te aliquid esse nosti?

Phil. Etiam multo hoc magis ignoro.

ΑΓΟ. Ὦ τῆς ἀπορίας! τί δαί σοι τὰ σταθμία [g]) ταυτὶ βούλεται; p. 568.

ΦΙΛ. Ζυγοστατῶ ἐν αὐτοῖς τοὺς λόγους, καὶ πρὸς τὸ ἴσον ἀπευθύνω. κἀπειδὰν [h]) ἀκριβῶς ὁμοίους τε καὶ ἰσοβαρεῖς ἴδω, τότε δὴ τότε [i]) ἀγνοῶ τὸν ἀληθέστερον.

ΑΓΟ. Τῶν ἄλλων δὲ τί ἂν πράττοις ἐμμελῶς;

ΦΙΛ. Τὰ πάντα, πλὴν δραπέτην μεταδιώκειν.

ΑΓΟ. Τί δαὶ τοῦτό σοι ἀδύνατον;

ΦΙΛ. Ὅτι, ὦ ’γαθὲ, οὐ καταλαμβάνω.

ΑΓΟ. Εἰκότως· βραδὺς γὰρ, καὶ νωθής τις εἶναι δοκεῖς. ἀλλὰ τί σοι τὸ τέλος τῆς ἐπιστάσεως;

ΦΙΛ. Ἡ ἀμαθία, καὶ τὸ μήτε ἀκούειν μήτε ὁρᾶν.

ΑΓΟ. Οὐκοῦν καὶ τὸ κωφὸς ἅμα, καὶ τυφλὸς εἶναι λέγεις [k]);

g) σταθμία] Vulg. στάθμια proparoxytone scriptum. At σταθμίον scribi oportet ut Deminutivum vocis σταθμός. et sic recte exaratum video in Indice Reitziano. h) κἀπειδὰν] Ita *Schm.* e 2954. pro vulg. καὶ ἐπειδάν. i) τότε δὴ τότε] Vulg. τότε δὴ, omisso altero τότε. Notatum in *Reitz.* „τότ’ ἤδη τότε. Minime repudio, modo legas τότε δὴ τότε.“ Ubi illa lectio exstet, non est indicatum, conjicio Fl. Ed. Confirmatur autem τότε δὴ τότε Codd. 3011. et Gorl. et jure adeo suo a *Schm.* receptum. k) λέγεις] θέλεις conj. *Jo. Seager.* in Diario supra laudato p. 161. Aliam loco corrupto medelam suppeditavit 2954. ubi emtoris verba sic leguntur: οὐκοῦν καὶ τὸ τυφλὸς ἅμα, καὶ κωφὸς εἶναι λέγεις, quae *Belino* prorsus ita probantur. Equidem illinc nihil mutuatus sum, nisi

Emt. Quanta haec est dubitatio! Ista vero bilanx quid sibi vult?

Phil. Rationes in ea expendo, et exaequo; cumque ad amussim pares et ejusdem ponderis esse intelligo, tum demum utra verior sit, plane ignoro.

Emt. Reliquarum rerum num quid facere recte et ordine potes?

Phil. Omnia, nisi quod fugitivum male persequor.

Emt. Cur vero hoc non potes?

Phil. Quia, vir bone, non comprehendo.

Emt. Credibile est: tardus enim et ignarus (*ignavus*) esse videris. Sed quis finis tibi scientiae est?

Phil. Nihil discere, et nihil audire, nihil videre.

Emt. Surdum igitur simul et caecum esse dicis te ipsum. (*Ergone et surdum esse dicis simul et coecum esse?*)

p. 569. ΦΙΛ. Καὶ ἄκριτός τε [1]) προςέτι, καὶ ἀναίσθητος, καὶ ὅλως, τοῦ σκώληκος οὐδὲν [m]) διαφέρων.

ΑΓΟ. Ὠνητέος εἶ διὰ ταῦτα. πόσου τοῦτον ἄξιον χρὴ φάναι;

ΕΡΜ. Μνᾶς Ἀττικῆς.

ΑΓΟ. Λάμβανε. τί φῂς, ὦ οὗτος; ἐώνημαί σε [n]);

ΦΙΛ. Ἄδηλον.

ΑΓΟ. Μηδαμῶς. ἐώνημαι γὰρ, καὶ τἀργύριον κατέβαλον.

ΦΙΛ. Ἐπέχω περὶ τούτου, καὶ διασκέπτομαι.

ΑΓΟ. Καὶ μὴν ἀκολούθει μοι, καθάπερ χρὴ ἐμὸν οἰκέτην.

ΦΙΛ. Τίς οἶδεν, εἰ ἀληθῆ ταῦτα φῄς;

ΑΓΟ. Ὁ κῆρυξ, καὶ ἡ μνᾶ, καὶ οἱ παρόντες.

ΦΙΛ. Πάρεισι γὰρ ἡμῖν τινες;

ΑΓΟ. Ἀλλ' ἔγωγέ σε ἤδη ἐμβαλὼν ἐς τὸν μύλωνα πείσω εἶναι δεσπότης κατὰ τὸν χείρω λόγον.

Articulum τὸ ante κωφὸς, ut jam hoc sibi velit emtor: *Ergone etiam surditatem et coecitatem dicis?* int. finem esse omnis scientiae. Absurdum, quem vulgata lectio praebet, sensum reddidere *Gesnerus* in Latina, et *Wielandius* in Germanica, versione, contra morem suum uterque. 1) τε] Sic e 2954. et Gorl. Etiam *Schmiederus* sic se scripsisse profitetur in Indice Emendatt. p. XXXII. neque tamen in textu sic edidit, sed servavit vulgatum γε haud dubie invitus. m) οὐδὲν] οὐδενὶ 2954. n) ἐώνημαί σε] Sic 2954. *Bel. Schm.* recte pro vulg. ἐπριάμην σε; Sed nunc fortassis pro sequenti ἐώνη-

Phil. Et insuper judicii omnis expertem, et sensus, et summum a verme nulla in re differentem.

Emt. Propter haec emendus mihi videris. Quanto hunc dignum dicemus?

Merc. Mina Attica.

Emt. Sume tibi. Heus tu quid ais? num te emi?

Phil. Obscurum id est.

Emt. Minime vero: emi enim et pecuniam numeravi.

Phil. Cohibeo me hac de re, et dispicio.

Emt. Quin tu sequere me, ut par est meum servum.

Phil. Quis novit, utrum vere illa dicas?

Emt. Praeco, et mina, et praesentes.

Phil. Adsunt ergo nobis quidam?

Emt. At ego tibi jam in pistrinum compacto planum faciam, dominum me tuum esse, secundum rationem deteriorem.

ΦΙΛ. Ἐπέχω o) περὶ τούτου. p. 569.

ΑΓΟ. Μὰ Δί', ἀλλ' ἤδη γε ἀπεφηνάμην.

ΕΡΜ. Σὺ μὲν παῦσαι ἀντιτείνων, καὶ ἀκολούθει τῷ πριαμένῳ· ὑμᾶς δ' ἐς αὔριον παρακαλοῦμεν. ἀποκηρύξειν γὰρ τοὺς ἰδιώτας, καὶ βαναύσους, καὶ ἀγοραίους βίους μέλλομεν.

μαι γὰρ reponendum fuerit ἐπριάμην γάρ. o) Ἐπέχω] ἔπεχε 2954. satis incommode ac jejune. Obstinato philosopho unice convenit illud ipsum ἐπέχω, quod paullo ante jam pronuntiaverat, quodque constat a Scepticis et Academicis posterioribus usurpari solitum esse, ubi certam vel adfirmationem, vel negationem, rei cujusquam declinare vellent, significaturi, se, quid verum sit, necne, non posse comprehendere (καταλαμβάνειν.)

Phil. De hoc cohibeo adsensum.

Emt. At ego *quid videatur* pronuntiavi.

Merc. Desine contra niti, et sequere emtorem: vos autem in crastinum invitamus. Nam idiotas, et sellularias, et forenses vitas praeconio vendemus.

p. 570. *ΑΛΙΕΥΣ, Η ΑΝΑΒΙΟΥΝΤΕΣ.*

Argum. Offenderat superioris Dialogi licentia; variisque modis, probabile est, sectarum istius aevi proceres in ejus auctorem invectos fuisse: maxime vero hoc ei exprobrasse videntur, quod gravissimos et sanctissimos familiarum philosophicarum conditores per libellum istum cum summa petulantia et injuria risui exposuerit. Hanc accusationem diluere conatus jam ipsos illos coryphaeos fingit ad ulciscendam sibi illatam injuriam in unum diem ex Orco in vitam rediisse, et nunc Athenis, ubi tum versabatur *Lucianus*, iratos huic nebuloni supplicium parare. Vix impetrare ille potest, ut rite ipsi in arce lis intendatur, judice ipsa Philosophia, teste Veritate, et praesente Virtute ejusque comitibus, adsidentibus etiam judicio ipsis, qui laesos se querebantur, philosophis. Ex his accusatorem agit delectus in hoc negotium Diogenes Cynicus; cujus declamatione magis cupida, quam dilucida et composita, ostenditur, *Lucianum* in scriptis suis, maxime vero in novissima Vitarum Auctione, summis philosophis, adeoque ipsi Philosophiae, quam audacissime maledixisse, studiumque philosophiae omne plebi imperitae ridiculum reddidisse. Contra quum reus summa cum calliditate et dexteritate declarasset, nunquam sibi, utpote philosophiae philosophorumque illorum veterum studiosissimo cultori et admiratori, tam insanum consilium in mentem venisse, imo petiisse se potius in illorum gratiam infucetos ac pessime moratos, omnino spurios, qui suam aetatem dedecorarent, philosophiae professores: omnibus suffragiis honorificentissime absolvitur, mandatumque tandem accipit, ut, Elencho adjuvante, piscatoris instar hami ope inescet tentetque, quicunque philosophiae nomen profiteantur, singulos, probosque eorum corona oleaginea ornet, spuriis vero, detonsa prius barba, notam inurat.

ΣΩΚ. [a]) Βάλλε, βάλλε τὸν κατάρατον ἀφθόνοις τοῖς [b]) p. 570.
λίθοις· ἐπίβαλλε τῶν βώλων. προσεπίβαλλε καὶ τῶν ὀστράκων. 1
παῖε τοῖς ξύλοις τὸν ἀλιτήριον· ὅρα μὴ διαφύγῃ. καὶ σύ, ὦ
Πλάτων, βάλλε. καὶ σύ, ὦ Χρύσιππε, καὶ σὺ δέ. καὶ [c]) πάν-
τες ἅμα ξυνασπίσωμεν ἐπ' αὐτόν,

Ὡς πήρη πήρηφιν ἀρήγῃ [d]), βάκτρα δὲ βάκτροις. Par. II. Ii, 63.
κοινὸς γὰρ πολέμιος, καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῶν ὅντινα [e]) οὐχ ὕβρι-
κε [f]). σὺ δέ, ὦ Διόγενες, εἴ ποτε καὶ [g]) ἄλλοτε, χρῶ τῷ ξύ- p. 571.
λῳ, μηδὲ ἀνῇς [h])· διδότω τὴν ἀξίαν, βλάσφημος ὤν. τί τοῦ-

a) ΣΩΚ.] „Persona Socratis additur in J. H. Fl. et Amst. in nonnullis deest.“ Addita etiam in utraque Ald. et significata certe in B. 1. quippe primo loco nominata in philosophorum hic praesentium catalogo. b) ἀφθόνοις τοῖς] „ἀφθόνοις deest in Fl. ἀφθόνοις τοῖς J.“ Sic et A. 2. adsentientibus Codd. 2954. 3011. Gorl. quos secutus est *Schm.* Vulg. τοῖς ἀφθόνοις. c) καὶ σὺ δέ. καὶ] „Addit δὲ P.“ In 2954. ita, ut edidi. Olim fuerat καὶ σύ· πάντες ἅμα etc. omissis δὲ et καί. d) ἀρήγῃ] „Sic C. Fr. B. 2. Par. ἀρήγει F. A. 1. J. S.“ etiam B. 1. et A. 2. e) οὐκ ἔστιν ἡμῶν ὅντινα] „ὑμῶν Fl. male.“ Sic et 3011. sed ante ὅντινα positum, non post, ut vulgo ἡμῶν. Receptum ordinem exhibuit 2954. et hinc reddidit *Schm.* f) ὕβρικε] Ita 2954. 3011. Gorl. *Schm.* pro vulg. ὕβρισε. Cf. Prom. s. Cauc. c. 13. Diall. Deor. II, 1. infra c. 6. et 25. g) καὶ] „Addit καὶ P.“ Addunt etiam 3011. Gorl. *Schm.* quamquam non necessario requirebatur. Diall. Marr. XI, 2. καὶ εἴποθι ἄλλοθι. h) ἀνῇς] ἀνῆτε 2954. 3011.

PISCATOR, SIVE REVIVISCENTES.

Socr. Feri, feri exsecrabilem saxis copiosissimis: adjice glebas: insuper adjice testas. Pulsa baculis impium, vide ne effugiat. Et tu, Plato, feri, et tu, Chrysippe, et tu. Et omnes simul facta testudine in illum irruamus,

Ut baculis baculus firmetur, peraque peris.

Communis enim hic hostis est, neque quisquam nostrúm, quem contumelia non adfecerit. Tu vero, Diogenes, si unquam alias, clava nunc utere; nec remitte quicquam. Jam dignas maledico illo ore poenas

p. 571. το; κεκμήκατε, ὦ Ἐπίκουρε καὶ Ἀρίστιππε [i]); καὶ μὴν οὐκ ἐχρῆν.

Par. Il. VI, 112. e. a. Ἀνέρες [k]) ἔστε σοφοὶ, μνήσασθε δὲ θούριδος ὀργῆς.

2 Ἀριστότελες, ἐπισπούδασον ἔτι [l]) θᾶσσον. καλῶς [m]) ἔχει· ἑάλωκε τὸ θηρίον· εἰλήφαμέν σε, ὦ μιαρέ. εἴσῃ γοῦν αὐτίκα, οὕστινας ὄντας ἡμᾶς ἐκακηγόρεις. τῷ τρόπῳ δέ τις αὐτὸν καὶ μετέλθῃ [n]); ποικίλον γάρ τινα ἐπινοῶμεν θάνατον κατ' αὐτοῦ, πᾶσιν ἡμῖν ἐξαρκέσαι [o]) δυνάμενον· καθ' ἕκαστον ἑπτάκις [p]) γοῦν δίκαιός ἐστιν ἡμῖν ἀπολωλέναι.

(*ΠΛΑΤ.* [q])) Ἐμοὶ μὲν, ἀνεσκολοπίσθαι [r]) δοκεῖ, αὐ-

i) *ὦ Ἐπίκουρε καὶ Ἀρίστιππε*] Sic in G. P. et hinc in *Reitz.* et recentioribus. In veteribus plerisque omnibus omissum *Ἐπίκουρε.* k) *Ἀνέρες*] Hanc vocem olim omissam et viris doctis ob loca Homerica desideratam servarunt 2954. et 3011. et restituit adeo *Schm.* l) *ἔτι*] *ὅτι* 2954. *Belino* sine ratione probatum. m) *καλῶς*] *εὖ* 2954. n) *μετέλθῃ*] Ita *Schmied.* e 2954. 3011. ad quos accedit Gorl. quamquam nec vulgatum *μετέλθοι* improbe dictum, quidquid contra nitatur *Belinus*, qui merum Optativum pro Soloecismo habens, et *καὶ*, cujus vim non cepisset, sensu carere existimans, scribi vult: *τῷ τρόπῳ δέ τις αυτὸν ἂν μετέλθοι;* Ad eundem modum *idem* multa *Luciani* loca depravatum ivit. Quamquam omnino fatendum, in haud paucis locis difficulter e Codd. quoque ipsis Auctoris manum erui posse, quia *η* et *οι* a librariis ob eandem utriusque pronuntiationem saepe sunt inter se confusa. o) *ἐξαρκέσαι*] *ἐπαρκέσαι* 2954. p) *ἑπτάκις*] abest a Gorl. q) *ΠΛΑΤ.*] „*Οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλοις τὸ Πλ.* P. Sed habet Fl.“ *Solan.* Idem *Solan.* conjicit *ΦΙΛ.* vel *ΑΛΛ: ΑΛΛ. Wielandius* haec verba dissecta tribus philosophis tribuit, priora usque ad *πρότερον* Aristippo; quae sequuntur, *τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκόφθω* Chrysippo, reliqua Pythagorae. *Seyboldus* vero, nomine *Platonis* deleto, continuo haec quoque a *Socrate* dici censet. Vid. Adnot. r) *ἀνεσκολοπίσθαι*]

luat. Quid hoc? fessine estis, Epicure et Aristippe? Certe non decebat. Sapientes (*viri*) estote, jam

In pectus vobis calidae vetus impetus irae
redeat.

Aristoteles, magis accelera! Bene habet. Capta est bestia. Cepimus te, impure. Mox igitur scies, quibus viris maledixeris. Quo vero modo illum tractabimus? Variam enim contra ipsum mortem excogitemus, quae sufficere nobis omnibus possit: dignus enim est, qui septies unicuique nostrûm pereat.

(*Plat.*) Ego censeo flagellis caesum palo figi, oculos

τὸν, νὴ Δία, μαστιγωθέντα γε πρότερον. τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκόφθω, τὴν γλῶτταν αὐτὴν ἐπιπολὺ[s]) *πρότερον ἀποτετμήσθω. σοὶ δὲ τί, Ἐμπεδόκλεις, δοκεῖ;* p. 571. p. 572.

ΕΜΠ. Ἐς τοὺς κρατῆρας ἐμπεσεῖν αὐτὸν, ὡς μάθοι[t]) *μὴ λοιδορεῖσθαι τοῖς κρείττοσι.*

ΠΛΑΤ. Καὶ μὴν ἄριστον ἦν καθάπερ τινὰ Πενθέα, ἢ Ὀρφέα,

Λακιστὸν[u]) *ἐν πέτραισιν εὑρέσθαι μόρον,* Parod. *Eurip.*

ἵνα ἂν καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ ἕκαστος ἔχων, ἀπαλλάττοιτο.

ΛΟΥΚ. Μηδαμῶς· ἀλλὰ πρὸς ἱκεσίου φείσασθέ μου. 3

ΣΩΚ. Ἄραρεν· οὐκ ἂν ἀφεθείης ἔτι. ὁρᾷς δὲ δὴ καὶ τὸν Ὅμηρον ἃ λέγει,

Ὡς[x]) *οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά;* Iliad. XXII, 262.

ΛΟΥΚ. Καὶ μὴν καθ' Ὅμηρον καὶ αὐτὸς ὑμᾶς[y]) *ἱκε-*

ἀνασκολοπισθῆναι 2954. quod sine idonea caussa praefert *Belin.* et *Schmied.* etiam recepit. At explica hoc Praeteritum, ut quae sequuntur, *ἐκκεκόφθω*, *ἀποτετμήσθω*, et Diall. Mortt. XXX, 1. *ἐμβεβλήσθω*. Nam dicuntur haec ita, quasi audias: *Ἐμοὶ μὲν οὕτως δοκεῖ, ἀνεσκολοπίσθω — μαστιγωθεὶς* etc. Aliter paullo explicat *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 298. s) *ἐπιπολὺ*] „ἔτι πολὺ P. nil mutat Fl.“ t) *μάθοι*] *μάθῃ* 2954. 3011. *Belin.* *Schmied.* At cf. Charon. c. 3. extr. et 2. ibique Varr. Lectt. alia paene innumera loca tacere placet. u) *Λακιστὸν*] *κάκιστον* conj. *Brod.* minime admittenda. x) *Ὡς*] extra versum vulgo positum, ipso *Homero* duce, ei adjunxi. y) *καὶ αὐτὸς ὑμᾶς*] Hunc verborum ordinem, a 2954. suppeditatum, cum *Belin.* et *Schmied.* ut elegantiorem et graviorem praetuli vulgato *ὑμᾶς καὶ αὐτός*.

illi effodi, linguam ipsam multo prius praecidi: tibi quid videtur, Empedocles?

Emp. In crateres dejici Aetnae, ut discat non maledicere melioribus.

Plat. Quin optimum fuerit, eum instar Penthei alicujus aut Orphei, lacerum invenire fatum per petras, ut etiam partem illius habens quisque discedat.

Luc. Minime vero: sed per Jovem supplicum praesidem mihi parcite.

Socr. Decretum est. Non amplius potes dimitti. Vides vero, quid Homerus dicat,

Nunquam foedera fida leonibus atque viris sunt.

Luc. Verumtamen ex Homero et ego vobis supplicabo: reverebimini forte ver-

p. 572. τεύσω. αἰδέσεσθε γὰρ ἴσως τὰ ἔπη, καὶ οὐ παρόψεσθε ῥαψῳδήσαντά με.

Par. Il. X, 378. I, 23. Ζωγρεῖτ᾽ οὐ κακὸν ἄνδρα, καὶ ἄξια δέχθε ἄποινα,
Χαλκόν τε, χρυσόν τε [z]), τὰ δὴ φιλέουσι σοφοί περ.

p. 573. *ΠΛΑΤ.* Ἀλλ᾽ οὐδὲ ἡμεῖς ἀπορήσομεν πρὸς σὲ Ὁμηρικῆς ἀντιλογίας [a]). ἄκουε δὴ,

Par. Il. X, 417. Μὴ δή μοι φύξιν γε κακηγόρε βάλλεο θυμῷ,
Χρυσόν περ λέξας, ἐπεὶ ἵκεο χεῖρας ἐς ἀμάς [b]).

ΛΟΥΚ. Οἴμοι τῶν κακῶν! ὁ μὲν Ὅμηρος ἡμῖν ἄπρακτος, ἡ μεγίστη ἐλπίς. ἐπὶ τὸν Εὐριπίδην δή μοι καταφευκτέον· τάχα γὰρ ἂν ἐκεῖνος σώσειέ με.

Eur. Fr. CLXXX. Μὴ κτεῖνε [c]) τὸν ἱκέτην· οὐ γὰρ θέμις κτανεῖν.

ΠΛΑΤ. Τί δέ [d]); οὐχὶ κἀκεῖνα Εὐριπίδου ἐστὶν,

Eur. Or. 413. Οὐ δεινὰ πάσχειν [e]) δεινὰ τοὺς εἰργασμένους;

z) *Χαλκόν τε, χρυσόν τε*] Sic vulgo haec, ut in *Homero*. Aliter disposita leguntur in 2954. *Χρυσόν τε, χαλκόν τε.* per se nihil refert. a) *ἀντιλογίας*] „Nihil mutant Fr. B. 2. H. Fl. J.“ Notaverat scilicet *Solan.* in Fl. legi ἀπολογίας. Nec, quos ego consului, A. 1. 2. B. 1., quidquam mutant. b) *ἀμάς*] Vitiosum, quod vulgatur, ἀμᾶς, emendavi ex textu Homerico. c) *κτεῖνε*] Vulg. κτεῖναι. Sed 2954. et Vatt. 87. et 90. referente *Bastio* ad *Gregor. Cor.* p. 16. ed. Schaef. exhibent κτεῖνε, ut etiam *Euripidis* editores recentiores, et in *Luciano* jam *Schmiederus*, recte ediderunt. d) *Τί δέ;*] Sejunxi haec a sequentibus interrogandi signo posito, quod priores, ut saepe in talibus, satis negligenter omiserant. e) *πάσχειν*] πράσσειν 2954. rejiciendum vel ob *Euripidem*, cujus verba ad literas proferuntur.

sus, neque adspernabimini consuentem carmina.

Quem capitis bonus est donis redimendus opimis,
Aere, auro: nec enim sapientes munera spernunt.

Plat. Sed neque nobis deerit Homerica responsio: audi modo,

Ne meditare fugam, blasphema, barbare, lingua,
Ostentans aurum, postquam mea praeda fuisti.

Luc. Vae mihi! Homerus destituit, spes nostra maxima: ad Euripidem nempe confugiendum: forte ille me servaverit.

Ne caede supplicem; quem jus vetat mori.

Plat. Quid vero? Nonne et illa sunt Euripidea?

Haud digna ferre, indigna qui patraverint.

ΛΟΥΚ. Νῦν οὖν ἕκατι ῥημάτων κτενεῖτέ με [f]); p. 573. Eur. Fr. CLXXXI.

ΠΛΑΤ. Νὴ Δία. φησὶ γοῦν ἐκεῖνος αὐτὸς,
Ἀχαλίνων στομάτων Eurip.
Ἀνόμου τ' ἀφροσύνας, Bacch.
Τὸ τέλος δυςτυχία. 385.

ΛΟΥΚ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ [g]) δέδοκται πάντως ἀποκτιννύναι, καὶ οὐδεμία μηχανὴ τοῦ [h]) διαφυγεῖν με, φέρετε, τοῦτο γοῦν εἴπατέ μοι, οἵτινες ὄντες, ἢ τί πεπονθότες ἀνήκεστον p. 574. πρὸς ἡμῶν ἀμείλικτα [i]) ὀργίζεσθε, καὶ ἐπὶ θανάτῳ συνειλήφατέ [k]) με; 4

ΠΛΑΤ. Ἅτινα μὲν εἴργασαι ἡμᾶς τὰ δεινὰ, σεαυτὸν ἐρώτα, ὦ κάκιστε, καὶ τοὺς καλοὺς [l]) ἐκείνους σου λόγους [m]), ἐν οἷς φιλοσοφίαν τε αὐτὴν κακῶς ἠγόρευες, καὶ ἐς ἡμᾶς ὕβριζες, ὥςπερ ἐξ ἀγορᾶς ἀποκηρύττων [n]) σοφοὺς ἄνδρας·

f) κτενεῖτέ με] Hanc *Guyeti* conjecturam praetuli *Gesneria*nae με κτείνετε. Vulgo legebatur contra metri rationes κτείνετέ με. In *Euripide* ipso Fragm. 181. jam emendatum locum dedit Ill. *Beck*. g) ἐπειδὴ] ἐπεὶ 2954. h) τοῦ] „Sic sola J. reliquae τὸ male.“ i) ἀμείλικτα] „ἀνήκεστα Edd. sed ἀμείλικτα P. L. et Scholiast.“ Hoc etiam 2954. et Gorl. exhibent, et hinc edidit *Schm*. k) συνειλήφατε] ξυνειλ. 3011. *Schm*. l) καλοὺς] „κακοὺς L.“ ortum e praecedente κάκιστε: longe magis convenit h. l. ironicus sermo. m) σου λόγους] „συλλόγους Mss. Angl. P. Edd. nihil mutant.“ Etiam 3011. habet συλλόγους, non omnino male: quamquam nihil videtur mutandum: in fine capitis iidem redeunt οἱ λόγοι. n) ἐξ ἀγορᾶς ἀποκηρύττων] ἀπ' ἀγορᾶς κηρύττων 2954. minus eleganter.

Luc. *Sic verba propter ergo nos occiditis?*

Plat. Sic per Jovem. Ait enim idem ille,

Effrenis oris
et stuporis impii
solet esse finis infortunium.

Luc. Igitur cum stat sententia, omnino interficere me, nec ulla arte licet mihi effugere, agite, hoc mihi dicite, qui sitis, aut quam immedicabilem a me injuriam passi sine ullo remedio mihi irascamini, et supplicii caussa me comprehenderitis.

Plat. Quibus nos injuriis adfeceris, ipsum te, scelus, interroga, et praeclaros illos tuos libros, in quibus et philosophiae ipsi maledixisti, et contumelia nos adfecisti, tanquam in foro vendens praeconio viros sapientes, et, quod maximum,

p. 574 καὶ τὸ μέγιστον, ἐλευθέρους. ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντες ἀνεληλύθαμεν ἐπὶ σὲ, παραιτησάμενοι πρὸς ὀλίγον τὸν Ἀϊδωνέα [o]), Χρύσιππος οὑτοσὶ, καὶ Ἐπίκουρος, καὶ ὁ Πλάτων [p]) ἐγὼ, καὶ Ἀριστοτέλης ἐκεινοσὶ [q]), καὶ ὁ σιωπῶν [r]) οὗτος Πυθαγόρας, καὶ Διογένης, καὶ ἅπαντες, ὁπόσους [s]) διέσυρες ἐν τοῖς λόγοις.

5 ΛΟΥΚ. Ἀνέπνευσα· οὐ γὰρ ἀποκτενεῖτέ με, ἢν μάθητε [t]) ὁποῖος ἐγὼ περὶ [u]) ὑμᾶς ἐγενόμην· ὥστε ἀποῤῥίψατε τοὺς λίθους, μᾶλλον δὲ φυλάττετε. χρήσεσθε γὰρ αὐτοῖς κατὰ τῶν ἀξίων.

ΠΛΑΤ. Ληρεῖς. σὲ δὴ χρὴ τήμερον [x]) ἀπολωλέναι. καὶ ἤδη γε

Hom. Il. III, 57. Λάϊνον [y]) ἕσσο χιτῶνα κακῶν ἕνεχ' ὅσσα ἔοργας.

ΛΟΥΚ. Καὶ μὴν, ὦ ἄριστοι, ὃν ἐχρῆν μόνον ἐξ ἁπάντων ἐπαινεῖν, οἰκεῖόν τε ὑμῖν ὄντα, καὶ εὔνουν, καὶ ὁμογνώ-

o) Ἀϊδωνέα] Ἅιδην 3011. Gorl. At frequens apud *Nostrum* et illa magis poëtica forma, etiam ubi non tumor quidam orationis adfectatur. Cf. de Luct. c. 16. ubi paene eadem, quae hic, verba, et Diall. Mortt. XXIII, 1. p) ὁ Πλάτων] Articulum praefixi e 3011. et *Belino* probatum. q) ἐκεινοσὶ] Ita 3011. *Belin. Schm.* pro vulg. ἐκεῖνος. r) σιωπῶν] προσιὼν 3011. mendose. s) ὁπόσους] „ὅσους P. nil mutat Fl.“ ὅσους etiam 3011. t) ἢν μάθητε] „Ita P. L. In aliis εἰ μάθητε, vel εἰ μάθετε.“ Sic *Reitz.* et *Bip.* At ἢν μάθητε confirmat non solum A. 2., sed et Codd. 3011. et Gorl., et poscit linguae indoles. Unde et *Schm.* recte recepit. u) περὶ] πρὸς conj. *Solan.* temere. x) σὲ δὴ χρὴ τήμερον] σὲ δὲ τήμερον χρὴ 3011. minus bene. y) Λάϊνον] „Nihil mutat H. et Fl.“ Pro ἕσσο A. 1. 2. ἔσσο.

liberos. Propter haec indignati, contra te ab inferis huc venimus, commeatu brevi a Plutone impetrato, Chrysippus hic, et Epicurus, et ego Plato, et Aristoteles ille, et hic tacitus Pythagoras, et Diogenes, et omnes, quos in libris tuis lacerasti.

Luc. Respiravi. Nec enim interficietis me, ubi cognoveritis, qualem erga vos me praebuerim. Itaque abjicite lapides, quin servate potius: utemini enim iis contra dignos.

Plat. Nugaris: hodie enim periisse te oportet. Quin

saxea adest toga tantorum
tibi poena malorum.

Luc. Enimvero scitote, viri optimi, vos interfecturos esse eum, quem unum omnium laudare o-

μονα, καὶ, εἰ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, κηδεμόνα τῶν ἐπιτηδευ- p. 574.
μάτων, εὖ ἴστε, ἀποκτενοῦντες, ἢν ἐμὲ ἀποκτείνητε, τοσαῦ-
τα ὑπὲρ [z]) ὑμῶν πεπονηκότα. ὁρᾶτε γοῦν μὴ τὸ [a]) τῶν νῦν p. 575.
φιλοσόφων αὐτὸ ποιῆτε, ἀχάριστοι, καὶ ὀργίλοι, καὶ ἀγνώμονες φαινόμενοι πρὸς ἄνδρα εὐεργέτην.

ΠΛΑΤ. Ὦ τῆς ἀναισχυντίας! καὶ χάριν σοι τῆς κακηγορίας [b]) προσοφείλομεν; οὕτως [c]) ἀνδραπόδοις ἀληθῶς οἴει διαλέγεσθαι; ἢ καὶ εὐεργεσίαν καταλογιῇ πρὸς ἡμᾶς ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ὕβρει καὶ παροινίᾳ τῶν λόγων;

ΛΟΥΚ. Ποῦ γὰρ ἐγὼ ὑμᾶς, ἢ πότε ὕβρικα; ὃς ἀεὶ φι- 6
λοσοφίαν τε θαυμάζων διατετέλεκα, καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς ὑπερεπαινῶν, καὶ τοῖς λόγοις, οὓς καταλελοίπατε [d]), ὁμιλῶν; αὐ-

z) ὑπὲρ] „περὶ Coll. Vulgatam servant H. et Fl.“ Post ἀποκτενοῦντες in *Reitz.*, *Bip.* et *Seybold.* positum erat interrogationis signum, quo plana loci structura impeditur. Vetustiores Edd. et *Schmied.* recte interpungunt: et secundum hanc normam mutare placuit versionem quoque Latinam, minus illam concinnam. a) τὸ] „κατὰ τοὺς πολλοὺς P. Angl. Edd. vulgatam tuentur.“ b) κακηγορίας] „Sic *Par. Ald.* H. B. 2. Fr. A. S. Fl. Sed κατηγορίας J. et Angl.“ Genuinam etiam A. 2. et B. 1. exhibent. c) οὕτως] „οὗτος S. male. Sed H. et Fl. vulgatam servant.“ οὕτως ὡς ἀνδραπόδοις 3011. unde *Belinus* scribi vult: οὗτος, ὡς ἀνδραπόδους οἴει διαλέγεσθαι; pessime. Gorl. quoque exhibet οὕτως ὡς etc. ut 3011. Vid. Adnot. d) καταλελοίπατε] „καταλελείπ. J.“ Sic et B. 1. A. 1. 2. Sed jam S. restituerat unice rectam formam.

portebat, familiarem vestrum et benevolum, et earundem sententiarum, et nisi dictu grave est, vestrorum studiorum curatorem quendam tutoremque, si me interficiatis, qui tantum pro vobis laboris susceperim. Videte igitur, ne idem faciatis, quod qui nunc sunt philosophi, ingratique, iracundi, et parum officii memores videamini adversus virum bene de vobis meritum.

Plat. Impudentiam hominis videte! Insuper gratiam tibi maledicentiae illius caussa debemus? usque adeone cum mancipiis te putas disputare veris? etiamne in beneficio nobis imputabis contumeliam tantam, et ebriam verborum in nos petulantiam?

Luc. Ubi ergo vos ego aut quando adfeci contumelia? qui semper ita vixerim, philosophiam ut admirarer, et vos ipsos laudibus tollerem, et in libris, quos reliquistis, versarer. Haec enim ipsa,

p. 575 τὰ γοῦν ἅ φημι ταῦτα, πόθεν ἄλλοθεν ἢ παρ' ὑμῶν παραλα-
βὼν [e]), καὶ κατὰ τὴν μέλιτταν ἀπανθισάμενος, ἐπιδείκνυμαι
τοῖς ἀνθρώποις; οἱ δὲ ἐπαινοῦσι, καὶ γνωρίζουσιν ἑκάστου [f])
τὸ ἄνθος, ὅθεν, καὶ παρ' ὅτου [g]), καὶ ὅπως ἀνελεξάμην, καὶ
λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας· τὸ δὲ ἀληθὲς, ὑμᾶς,
καὶ τὸν λειμῶνα τὸν ὑμέτερον, οἳ τοιαῦτα ἐξηνθήκατε ποικίλα,
καὶ πολυειδῆ τὰς βαφὰς, εἴ τις ἀναλέξασθαί γε αὐτὰ ἐπίσται-
το, καὶ ἀναπλέξαι, καὶ ἁρμόσαι [h]), ὡς μὴ ἀπᾴδειν θάτερον
θατέρου. ἔσθ' ὅστις οὖν ταῦτα εὖ πεπονθὼς παρ' ὑμῶν, κα-
κῶς ἂν εἰπεῖν ἐπιχειρήσειεν εὐεργέτας ἄνδρας, ἀφ' ὧν εἶναί
p. 576. τις [i]) ἔδοξεν; ἐκτὸς εἰ μὴ κατὰ τὸν Θάμυριν, ἢ τὸν [k]) Εὔ-
ρυτον εἴη τὴν φύσιν, ὡς ταῖς Μούσαις ἀντᾴδειν, παρ' ὧν
εἴληφε [l]) τὴν ᾠδὴν, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι ἐριδαίνειν, ἐναντία το-
ξεύων, καὶ ταῦτα, δοτῆρι ὄντι τῆς τοξικῆς.

e) παραλαβὼν] „λαβὼν P.“ etiam 3011. f) ἑκάστου] ἕκαστος 3011. ἑκάστῳ conj. *Schm.* qua facile caretur. g) παρ' ὅτου] „παρά του *Ex. Fl.*“ h) ἀναπλέξαι καὶ ἁρμόσαι] Ita rescripsi e 3011. et Gorl. pro vulgatis ἀναπλέξασθαι καὶ ἁρμόσασθαι, quas formas h. l. vix ferendas haud dubie ineptum studium haec ad praecedens ἀναλέξασθαι conformandi genuit. *Belinus* tamen Media praeferenda censuit. i) ἀφ' ὧν εἶναί τις] „ἤδη τις εἶναι ἔδ. P. Angl. εἰδέναι *Marcil.* Edd. vulgatam servant.“ Pro ἀφ' ὧν in 2954. est ὑφ' ὧν. k) ἢ τὸν] „ἐκεῖνον pro variante notatur, non vero unde.“ l) εἴληφε] εἰλήφει Gorl. quod minus congruit.

quae dico, unde alias, quam a vobis sumens, et apum instar delibans flores vestros, ostendo hominibus? at illi laudant, et florem unumquemque agnoscunt, unde, et a quo, et quomodo legerim: et verbis quidem me sectantur propter florum legendorum solertiam, re autem ipsa vos et vestrum illud pratum, qui tales protuleritis, tam varios specie et coloribus; si quidem legere illos, sciat aliquis, et nectere, et concinnare, ne alter ab altero dissideat. Estne igitur, qui his bonis vestris usus, male audeat dicere viris bene de se meritis, a quibus hoc habet, ut esse aliquis videatur? Nisi forte eo sit ingenio, quo Thamyris quondam aut Eurytus, ut occinat ipsis Musis, a quibus canendi artem acceperit, aut cum Apolline contendat, jaculari ausus contra ipsum muneris hujus et artis sagittandi auctorem.

ΠΛΑΤ. Τοῦτο μὲν, ὦ γενναῖε, κατὰ τοὺς ῥήτορας εἴρη- p. 576. 7
ταί σοι· ἐναντιώτατον γοῦν ἐστι τῷ πράγματι, καὶ χαλεπωτέ-
ραν σου ἐπιδείκνυσι τὴν τόλμαν, εἴγε τῇ ἀδικίᾳ καὶ ἀχαριστία
πρόσεστιν, ὃς παρ' ἡμῶν τὰ τοξεύματα, ὡς φὴς, λαβὼν, καθ'
ἡμῶν ἐτόξευες, ἕνα τοῦτον ὑποθέμενος τὸν σκοπὸν, ἅπαντας
ἡμᾶς ἀγορεύειν κακῶς· τοιαῦτα παρὰ σοῦ ἀπειλήφαμεν, ἀνθ'
ὧν σοι τὸν λειμῶνα ἐκεῖνον ἀναπετάσαντες, οὐκ ἐκωλύσαμεν m)
δρέπεσθαι, καὶ τὸ προκόλπιον ἐμπλησάμενον ἀπελθεῖν· ὥστε
διά γε τοῦτο μάλιστα δίκαιος ἂν εἴης ἀποθανεῖν.

ΛΟΥΚ. Ὁρᾶτε n); πρὸς ὀργὴν ἀκούετε, καὶ οὐδὲν τῶν 8
δικαίων προσίεσθε. καίτοι οὐκ ἂν ᾠήθην ποτὲ ὡς ὀργὴ Πλά-
τωνος, ἢ Χρυσίππου, ἢ Ἀριστοτέλους, ἢ τῶν ἄλλων ὑμῶν o)
καθίκοιτο ἄν. ἀλλά μοι ἐδοκεῖτε μόνοι δὴ, πόῤῥω εἶναι τοῦ
τοιούτου. πλὴν ἀλλὰ μὴ ἄκριτόν γε, ὦ θαυμάσιοι, μηδὲ πρὸ p. 577.
δίκης ἀποκτείνητέ με. ὑμέτερον γοῦν καὶ τοῦτο ἦν, μὴ βίᾳ,

m) ἐκωλύσαμεν] „Ita P. Angl. Vulgatum servant Edd." et retinuit *Reitz.* et quae secutae sunt, *Bip.* et *Seyb.* Sed 3011. et Gorl. habent ἐκωλύσαμεν, quod *Schm.* recte recepit, quamquam et vulgata aliquo modo defendi possit. n) Ὁρᾶτε;] Interrogationis signum e vetustis Edd. restitui: colo distinxerant *Reitz.* et recentt. in his etiam *Schm.*, quamquam ab hoc in Addend. ad Tom. I. p. XXXVII. notatum, ὁρᾶτε; interpungendum esse. o) ὑμῶν] „ἡμῶν J. ὑμῶν recte H. B. 2. Fl." ὑμῶν A. 1. et B. 1. sed cum Junt. facit A. 2.

Plat. Ista quidem, vir fortis, ex rhetorum arte declamasti: maxime enim rebus ipsis sunt contraria, et eo importuniorem ostendunt audaciam tuam, quandoquidem injuriae huic ingratus etiam animus accedit, qui acceptis a nobis, quod fatere, telis, contra nos jaculatus sis, hoc uno tibi scopo proposito, de omnibus nobis male uti diceres. Haec a te praemia habemus, quod aperto tibi illo prato nostro, non prohibuimus, quo minus meteres, et pleno sinu abires. Itaque vel propter ipsum hoc mori dignus eras.

Luc. Videtisne? irae auscultatis, neque justum quicquam admittitis: quamquam non putabam fieri unquam posse, ut ad Platonem, ad Chrysippum, aut Aristotelem, aut ad alium quemquam vestrûm ira perveniat; verum soli vos ab ejusmodi rebus videbamini esse remotissimi. Sed quicquid sit, certe non indemnatum, viri admirabiles, nec ante judicium me occideritis. Ve-

p. 577. μηδὲ κατὰ τὸ ἰσχυρότερον πολιτεύεσθαι, δίκῃ δὲ τὰ διάφορα διαλύεσθαι [p]) διδόντας λόγους [q]), καὶ δεχομένους ἐν τῷ μέρει· ὥςτε δικαστὴν ἑλόμενοι κατηγορήσατε μὲν ὑμεῖς ἢ ἅμα πάντες, ἢ ὅντινα ἂν χειροτονήσητε ὑπὲρ ἁπάντων. ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα. κᾆτα ἢν μέν [r]) τι ἀδικῶν φαίνωμαι [s]), καὶ τοῦτο περὶ ἐμοῦ γνῷ τὸ δικαστήριον, ὑφέξω δηλαδὴ τὴν ἀξίαν. ὑμεῖς δὲ βίαιον οὐδὲν τολμήσετε. ἢν δὲ τὰς εὐθύνας ὑποσχὼν, καθαρὸς ὑμῖν καὶ ἀνεπίληπτος εὑρίσκωμαι, ἀφήσουσί με [t]) οἱ δικασταί· ὑμεῖς δὲ, εἰς τοὺς ἐξαπατήσαντας ὑμᾶς καὶ παροξύναντας καθ' ἡμῶν τὴν ὀργὴν τρέψετε [u]).

9 ΠΛΑΤ. Τοῦτο ἐκεῖνο, ἐς πεδίον τὸν ἵππον, ὡς παρακρουσάμενος τοὺς δικαστὰς, ἀπέλθοις [x]). φασὶ γοῦν ῥήτορά σε, καὶ δικανικόν τινα εἶναι, καὶ πανοῦργον ἐν τοῖς λόγοις. τίνα δὲ καὶ δικαστὴν ἐθέλεις γενέσθαι, ὅντινα μὴ σὺ δωροδο-

p) διαλύεσθαι] „λύεσθαι ex Fl. Vulgatam tuetur P." q) λόγους] λόγον 3011. r) ἢν μέν] „Ita P. εἰ μὲν Fl." Retinuerunt *Reitz.* et recentt. εἰ. Sed praeter P. etiam 3011. 2954. et Gorl. servarunt genuinum ἤν. nec recipere adeo dubitavit *Schm.* probavit et *T. F. Benedictus.* s) φαίνωμαι] „Sic P. B. 2. et *Jens.* Reliqui vitiose φαίνομαι olim ediderant." Etiam 3011. 2954. et Gorl. praebent φαίνωμαι. t) με] „Ita Angl. Rel. Edd. μέν." quod servavit *Reitz.* Verum et 2954. exhibet με, unde non dubitabam, *Schm.* praeeunte, et probante *Benedicto*, id recipere. u) τρέψετε] τρέψατε 2954. x) ἀπέλθοις] ἀπέλθῃς 2954. 3011. *Bel. Schm. Bened.*

strum enim quoque hoc fuerit, non vi, nec prout quis robustior est, rem gerere; sed jure lites dirimi, redditis invicem auditisque rationibus. Itaque judice capto adcusate me vos aut simul omnes, aut quemcunque pro universis dicturum suffragiis vestris elegeritis: ego vero criminibus respondebo. Si deinde pareat, me fecisse injuriam, idque de me statuerit judicium, sustinebo nimirum justam poenam; vos vero nihil per vim audebitis. Si vero, cognitione facta, purus vobis et reprehensione indignus inveniar, absolvent me scilicet judices; vos vero in eos iram vertetis, qui deceperunt vos, et contra nos incitarunt.

Plat. Hoc vero illud fuerit, *Equum in campum*, ut tu impulsis in fraudem judicibus abeas. Ajunt enim te rhetorem esse, et caussidicum, et versutum in dicendo veteratorem. Quem vero judicem vis fieri, quem tu non muneribus corruptum, ut multa injuste faci-

κήσας, οἷα πολλὰ ποιεῖτε ἄδικα, πείσεις ὑπὲρ σοῦ ψηφίσασθαι; p. 577.

ΛΟΥΚ. Θαῤῥεῖτε [y]) τούτου γε ἕνεκα· οὐδένα τοιοῦτον διαιτητὴν ὕποπτον, ἢ ἀμφίβολον ἀξιώσαιμ' ἂν γενέσθαι, καὶ ὅςτις ἀποδώσεταί μοι τὴν ψῆφον. ὁρᾶτε γοῦν, τὴν φιλοσοφίαν αὐτὴν μεθ' ὑμῶν ποιοῦμαι δικάστριαν ἔγωγε. p. 578.

ΠΛΑΤ. Καὶ τίς ἂν κατηγορήσειεν, εἴγε ἡμεῖς δικάσομεν;

ΛΟΥΚ. Οἱ αὐτοὶ κατηγορεῖτε, καὶ δικάζετε· οὐδὲν οὐδὲ τοῦτο δέδια. τοσοῦτον ὑπερφέρω τοῖς δικαίοις, καὶ ἐκ περιουσίας ἀπολογήσασθαι ὑπολαμβάνω.

ΠΛΑΤ. Τί ποιοῦμεν [z]), ὦ Πυθαγόρα, καὶ Σώκρατες; ἔοικε γὰρ ἀνὴρ οὐκ ἄλογα προκαλεῖσθαι, δικάζεσθαι [a]) ἀξιῶν.

ΣΩΚ. Τί δὲ [b]) ἄλλο, ἢ βαδίζωμεν ἐπὶ τὸ δικαστήριον, καὶ τὴν φιλοσοφίαν παραλαβόντες, ἀκούσωμεν ὅ, τι καὶ ἀπολογήσεται. τὸ πρὸ δίκης γὰρ [c]) οὐχ ἡμέτερον, ἀλλὰ δεινῶς ἰδιωτικὸν, ὀργίλων τινῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ δίκαιον ἐν τῇ

At vide infra c. 11. duo exempla contrarium probantia. y) Θαῤῥεῖτε] θαῤῥεῖ 2954. ut tradit *Belinus*: *Schmiederus* hinc refert θάῤῥει· utrum vere in Cod. legatur, nihil refert exquirere. z) Τί ποιοῦμεν] τί ποιῶμεν 3011. Vid. Adnot. a) δικάζεσθαι] abest a 3011. probante *Belino*. Sed vid. Adnot. b) Τί δὲ] τί δ' 3011. τί δαὶ conj. *Bel.* c) τὸ πρὸ δίκης γὰρ] „Post haec verba τιμωρήσασθαι inserit *Pell.*"

tis, inducas, ut secundum te ferat sententiam?

Luc. Hac quidem cura vos libero: suspectum id genus judicem, aut ambiguum, quique calculum mihi suum vendat, esse velim neminem. Videte enim, ipsam vobiscum Philosophiam judicem vobis ipse fero.

Plat. Quis igitur adcuset, siquidem nos judicaturi sumus?

Luc. Vos iidem et adcusate, et judicate. Neque hoc quicquam metuo; tantum justitia caussae supero, et ex abundanti caussam me dicturum confido.

Plat. Quid agimus, Pythagora et Socrates? videtur enim vir non praeter rationem provocare, dum judicari postulat.

Socr. Quid vero aliud, quam eamus ad tribunal, et adsumta Philosophia audiamus, quid caussae dicturus sit. Indicta enim caussa damnare nostrum non est, sed valde idioticum, iracundorum hominum, et jus

p. 578. χερσὶ τιθεμένων. παρέξομεν [d]) γοῦν ἀφορμὰς τοῖς κακηγορεῖν
ἐθέλουσι, καταλεύσαντες ἄνδρα μηδὲ ἀπολογησάμενον ὑπὲρ
ἑαυτοῦ· καὶ ταῦτα, δικαιοσύνῃ χαίρειν αὐτοὶ λέγοντες. ἢ τί
ἂν εἴποιμεν Ἀνύτου καὶ Μελίτου [e]) πέρι, τῶν ἐμοῦ κατηγο-
p. 579. ρησάντων, ἢ τῶν τότε δικαστῶν, εἰ οὗτος τεθνήξεται, μηδὲ [f])
τοπαράπαν ὕδατος μεταλαβών;

ΠΛΑΤ. Ἄριστα παραινεῖς, ὦ Σώκρατες· ὥστε ἀπίωμεν [g]) ἐπὶ τὴν Φιλοσοφίαν. ἡ δὲ, δικασάτω, καὶ ἡμεῖς ἀγαπήσομεν οἷς ἂν ἐκείνη διαγνῷ.

11 ΛΟΥΚ. Εὖγε, ὦ σοφώτατοι, ἀμείνω ταῦτα, καὶ νομιμώτερα [h]). τοὺς μέντοι λίθους φυλάττετε, ὡς ἔφην· δεήσει γὰρ αὐτῶν μικρὸν ὕστερον ἐν τῷ δικαστηρίῳ. ποῦ δὲ [i]) τὴν Φιλοσοφίαν εὕροι τις ἄν; οὐ γὰρ οἶδα ἔνθα οἰκεῖ. καίτοι πάνυ πολὺν ἐπλανήθην χρόνον ἀναζητῶν τὴν οἰκίαν, ὡς ξυγγενοίμην αὐτῇ. εἶτα ἐντυγχάνων ἄν τισι τριβώνια περιβεβλημένοις, καὶ πώγωνας βαθεῖς καθειμένοις, παρ᾽ αὐτῆς ἐκείνης ἥκειν φάσ-

d) παρέξομεν] „παρέξωμεν J. Sed vulgatam tuentur reliquae.“ Etiam A. 2. habet παρέξωμεν. e) Μελίτου] „Sic H. B. 2. Fl. recte. alio loco Μέλητος mendose scribitur, ut in Demonact. c. 11.“ B. 1. A. 1. 2. habent Μελίτου. f) μηδὲ] „μὴ δὲ J. S. μηδὲ B. 2. et Par. etc.“ μὴ δὲ A. 1. 2. B. 1. scriptura in vett. Edd. haud infrequens. g) ἀπίωμεν] βαδίζωμεν 2954. ut paullo superius. h) νομιμώτερα] νομιμότερα B. 1. i) ποῦ δὲ] ποῦ δαὶ 3011. *Bel. Schm.*

in manu ponentium. Praebebimus enim occasiones volentibus male de nobis dicere, si indicta caussa virum lapidemus, idque homines gaudere nos justitia professi: aut de Anyto ac Melito quid dicemus, meis adcusatoribus, aut de his, qui tum erant judices, si hic ne aqua quidem attributa [*et clepsydra*] moriatur?

Plat. Optime mones, Socrates. Itaque abeamus ad Philosophiam. Illa judicet, et nos sententia illius stabimus.

Luc. Euge, viri sapientissimi, meliora ista et magis legitima. Verum lapides servate, uti dixi: opus enim paullo post illis erit apud tribunal. Ubi vero Philosophiam inveniat aliquis? nec enim, ubi habitet, novi, quamquam longo tempore oberravi domo ejus quaerenda, ut illius consuetudine uterer. Deinde cum inciderem in quosdam palliolis amictos, et prolixas barbas submittentes, qui ab illa se venire dicerent, putans hos scire, in-

κουσιν, οἰόμενος εἰδέναι αὐτοὺς, ἀνηρώτων. οἱ δὲ πολὺ μᾶλ- p. 579.
λον ἐμοῦ ἀγνοοῦντες, ἢ οὐδ᾽ ὅλως ἀπεκρίνοντό[k]) μοι, ὡς
μὴ ἐλέγχοιντο οὐκ εἰδότες, ἢ ἄλλην θύραν ἀντ᾽ ἄλλης ἀπε-
δείκνυον. οὐδέπω γοῦν καὶ τήμερον[l]) ἐξευρεῖν δεδύνημαι τὴν
οἰκίαν. Πολλάκις δὲ ἢ αὐτὸς[m]) εἰκάσας, ἢ ξεναγήσαντός 12
τινος, ἧκον ἂν[n]) ἐπί τινας θύρας, βεβαίως ἐλπίσας τότε γοῦν
εὑρηκέναι· τεκμαιρόμενος τῷ πλήθει τῶν ἐσιόντων τε καὶ ἐξιόν- p. 580.
των, ἁπάντων σκυθρωπῶν, καὶ τὰ σχήματα εὐσταλῶν, καὶ
φροντιστικῶν τὴν πρόσοψιν. μετὰ τούτων οὖν ξυμπαραβυσ-
θεὶς[o]), καὶ αὐτὸς ἐσῆλθον ἄν[p])· εἶτα ἑώρων γύναιόν τι οὐχ
ἁπλοϊκὸν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἐς τὸ ἀφελὲς[q]) καὶ ἀκόσμητον
ἑαυτὴν ἐπεῤῥύθμιζεν, ἀλλὰ κατεφάνη μοι αὐτίκα οὐδὲ τὸ ἄνε-

k) οὐδ᾽ ὅλως ἀπεκρίνοντο] οὐδὲν ὅλως ἀπεκρίναντο 2954. *Belin. Schm.* At Imperfectum cum a legibus linguae, tum a sequenti ἀπεδείκνυον necessario flagitabatur: et οὐδ᾽ ὅλως, si recte sentio, elegantius dicitur, quam οὐδὲν ὅλως, quamquam nec hoc omnino damnandum. l) καὶ τήμερον] „Sic etiam H. Fr. Fl. et Par.“ m) ἢ αὐτὸς] Priorem vocem, in prioribus Edd. desideratam, cum *Bel.* et *Schm.* restitui e 2954. Post τινος in unam *Reitz.* per imprudentiam irrepserat interrogationis nota. n) ἂν] ejici vult *Bel.* temere. Meliora edocere potuit, si non sequens ἐσῆλθον ἂν, saltem quod praecesserat: εἶτα ἐντυγχάνων ἄν τισι — ἀνηρώτων. Omnino vid. Adnot. ad Diall. Deor. X, 2. T. II. p. 318. o) ξυμπαραβυσθεὶς] ξυμπαραβησθεὶς A. 2. et, ut videtur, J. mendose. p) ἂν] abest a 3011. et immerito quidem, quamvis *Belinus* ejiciendum censuerit, et *Schmiederus* vere ejecerit. Cf. superiorem notulam n). q) ἀφελὲς] „ἀσφαλὲς vulgo edebatur in Edd. novis et antiqq. Sed ἀφελὲς recte P. L. et J. Et recte conjecit *Graevius.*“ Et A. 2. ἀφελές.

terrogabam. At illi, qui multo quam ego magis ignorarunt, aut plane non respondere mihi, ne ignorantiae suae convincerentur, aut aliam pro alia januam mihi demonstrare. Itaque ad hodiernum diem nondum invenire domum potui. Saepe vero vel mea conjectura, vel aliquo deducente ad januas quasdam delatus sum, firma cum spe tandem aliquando me invenisse; idque colligebam ex multitudine intrantium et exeuntium, qui severi omnes viderentur, habitu composito, et vultu acriorem cogitationem prae se ferente. Cum his igitur clanculum me inferciens et ipse intrabam. Deinde vidi mulierculam minime candidam, quantumvis ad simplicitatem quandam cultus expertem se concinnaret. Sed mox mihi adparuit scilicet,

p. 580. τον [r]) δοκοῦν τῆς κόμης ἀκαλλώπιστον ἐῶσα, οὐδὲ τοῦ ἱματίου τὴν ἀναβολὴν ἀνεπιτηδεύτως περιστέλλουσα. πρόδηλος δὲ ἦν κοσμουμένη αὐτοῖς καὶ πρὸς εὐπρέπειαν τῷ ἀθεραπεύτῳ δοκοῦντι προσχρωμένη. ὑπεφαίνετο δέ τι καὶ ψιμύθιον, καὶ φῦκος [s]). καὶ τὰ ῥήματα [t]) πάνυ ἑταιρικά. καὶ ἐπαινουμένη ὑπὸ τῶν ἐραστῶν ἐς τὸ [u]) κάλλος, ἔχαιρε. καὶ εἰ δοίη τις, προχείρως ἐδέχετο. καὶ τοὺς πλουσιωτέρους ἂν παρακαθισαμέ-
p. 581. νη [x]) πλησίον, τοὺς πένητας τῶν ἐραστῶν οὐδὲ προσέβλεπε. πολλάκις δὲ καὶ γυμνωθείσης αὐτῆς κατὰ τὸ ἀκούσιον, ἑώρων περιδέραια χρυσᾶ, τῶν ἐγχέλεων [y]) παχύτερα. ταῦτα ἰδὼν ἐπὶ πόδας αὖ [z]) εὐθὺς ἀνέστρεφον, οἰκτείρας δηλαδὴ τοὺς κακο-

r) ἄνετον] Sic scripsi e 3011. probante *Belino*. Ἀνιέναι de coma soluta solenne est, neque vero, quod sciam, ἀφιέναι. Et alibi hae voces inter se confusae, ut Timon. c. 57. ἀνῆς et ἀφῆς. s) καὶ φῦκος] „deest in Fl. Habent autem H. et P.“ καὶ φυκίον 2954. Olim scribebatur φύκος, ut et de Merc. Cond. c. 33 quam falsam scripturam corrigere placuit. Produci priorem syllabam, videbis apud *Homer.* Il. IX, 7. XXIII, 693. Unde et Grammatici plerique recte scripserunt φῦκος. *Suidas* tamen φύκος. De re adeas *Polluc.* V. 101. VII, 95. *Schol.* ad Iliad. IX, 9. et *Stephan.* Thes. T. IV. p. 226. t) ῥήματα] „*Gronov.* χρώματα. *Pell.* ῥύμματα. Sed nihil mutant Edd.“ Pro πάνυ male 3011. πάντα. u) τὸ] „abest a Fl. Nihil mutat H. Par“ x) παρακαθισαμένη] „παρακαθιζομένη Fl. Sed cum vulgata facit H. Par.“ y) ἐγχέλεων] „κλοιῶν A. G. P. L. Edd. ἐγχέλεων.“ κλοιῶν 3011. sed damnat *Belinus* ut glossema vulgatae. z) αὖ] „ἦν J. Sed αὖ P. L. Et Edd. antiqq. omnes.“ ἂν 2954. quod h. l. jure improbat *Bel.* ἐπὶ πόδας αὖ εὐθὺς reliquis omissis Gorl., ut refert *Schm.* Sed quae sint illa *reliqua*, et quousque pertineant, non patet.

eam neque comas, quas negligenter solutas videri volebat, inornatas reliquisse, neque vestis amictum sine adfectatione composuisse. Manifesto autem iis se rebus exornaverat, et ad decentiam, adsimilato illo cultus neglectu, usa fuerat. Sublucebat vero etiam aliquantum cerussae et fuci; verbaque omnino meretricia; laudarique se ab amatoribus pulchritudinis nomine gaudebat, et, si quis quid daret, accipiebat cupide, et, cum ditioribus prope adsideret, pauperes amatorum suorum ne respiciebat quidem. Saepe vero etiam si imprudens nudaretur, videbam monilia illius aurea anguillis crassiora. Haec videns mea per vestigia mox recessi, miseratus nempe infelices illos, qui

δαίμονας ἐκείνους ἑλκομένους πρὸς αὐτῆς, οὐ τῆς ῥινὸς, ἀλ- p. 581.
λὰ τοῦ πώγωνος, καὶ κατὰ τὸν Ἰξίονα, εἰδώλῳ [a]) ἀντὶ τῆς
Ἥρας ξυνόντας.

ΠΛΑΤ. Τοῦτο μὲν ὀρθῶς ἔλεξας· οὐ γὰρ πρόδηλος οὐ- 13
δὲ πᾶσι γνώριμος ἡ θύρα· πλὴν ἀλλ' οὐδὲν δεήσει βαδίζειν ἐπὶ
τὴν οἰκίαν· ἐνταῦθα γὰρ ἐν Κεραμεικῷ ὑπομενοῦμεν αὐτήν·
ἡ δὲ ἤδη που ἀφίξεται, ἐπανιοῦσα [b]) ἐξ Ἀκαδημίας, ὡς πε-
ριπατήσειε καὶ ἐν τῇ Ποικίλῃ. τοῦτο γὰρ ὁσημέραι ἔθος ποι-
εῖν [c]) αὐτῇ· μᾶλλον δὲ ἤδη πρόσεισιν [d]). ὁρᾷς τὴν κόσμιον p. 582.
τὴν *) ἀπὸ τοῦ σχήματος, τὴν προσηνῆ τὸ βλέμμα, τὴν ἐπὶ
συννοίᾳ ἠρέμα βαδίζουσαν;

ΛΟΥΚ. Πολλὰς ὁμοίας ὁρῶ τό γε σχῆμα, καὶ τὸ βάδισ- p. 583.
μα, καὶ τὴν ἀναβολήν. καίτοι μία πάντως [e]) ἥ γε ἀληθὴς Φι- p. 584.
λοσοφία καὶ [f]) ἐν αὐταῖς.

ΠΛΑΤ. Εὖ λέγεις. ἀλλὰ δηλώσει ἥτις ἐστὶ, φθεγξαμέ-
νη μόνον.

ΦΙΛ. Παπαί· τί Πλάτων, καὶ Χρύσιππος ἄνω, καὶ 14

a) εἰδώλῳ] εἰδόλῳ A. 1. 2. mendose. b) ἐπανιοῦσα] „ἀνιοῦσα Fl. vulgatam servant H. P." ἀνιοῦσα etiam 2954. c) ἔθος ποιεῖν] ποιεῖν ἔθος 2954. d) πρόσεισιν] „προσέρχεται P. Angl. Nihil mutant Edd." προσέρχεται etiam 3011. *) τὴν] deleri vult *T. Fr. Benedictus* ut inconcinnum, quod equidem non penitus perspicio. e) πάντως] „Fl. Reliquae πάντων, male. vid. notas." πάντως confirmat 2954. et praetulerunt recentt. quoque Edd. f) καὶ] ἐστὶν 3011. Gorl. *Belin. Schm.* Sed vid. Adnot.

se ab illa non naso quidem, sed barba duci paterentur, et, Ixionis exemplo, inanem speciem amplecterentur pro Junone.

Plat. Illud quidem recte: neque enim in propatulo janua, neque nota omnibus. Ceterum ne opus quidem est domum ad illam ire. Hic enim illam in Ceramico opperiemur, mox huc venturam in reditu ab Academia, ut in Poecile inambulet, quod facere solet quotidie. Quin jam accedit. Viden' illam decenti habitu, adspectu propitio, quae cogitabunda placide incedit?

Luc. Multas video similes habitu, incessu, atque amictu: et tamen inter has quoque una tantum est vera quidem Philosophia.

Plat. Recte. sed cum loqui incipiet, satis se ipsa indicabit.

Phil. Vah, quid Plato et Chrysippus apud superos,

p. 584. Ἀριστοτέλης, καὶ οἱ λοιποὶ ἅπαντες [g]), αὐτὰ δὴ τὰ κεφάλαιά μου τῶν μαθημάτων; τί αὖθις ἐς τὸν βίον; ἆρά τις [h]) ὑμᾶς ἐλύπει τῶν κάτω; ὀργιζομένοις γοῦν ἐοίκατε. καὶ τίνα τοῦτον ξυλλαβόντες ἄγετε; ἦ που λωποδύτης [i]) τις, ἢ ἀνδροφόνος, ἢ ἱερόσυλός ἐστι;

ΠΛΑΤ. Νὴ Δία, ὦ Φιλοσοφία, πάντων γε ἱεροσύλων
p. 585. ἀσεβέστατος· ὃς τὴν ἱερωτάτην σὲ, κακῶς ἀγορεύειν ἐπεχείρησε, καὶ ἡμᾶς ἅπαντας, ὁπόσοι τὶ παρὰ σοῦ μαθόντες, τοῖς μεθ' ἡμᾶς καταλελοίπαμεν [k]).

ΦΙΛ. Εἶτα ἠγανακτήσατε λοιδορησαμένου τινὸς, καὶ ταῦτα, εἰδότες ἐμὲ, οἷα πρὸς τῆς Κωμῳδίας ἀκούουσα ἐν Διονυσίοις, ὅμως φίλην τε αὐτὴν ἥγημαι, καὶ οὔτε ἐδικασάμην, οὔτε ᾐτιασάμην προσελθοῦσα· ἐφίημι δὲ παίζειν τὰ εἰκότα, καὶ τὰ ξυνήθη τῇ ἑορτῇ; οἶδα γὰρ ὡς οὐκ ἄν τι ὑπὸ σκώμματος χεῖρον γένοιτο, ἀλλὰ τοὐναντίον ὅπερ ἂν ᾖ καλὸν, ὥςπερ τὸ χρυσίον, ἀπο-
p. 586. σμώμενον [l]) τοῖς κόμμασι, λαμπρότερον ἀποστίλβει, καὶ φα-

g) *καὶ οἱ λοιποὶ ἅπαντες*] καὶ οἱ ἄλλοι πάντες 3011. h) *τις*] „τι P. et Angl. Edd. τις." τι habent etiam 3011. Gorl. et probarunt *Bel.* et *Schm.* sine idonea caussa. i) *λωποδύτης*] „τυμβωρύχος P. Angl. L. vel τυμβορύχος. Sed Edd. vulgatam servant." τυμβωρύχος etiam 3011. k) *καταλελοίπαμεν*] „Nihil mutant H. B. 2. Fr. Fl. l) ἀποσμώ-

et Aristoteles, et reliqui omnes, ipsa disciplinae meae capita? Quid vos rursus in vitam? num quid adversi vobis (*a quoquam*) apud inferos accidit? Irati enim videmini. Et quis est, quem captum hic ducitis? furne vestium est, an homicida, an sacrilegus?

Plat. Et quidem, Philosophia, sacrilegorum omnium scelestissimus, qui sanctissimam te maledictis laedere ausus sit, et nos omnes, quotquot aliquid eorum, quae apud te didiceramus, posteris reliquimus.

Phil. Et vos indignati estis maledicente nobis quodam, idque cum me sciatis, qualia a Comoedia audiens Dionysiis, tamen amicam illam putem, nec in jus vocarim unquam, neque accedens cum illa expostulaverim, sed patiar illam ludere, quae convenire videntur et solennia sunt illis feriis? quippe cum noverim, nihil a dicto fieri deterius, sed contra ea, quod pulchrum sit, ut aurum ipsa percussione detersum clarius exsplendescere, et fieri manifestius. Vos vero nescio

νεϱώτεϱον γίνεται. ὑμεῖς δὲ, οὐκ οἶδα ὅπως ὀϱγίλοι καὶ ἀγανακτικοὶ γεγόνατε. τί δ' οὖν αὐτὸν ἄγχετε; p.586.

ΠΛΑΤ. Μίαν ἡμέϱαν ταύτην παϱαιτησάμενοι, ἥκομεν ἐπ' m) αὐτὸν, ὡς ὑπόσχῃ τὴν ἀξίαν ὧν δέδϱακε. φῆμαι γὰϱ ἡμῖν διήγγελλον n) οἷα ἔλεγεν, ἐπιὼν o) ἐς τὰ πλήθη, καθ' ἡμῶν.

ΦΙΛ. Εἶτα πϱὸ δίκης οὐδὲ ἀπολογησάμενον p) ἀποκτενεῖτε; δῆλος γοῦν ἐστιν εἰπεῖν τι θέλων.

ΠΛΑΤ. Οὔκ· ἀλλ' ἐπὶ σὲ τὸ πᾶν ἀνεβαλλόμεθα q). καὶ σοὶ ὅ, τι ἂν δοκῇ r), τοῦτο ποιήσει τέλος τῆς δίκης.

ΦΙΛ. Τί φὴς σύ;

ΛΟΤΚ. Τοῦτο αὐτὸ, ὦ δέσποινα Φιλοσοφία, ἥπεϱ καὶ μόνη τἀληθὲς ἂν εὑϱεῖν s) δύναιο. μόγις t) γοῦν εὑϱόμην πολλὰ ἱκετεύσας, τὸ σοὶ φυλαχθῆναι τὴν δίκην.

μενον] Restitui hanc Ms. Gr. lectionem, consentientibus *Graevio*, *Solano*, *Hemsterhusio*, *Gesnero* Interprete, *Seyboldo* et *Jacobsio*. Vulg. ἀποσπώμενον. P. ἀποσκόμενον. Vid. Adnot. m) ἐπ'] παϱ' 2954. n) διήγγελλον] „διήγελον Fl. H. Par. Sed J. διήγγελλον.“ Sic et A. 1. 2. B. 1. o) ἐπιὼν] „deest in Fl. Sed nihil mutat H et P.“ εἰπὼν conj. *J. Seager*. Vid. Adnot. p) ἀπολογησάμενον] „Sic J. Par. H. Sed ἀπολογησόμενον P. Vulgatam servat Fl.“ q) ἀνεβαλλόμεθα] ἀνελόμεθα 2954. mendose. r) καὶ σοὶ ὅ, τι ἂν δοκῇ] „ὅ σοι ἂν δοκῇ Angl. P. Nihil mutant Edd. nisi quod δοκεῖ Fl.“ καὶ ὅσον ἂν δοκῇ A. 2. s) ἂν εὑϱεῖν] „Sic P. et Ms. Gr. Nihil mutant Edd. sed ἀνευϱεῖν L.“ Correximus cum *Graevio*, quod huc usque vulgatum erat, ἐξευϱεῖν. Vid. Adnot. t) μόγις] Sic scripsimus, auctoritatem Codd. 2954. et 3011. et *Schm.*

quomodo iracundi facti estis et irritabiles. Quid vero collum obtorquetis homini?

Plat. Commeatu unius hujus diei sumto, contra illum venimus, ut dignam factis suis poenam sustineat. Fama enim ad nos perlatum est, qualia in concionem progressus de nobis dixerit.

Phil. Deinde (*Ergone*) vos illum ante judicium, indicta caussa interficietis? Apparet enim, dicere illum velle aliquid.

Plat. Non; ad te enim rejecimus omnia: tua sententia litem finiet.

Phil. Tu quid ais?

Luc. Idem hoc, Philosophia domina, quae sola nempe invenire verum possis. Itaque vix multis precibus hoc impetravi, tibi ut cognitio caussae servaretur.

p. 586. ΠΛΑΤ. Νῦν, ὦ κατάρατε, δέσποιναν αὐτὴν καλεῖς, πρώην δὲ τὸ ἀτιμότατον [u]) Φιλοσοφίαν ἀπέφαινες, ἐν τοσούτῳ ἀποκηρύττων θεάτρῳ [x]), κατὰ μέρη δύ' ὀβολῶν ἕκαστον εἶδος αὐτῆς τῶν λόγων.

ΦΙΛ. Ὁρᾶτε μὴ οὐ Φιλοσοφίαν οὗτός γε, ἀλλὰ γόητας ἄνδρας ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ ὀνόματι πολλὰ καὶ μιαρὰ πράττοντας, ἠγόρευε κακῶς.

ΛΟΥΚ. Εἴσῃ αὐτίκα, ἢν ἐθέλῃς [y]) ἀπολογουμένου ἀκούειν. μόνον ἀπίωμεν ἐπ' [z]) Ἄρειον πάγον· μᾶλλον δὲ εἰς [a]) τὴν ἀκρόπολιν αὐτὴν [b]), ὡς ἂν ἐκ περιωπῆς ἅμα καταφανείη πάντα [c]) τὰ ἐν τῇ πόλει.

p. 587. 16 ΦΙΛ. Ὑμεῖς δὲ, ὦ φίλαι, ἐν τῇ Ποικίλῃ τέως περιπατήσατε· ἥξω γὰρ [d]) ὑμῖν, ἐκδικάσασα τὴν δίκην.

ΛΟΥΚ. Τίνες δέ εἰσιν, ὦ Φιλοσοφία; πάνυ γὰρ κόσμιαι καὶ αὗται δοκοῦσιν.

ΦΙΛ. Ἀρετὴ μὲν ἡ ἀνδρώδης αὕτη, Σωφροσύνη δὲ ἐκεί-

exemplum secuti, pro vulgata forma πόλις. Vid. Adnot. ad Judic. Vocal. c. 4. T. I. p. 328. sq. u) τὸ ἀτιμότατον] Articulum omittit 2954. haud improbantibus *Belino* et *T. F. Bened.* x) ἀποκηρύττων θεάτρῳ] θεάτρῳ ἀποκηρύττων 2954. y) ἐθέλῃς] „ἐθέλεις Fl." ἐθέλης recentt. sine jota subscripto, et mox c. 17. ἐθέλης. vett. rite ἐθέλῃς. z) ἐπ'] ἐς Gorl. a) εἰς] ἐς 2954. 3011. *Belin. Schm.* b) αὐτὴν] ταύτην conj. *Seyb.* sine idonea ratione. c) καταφανείη πάντα] καταφανῆ πάντα εἴη 3011. Gorl. *Belin. Schm.* At non erat, quod mutaretur vulgata. Cf. Necyom. c. 10. d) γὰρ] δὲ 2954.

Plat. Nunc, sacerrime, dominam vocas, paullo ante vero contemtissimam rerum pronuntiabas Philosophiam, in tanto theatro praeconio vendens, et duobus quidem obolis, genus unumquodque illius disputationum.

Phil. Videte, ne iste non Philosophiam, sed impostores quosdam, nostri sub nominis obtentu turpia multa patrantes, traduxerit.

Luc. Hoc statim scies, si caussam dicturo operam dare volueris. Solum abeamus in Areopagum: potius vero in ipsam arcem, ut ex illa quasi specula simul in conspectu sint res urbanae omnes.

Phil. Vos vero, amicae, in Poecile interim inambulate: veniam enim vobis, hac lite judicata.

Luc. Quae vero sunt, o Philosophia? videntur enim et ipsae decentissimae.

Phil. Virtus est illa vira-

νη, καὶ Δικαιοσύνη παρ᾽ αὐτὴν, ἡ προηγουμένη δὲ, Παι- p. 587.
δεία [e])· ἡ ἀμυδρὰ δὲ [f]) αὕτη, καὶ ἀσαφὴς τὸ χρῶμα, ἡ Ἀλήθειά ἐστιν.

ΛΟΥΚ. Οὐχ ὁρῶ ἥντινα καὶ λέγεις.

ΦΙΛ. Τὴν ἀκαλλώπιστον ἐκείνην οὐχ ὁρᾷς, τὴν γυμνὴν, τὴν ὑποφεύγουσαν ἀεὶ, καὶ διολισθαίνουσαν;

ΛΟΥΚ. Ὁρῶ νῦν μόγις [g]). ἀλλὰ τί οὐχὶ καὶ ταύτας ἄγεις, ὡς πλῆρες [h]) γένοιτο καὶ ἐντελὲς τὸ συνέδριον; τὴν Ἀλήθειαν δέ γε, καὶ ξυνήγορον ἀναβιβάσασθαι πρὸς τὴν δίκην βούλομαι.

ΦΙΛ. Νὴ Δία, ἀκολουθήσατε καὶ ὑμεῖς. οὐ βαρὺ [i]) γὰρ μίαν δικάσαι δίκην· καὶ ταῦτα, περὶ τῶν ἡμετέρων ἐσομένην.

17
ΑΛΗΘ. Ἄπιτε ὑμεῖς. ἐγὼ γὰρ οὐδὲν δέομαι ἀκούειν, ἃ πάλαι οἶδα ὁποῖά ἐστιν.

ΦΙΛ. [k]) Ἀλλ᾽ ἡμῖν, ὦ Ἀλήθεια, ἐν δέοντι [l]) ξυνδικάζοις ἂν, ὡς [m]) καὶ καταμηνύοις ἕκαστα.

c) *Παιδεία*] „παιδία male Fl. Sed H. et Par. etc. recte.“
f) *ἡ ἀμυδρὰ δὲ*] καὶ ἡ ἀμυδρὰ δὲ 2954. alterutram particularum καὶ et δὲ retinendam, alteram abjiciendam, statuit *Belinus*. Scilicet utraque simul certe h. l. non opus fuit. g) *μόγις*] Ita 3011. *Bel. Schm.* ut supra c. 15. pro vulg. μόλις. h) *ὡς πλῆρες*] ὡς ἂν πλῆρες conj. *Belin.* dudum haec, nec semel, refutata. i) *οὐ βαρὺ*] „οὐ χαλεπὸν L. Nihil mutat Fl.“ οὐ χαλεπὸν etiam 3011. quod pro glossemate habet *Belin.* k) *ΦΙΛ.*] „In Par. Fl. aliisque persona *ΛΟΥ.* erat, male. nam recte *ΦΙΛ.* P. L.“ l) *ἐν δέοντι*] separatim scripsi, ut in B. 1., vulgo minus bene ἐνδέοντι junctim. *Traug. Frid. Benedictus* conj. ἐνδέον τοῦ ξυνδικάζειν ἂν — m) *ὡς*]

go, Temperantia illa, et prope illam Justitia, praecedens vero Eruditio: sed obscura illa et tenui colore, Veritas est.

Luc. Non video, quam dicas.

Phil. Nonne vides fuci illam expertem, nudam, subducentem se semper et elabentem?

Luc. Nunc tandem vix video. Sed quidni has etiam adducis, ut plenus perfectusque nobis consessus fiat? Veritatem vero etiam advocatam mihi adducere in jus volo.

Phil. Nempe sequimini etiam vos: nec enim molestum erit, unam judicare caussam, eamque de rebus nostris futuram.

Ver. Ite vos: ego enim non opus habeo audire, quae olim (*dudum*) sciam, uti se res habeat.

Phil. Verum nostra interest, Veritas, te adesse in judicio, ut indices omnia.

p. 587. *ΑΛΗΘ.* n) Οὐκοῦν ἐπάγωμαι καὶ τὼ θεραπαινιδίω τούτω, εὐνοϊκωτάτω μοι ὄντε;

ΦΙΛ. o) Καὶ μάλα ὁπόσας ἂν ἐθέλῃς.

p. 588. *ΑΛΗΘ.* p) Ἕπεσθον, ὦ Ἐλευθερία καὶ Παῤῥησία, μεθ' ἡμῶν, ὡς τὸν δείλαιον τοῦτον ἀνθρωπίσκον ἐραστὴν ἡμέτερον ὄντα, καὶ κινδυνεύοντα ἐπὶ μηδεμιᾷ προφάσει δικαίᾳ, σῶσαι q) δυνηθῶμεν· σὺ δ', Ἔλεγχε, αὐτοῦ περίμεινον r).

ΛΟΥΚ. Μηδαμῶς, ὦ δέσποινα. ἡκέτω δὲ καὶ οὗτος, καὶ εἴ τις ἄλλος. οὐ γὰρ τοῖς τυχοῦσι θηρίοις προςπολεμῆσαι δεήσει μοι s), ἀλλ' ἀλαζόσιν t) ἀνθρώποις, καὶ δυςελέγκτοις u), ἀεί τινας ἀποφυγὰς εὑρισκομένοις. ὥςτε ἀναγκαῖος ὁ Ἔλεγχος.

ΦΙΛ. Ἀναγκαιότατος μὲν οὖν· ἄμεινον δὲ, εἰ καὶ τὴν Ἀπόδειξιν παραλάβοις.

ΑΛΗΘ. Ἕπεσθε πάντες, ἐπείπερ ἀναγκαῖοι δοκεῖτε πρὸς τὴν δίκην.

„deest in Fl.“ Deinde *καταμηνύεις* 3011. vitiose. n) *ΑΛΗΘ.*] „Sic P. L. Edd. male *ΦΙΛ.*“ *Veritatis* verba interrogative edere placuit, ut et *Courierium* video censere ad Asin. p. 231. o) *ΦΙΛ.*] „Recte sic L. Edd. male *ΛΟΥ.*“ p) *ΑΛΗΘ.*] „Ita P. et L. Edd. rursus male *ΦΙΛ.*“ De his personarum rationibus vid. Adnot. q) σῶσαι] *ἄν γε σῶσαι* Gorl. r) περίμεινον] *περίμενε* A. 2. s) μοι] *με* 3011. minus bene, ut recte judicat *Belin.* t) ἀλαζόσιν] *ἀλλαζόσιν* *Reitz.* operarum errore, quem recentt. emendarunt. u) δυςελέγκτοις] „*δυςελέγκτους* *Solan.*“

Ver. Ergone adducam etiam duas ancillulas meas, amicissimas mihi?

Phil. Duc sane, quotquot volueris.

Ver. Sequimini, Libertas, et tu Loquendi Fiducia, ut formidolosum hunc homuncionem, amatorem nostrum, in periculo justa nulla caussa versantem, servare possimus. Tu vero, Elenche, [*Convictio*] hic mane.

Luc. Minime vero, Domina: quin hic etiam, (*et*) si quis alius, veniat. Neque enim cum vulgaribus bestiis depugnandum mihi erit, sed cum insolentibus hominibus, et convictioni repugnantibus, et effugia semper invenientibus. Itaque necessarius est Elenchus.

Phil. Maxime ille quidem. Rectius vero feceris, si Demonstrationem etiam assumas.

Ver. Sequimini omnes, quandoquidem necessarii ad judicium videmini.

ΑΡΙΣΤ. [x]) Ὁρᾷς; προςεταιρίζεται [y]) καθ' ἡμῶν, ὦ p. 588.
Φιλοσοφία, τὴν Ἀλήθειαν. 18

ΦΙΛ. Εἶτα δεδίατε [z]), ὦ Πλάτων, καὶ Χρύσιππε, καὶ Ἀριστότελες, μήτι ψεύσηται ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀλήθεια οὖσα;

ΠΛΑΤ. Οὐ τοῦτο, ἀλλὰ δεινῶς πανοῦργός [a]) ἐστι, καὶ p. 589.
κολακικός· ὥςτε παραπείσει αὐτήν.

ΦΙΛ. [b]) Θαῤῥεῖτε· οὐδὲν οὐ μὴ γένηται ἄδικον, Δικαιοσύνης ταύτης [c]) συμπαρούσης. ἀπίωμεν [d]) οὖν. Ἀλλ' εἰπέ 19
μοι σὺ, τί σοι [e]) τοὔνομα;

ΛΟΥΚ. Ἐμοὶ Παῤῥησιάδης, Ἀληθίωνος τοῦ Ἐλεγξικλέους.

ΦΙΛ. Πατρὶς δέ;

x) *ΑΡΙΣΤ.*] „Vid. nott. *Solan.*" Post ὁρᾷς, *Schmiedero* suadente, et praeeunte jam *Pirckheymero*, interrogationis notam reposui pro commate vulgato. y) *προςεταιρίζεται*] Hanc Codicis Gorl. lectionem expresserunt interpretes Latini, et reperi eandem in utraque *Ald.* In B. 1. *Reitz.* et recentt. legitur προςεταιρίσεται, minus graviter. z) *δεδίατε*] δέδιτε 2954. vitiose. a) *πανοῦργός*] πανουργός, omisso circumflexo, *Reitz.* quam imprudenter secutae sunt recentt. Recte vetustae. b) *ΦΙΛ.*] „Ita L. Sed nihil mutat Fl. et reliquae." Faciunt cum L. ex antiquioribus *Pirckheym.* e recentt. *Wiel.*, *Belin.* in not., non item in versione, ubi vetus ratio retenta, et *Schm.*, qui sic edidit. Olim nempe, etiam in *Reitz.*, *Bip.* et *Seybold.* fuerat *ΑΛΗΘ.* Vid. Adnot. c) *ταύτης*] ταυτῇ 3011., ut refert *Belin.*, probatum huic, et receptum (ita scilicet, ut exarari debebat, ταύτῃ) a *Schm.*, sed temere. Mox in eodem Cod. ξυμπαρούσης, quod non attendisse credo *Schmiederum*, quum vulgarem scripturam contra morem suum servavit. d) *ἀπίωμεν*] ἀνίωμεν Gorl. ἀπίομεν B. 1. operarum errore. e) *σοι*] σοῦ 2954. minus eleganter, ut recte judicat *Belin.*

Arist. Viden'? ad suas partes allicit, o Philosophia, contra nos Veritatem.

Phil. Et vos metuitis, Plato, Chrysippe, Aristoteles, ne quid mentiatur pro ipso, cum sit Veritas?

Plat. Non istuc quidem. Sed terribili quadam astutia est, et adulandi facultate. Itaque persuasione a via illam abducet.

Phil. Bono animo estote. nihil profecto injustum fiet, hac una praesente Justitia. Eamus igitur. Sed age, dic, quod tibi nomen est?

Luc. Parrhesiades, Alethionis, Elenxiclis. [*Confidentius, Veri F. Convincentii N.*]

Phil. Sed patria?

p. 589. *ΛΟΥΚ.* Σύρος, ὦ Φιλοσοφία, τῶν Ἐπευφρατιδίων f). ἀλλὰ τί τοῦτο; καὶ γὰρ *) τούτων τινὰς οἶδα τῶν ἀντιδίκων μου g), οὐχ ἧττον ἐμοῦ βαρβάρους τὸ γένος· ὁ τρόπος δὲ, καὶ ἡ παιδεία οὐ κατὰ Σολέας, ἢ Κυπρίους, ἢ Βαβυλωνίους, ἢ Σταγειρίτας. καίτοι πρός γε σὲ, οὐδὲν ἂν γένοιτο ἔλαττον h), οὐδ' εἰ τὴν φωνὴν βάρβαρος εἴη τις, εἴπερ ἡ γνώμη ὀρθὴ καὶ δικαία φαίνοιτο οὖσα.

ΦΙΛ. Εὖ λέγεις. ἄλλως i) γοῦν τοῦτο ἠρόμην k). Ἡ
p. 590. τέχνη δέ σοι τίς; ἄξιον γὰρ ἐπίστασθαι τοῦτό γε.

ΛΟΥΚ. Μισαλαζών εἰμι, καὶ μισογόης, καὶ μισοψευ-

f) Ἐπευφρατιδίων] „Sic una voce *Gronov.* et *Fl.* Reliquae male disjungunt ἐπ' Εὐφρατιδίων" *) καὶ γάρ] Post γὰρ excidisse videtur alterum καὶ, quae vox, si quae alia, maxime librariorum negligentiam experta est. Non tamen inserere sum ausus, etsi id feci Char. c. 21. Cf. ad Vit. Auct. Varr. Lectt. not. x) p. 123. g) μου] abest a 3011. et omissum propterea etiam a *Schm.*, quod *Belini* aures nimis fastidiosas offenderat sonus vocum μου, et deinceps redeuntis ἐμοῦ. Sed hanc judicandi normam admodum esse lubricam et fallacem, sciunt omnes, qui ad veterum elegantias rite aestimandas aliquid sapiunt. H. l. μου nonnisi ex imprudentia librarii videtur praetermissum. *T. F. Benedictus* tamen expungi vult. h) γένοιτο ἔλαττον] ἔλαττον γένοιτο 2954. 3011. *Belin. Schm.* quae structura non adeo videtur elegantior esse vulgata, ut hanc relinqui necesse sit. Ceterum *T. F. Benedictus* non male conjicit ἐλάττων, quamquam sic vox sequens τις prius foret collocanda. i) ἄλλως] ἄλλος B. 1. operarum culpa. Cf. Adnot. k) ἠρόμην] „Ed. H. male ἠρώμην" Idem mendum in eandem Ed. illatum Diall. Deor. XX, 3. εἰρόμην 3011.

Luc. Syrus sum, o Philosophia, eorum qui Euphratem colunt. Sed quid hoc ad rem? Nam horum etiam adversariorum meorum novi, non minus, quam ego sum, genere barbaros: mores vero et eruditio, non qualis Solensium, aut Cypriorum, aut Babyloniorum, aut Stagiritarum. Quamquam apud te quidem nihil quidquam deteriore caussa quis fuerit, neque si voce sit barbarus; modo sententia justa esse appareat.

Phil. Recte narras. Temere enim illud quaerebam. Ars vero quae tibi est? nam istud quidem scire refert.

Luc. Osor superbiae sum, et praestigiarum, et men-

δὴς, καὶ μισότυφος, καὶ μισῶ πᾶν τὸ τοιουτῶδες εἶδος τῶν μιαρῶν ἀνθρώπων· πάνυ δὲ πολλοί εἰσιν, ὡς οἶσθα. p. 590.

ΦΙΛ. Ἡράκλεις, πολυμισῆ τινα μέτει τὴν τέχνην.

ΛΟΥΚ. Εὖ λέγεις· ὁρᾷς γοῦν ὁπόσοις [l]) ἀπεχθάνομαι, καὶ ὡς κινδυνεύω δι' αὐτήν; οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν ἐναντίαν αὐτῇ πάνυ ἀκριβῶς οἶδα. λέγω δὴ [m]) τὴν ἀπὸ τοῦ φιλῶ τὴν ἀρχὴν ἔχουσαν. φιλαλήθης γὰρ, καὶ φιλόκαλος, καὶ φιλαπλοϊκὸς, καὶ ὅσα τῷ φιλεῖσθαι συγγενῆ. πλὴν ἀλλ' ὀλίγοι πάνυ ταύτης ἄξιοι τῆς τέχνης. οἱ δὲ ὑπὸ τῇ ἐναντίᾳ [n]) ταττόμενοι, καὶ τῷ μίσει οἰκειότεροι, πεντακισμύριοι. κινδυνεύω τοιγαροῦν τὴν μὲν, ὑπ' ἀργίας [o]) ἀπομαθεῖν ἤδη· τὴν δὲ, πάνυ ἠκριβωκέναι.

ΦΙΛ. Καὶ μὴν οὐκ ἐχρῆν. τοῦ γὰρ αὐτοῦ καὶ τάδε, φασὶ, καὶ τάδε· ὥστε μὴ διαίρει τὼ τέχνα [p])· μία γὰρ ἐστὸν, δύ' εἶναι δοκοῦσα. p. 591.

ΛΟΥΚ. Ἄμεινον σὺ οἶσθα ταῦτα, ὦ Φιλοσοφία. τὸ μέν-

l) ὀπόσοις] ἐφ' ὅσοις 2954. minus bene, judice *Belino*. m) δὴ] δὲ 2954. Mox *φίλου* conj. *T. F. Bened.* admodum infeliciter. Vid. Adnot. n) τῇ ἐναντίᾳ] τῆς ἐναντίας 3011. male, *Belino* recte judicante. o) ἀργίας] ἀργίρας A. 2. p) τὼ τέχνα] „Sic Edd. Par. S. H. B. 2. Fr. et P. Sed J. et Fl. *τὰ τέχνα*.“ Sic etiam Cod. 2954. Sed Edd. B. 1. et Ald. utraque *τὼ τέχνα*.

daciorum, et tumoris inanis: odi igitur omne hoc genus impurorum hominum. Admodum vero multi sunt, quod nosti.

Phil. Odii, Hercule, multi artem facis.

Luc. Bene dicis. vides enim, apud quam multos in odio sim, et in quae pericula propter eam venerim. Verum tamen etiam oppositam illi artem accurate novi: illam puto, quae amore constat. Sum enim veri amicus, et honesti ac pulchri, tum simplicitatis, et quaecunque natura amabilia sunt. Verum pauci admodum digni, in quibus hac arte utar. Contra alteri illi, oppositae, arti subjecti, et odio aptiores, quinquagies mille: quare periculum est, ne alteram quidem, cujus exercendae ita rara offeratur occasio, dediscam; alteram autem nimis etiam calleam.

Phil. At non oportebat: ejusdem enim et hoc est, ajunt, et illud. Noli itaque artes dirimere, quae duae cum videantur esse, una sunt.

Luc. Melius tu ea nosti, Philosophia. Mea igitur

p. 591. τοι ἐμὸν, τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον τοὺς μὲν πονηροὺς μισεῖν, ἐπαινεῖν δὲ τοὺς χρηστοὺς, καὶ φιλεῖν.

21 ΦΙΛ. Ἄγε δὴ, πάρεσμεν γὰρ ἔνθα ἐχρῆν· ἐνταῦθά που ἐν τῷ προνάῳ τῆς Πολιάδος δικάσωμεν [q]). ἡ Ἱέρεια, διάθες ἡμῖν τὰ βάθρα, ἡμεῖς δὲ, ἐν τοσούτῳ προσκυνήσωμεν τὴν θεόν.

ΛΟΥΚ. Ὦ Πολιὰς [r]), ἐλθέ μοι κατὰ τῶν ἀλαζόνων σύμμαχος [s]), ἀναμνησθεῖσα ὁπόσα ἐπιορκούντων ὁσημέραι ἀκούεις αὐτῶν· καὶ ἃ πράττουσι δὲ, μόνη [t]) ὁρᾷς, ἅτε δὴ ἐπίσκοπος οὖσα [*]). νῦν καιρὸς ἀμύνασθαι αὐτούς. ἐμὲ δὲ ἤν που κρατούμενον ἴδῃς, καὶ [u]) πλείους ὦσιν αἱ μέλαιναι, σὺ προσθεῖσα τὴν σεαυτῆς, σῶζε [x]).

22 ΦΙΛ. Εἶεν. ἡμεῖς μὲν ὑμῖν καὶ δὴ [y]) καθήμεθα ἕτοιμοι ἀκούειν τῶν λόγων· ὑμεῖς δὲ, προελόμενοί τινα ἐξ ἁπάντων, ὅστις ἄριστα κατηγορῆσαι ἂν δοκῇ [z]), ξυνείρετε τὴν κατηγο-

q) δικάσωμεν] Sic e 3011. et Gorl. pro vulg. δικάζωμεν. A. 2. δικάζομεν. r) Πολιὰς] Πολλιὰς A. 2. s) σύμμαχος] ξύμμαχος 3011. *Bel. Schm.* t) δὲ, μόνη] δαιμονίη conj. *Jacobs.* in Animadvv. ad *Eurip.* Tragg. p. 45. Vid. Adnot. *) ἐπίσκοπος οὖσα] „Al. ἐπὶ σκοπῆς οἰκοῦσα. Vid. Nott. Sed Edd. constanter vulgatam servant." Praetulerunt ἐπὶ σκοπῆς οἰκοῦσα *Belin. T. F. Bened.* et *Schm.* e 2954. u) καὶ] „κἂν L. nil vero a vulgata abit Fl." x) σῶζε] σῶζέ με 2954. et 3011. y) καὶ δὴ] ἤδη *Marcil.* conj. Vid. Adnot. z) κατηγορῆσαι ἂν δοκῇ] „κατηγορήσειν δοκεῖ Ms. Gr. et L." κατηγορήσειν δοκῇ 3011.

haec ratio est, odisse malos, bonos autem amare atque laudare.

Phil. Jam age, adsumus enim nunc, ubi oportebat: hic alicubi in templo urbicae Palladis judicemus. Disponi nobis, Antistes, jube subsellia: nos interea Deam adorabimus.

Luc. Custos urbis, praesidio mihi veni contra insolentes homines, recordata, quot illorum perjuria quotidie audias. Quae faciunt, sola vides, quae inspectionem habeas: nunc tempus est illos ulcisci. Me vero si qua succumbere videas, et plures sint nigri calculi, tuo tu adjecto me serva.

Phil. Age, jam sedemus vobis, paratae vestras audire rationes. Vos autem electo uno ex omnibus, qui optime accusaturus videatur, actionem componite, et reum convincite; neque

ῥίαν, καὶ διελέγχετε. οὐ γὰρ οἷόν τε πάντας [a]) ἅμα λέγειν. p. 592.
σὺ δὲ, ὦ Παῤῥησιάδη, ἀπολογήσῃ τὸ [b]) μετὰ τοῦτο.

ΑΝΑΒ. [c]) Τίς οὖν ὁ ἐπιτηδειότατος ἐξ ἡμῶν ἂν γένοιτο πρὸς τὴν δίκην;

ΧΡΥΣ. [d]) Σοῦ, ὦ Πλάτων, ἥ τε μεγαλόνοια θαυμαστὴ, καὶ καλλιφωνία [e]) δεινῶς Ἀττικὴ, καὶ τὸ κεχαρισμένον, καὶ πειθοῦς μεστόν· ἥ τε σύνεσις [f]), καὶ τὸ ἀκριβὲς, καὶ τὸ ἐπαγωγὸν ἐν καιρῷ τῶν ἀποδείξεων· πάντα ταῦτά σοι ἀθρόα πρόςεστιν. ὥςτε τὴν προηγορίαν [g]) δέχου, καὶ ὑπὲρ ἁπάντων εἰπὲ τὰ εἰκότα. νῦν ἀναμνήσθητι πάντων ἐκείνων, καὶ συμφόρει εἰς [h]) τὸ αὐτὸ, εἴ τί σοι πρὸς Γοργίαν, ἢ Πῶλον, ἢ Πρόδικον, ἢ Ἱππίαν εἴρηται· δεινότερος οὗτός ἐστιν. ἐπίκαττε

a) οὐ γὰρ οἷόν τε πάντας] „οὐ πάντας γὰρ οἷόν τε inverso ordine P. Sed vulgatam habet etiam Fl.“ πάντας γὰρ ἅμα λέγειν ἀμήχανον 3011. probante *Belino* ob Atticam quidem vocem ἀμήχανον. b) ἀπολογήσῃ τὸ] „ἀπολογήσητο uno verbo J, alii τι pro τό.“ ἀπολογήσῃτο itidem A. 2. jota sub altero η subscripto. c) *ΑΝΑΒ.*] „*ΠΛΑΤ.* P. L. Sed cum vulgata stat Fl. Variant etiam in persona proxime sequ. Vid. not. *Solan.*“ d) *ΧΡΥΣ.*] „Aberat haec persona a Par. J. H. etc. sed habet L. σὺ vero pro σοῦ habet P.“ σὺ etiam habet 2954. et deinde ἦτε γὰρ, probante *Belino*, quem secutus est *Schmied*, ἦτε γὰρ etiam in Gorl. est et 3011. an vero etiam σύ; — e) καλλιφωνία] ἡ καλλ. 3011. *Belin. Schm.* f) σύνεσις] ξύνεσις 3011. *Belin. Schm.* g) προηγορίαν] „Sic J. sed προςηγορίαν Par. Fr. et Fl. προηγορίαν vero etiam E. *Coll.* et *Thom. Mag.*“ hoc etiam habent 3011. 2954. Gorl. *Bel. Schm.* exhibent denique etiam A. 1. 2. et B. 1. Tamen retinuit *Reitz.* προςηγορίαν. h) συμφόρει εἰς] ξυμφόρει ἐς 3011. *Belin. Schm.*

enim ſieri poteſt, ut ſimul omnes dicatis: tu vero poſt haec cauſſam dices, Parrheſiade.

Rev. Quis igitur noſtrûm huic judicio aptiſſimus fuerit?

Chrys. Tua, Plato, cogitandi admirabilis ſublimitas, et mere Attica vocis ſuavitas, et gratia illa, quae tantum in perſuadendo valet; tum prudentia, et exquiſitum illud artificium, et illae, ubi demonſtrandum erat, verborum illecebrae: omnia haec copioſe tibi adſunt. Itaque orandi ſuſcipe provinciam, et pro omnibus ea, quibus opus eſt, profer. Nunc recordare omnium illorum, et in eundem locum confer, ſi quid tibi ad Gorgiam, aut Polum, aut Prodicum, aut Hippiam dictum eſt: hic enim illis

p. 592. οὖν καὶ τῆς εἰρωνείας [i]), καὶ τὰ κομψὰ ἐκεῖνα καὶ συνεχῆ [k]) ἐρώτα· κἂν σοι δοκῇ, κἀκεῖνό που παράβυσον, ὡς ὁ μέγας [l]) Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων, ἀγανακτήσειεν ἂν, εἰ μὴ οὗτος ὑπόσχῃ *) τὴν δίκην.

23 *ΠΛΑΤ.* [m]) Μηδαμῶς. ἀλλά τινα τῶν σφοδροτέρων προχειρισώμεθα, Διογένην [n]) τοῦτον, ἢ Ἀντισθένην, ἢ Κράτη-
p. 593. τα, ἢ καὶ σὲ, ὦ Χρύσιππε. οὐ γὰρ δὴ κάλλους ἐν τῷ παρόντι, καὶ δεινότητος συγγραφικῆς ὁ καιρὸς, ἀλλά τινος ἐλεγκτικῆς, καὶ δικανικῆς παρασκευῆς· ῥήτωρ δὲ ὁ Παῤῥησιάδης ἐστίν.

ΔΙΟΓ. Ἀλλ' ἐγὼ αὐτοῦ κατηγορήσω. καὶ γὰρ οὐδὲ πάνυ μακρῶν οἶμαι τῶν λόγων [o]) δεήσεσθαι· καὶ ἄλλως δὲ, ὑπὲρ ἅπαντας ὕβρισμαι, δυ' ὀβολῶν πρώην ἀποκεκηρυγμένος.

ΠΛΑΤ. [p]) Ὁ Διογένης, ὦ Φιλοσοφία, ἐρεῖ τὸν λόγον

i) τῆς εἰρωνείας] „Sic J. et H.“ Reliquae, in his *Reitz.* et posteriores τὰς εἰρωνείας. Sed τῆς habent etiam Ald. 1. et 2. Vid. Adnot. k) συνεχῆ] „Ita ex S. et J. dedimus. Edd. H. Par. male συνεχεῖ.“ Sic etiam B. 1. sed συνεχῆ edunt A. 1. et 2. l) ὁ μέγας] ἐν οὐρανῷ addunt e *Platone* 2954. *Bel. Schm.* Vid. Adnot. *) ὑπόσχῃ] Conjecerim scripsisse auctorem ὑποσχοίη. m) *ΠΛΑΤ.*] „*ANAB.* P. Sed nihil mutat L. et Fl.“ n) Διογένην] „Sic Edd. J. Par. H. etc. Διογένη Fl.“ Mox τοῦτον ἂν 2954. unde τουτονὶ vult *Belin.* o) τῶν λόγων] αὐτοῦ addit 2954. e priori versu haud dubie iterum descriptum, nisi ſorte librarius voluit κατ' αὐτοῦ. Pro δεήσεσθαι in O. δεῖσθαι. p) *ΠΛΑΤ.*] „*ANAB.* P. Exc.“

magis formidandus est. Itaque adsperge etiam aliquid de ironia, et lepidas illas perpetuasque interrogationes profer: et, si videbitur, illud etiam alicubi inferci, ut magnus ipse ille Jupiter volucrem currum agens, indignaturus sit, nisi supplicio iste afficiatur.

Plat. Nequaquam. Sed vehementiorum aliquem deligamus, Diogenem hunc, vel Antisthenem, vel Cratetem, vel te adeo, Chrysippe. Neque enim sane pulchritudinem, aut in scribendo vim quandam praesens tempus desiderat; sed apparatum convincendi et judicialem. Orator autem est Parrhesiades.

Diog. Ego vero accusabo illum: nec enim puto longa oratione opus futurum. Et alioquin ego supra omnes contumeliose tractatus sum, quem duobus ille obolis nuper sub praecone vendiderit.

Plat. Diogenes, o Philosophia, aget pro omnibus.

τὸν [q]) ὑπὲρ ἁπάντων. μέμνησο δὲ, ὦ γενναῖε, μὴ τὰ σεαυτοῦ μόνον πρεσβεύειν ἐν τῇ κατηγορίᾳ, τὰ κοινὰ δὲ ὁρᾷν. εἰ γάρ p. 593. τι καὶ πρὸς ἀλλήλους διαφερόμεθα ἐν τοῖς λόγοις [r]), σὺ δὲ τοῦτο μὲν μὴ ἐξέταζε, μηδ' ὅςτις ἐστὶν ὁ ἀληθέστερος, νῦν λέγε [s])· ὅλως δὲ, ὑπὲρ [t]) φιλοσοφίας αὐτῆς ἀγανάκτει περιυβρισμένης. καὶ κακῶς ἀκουούσης ἐν τοῖς Παῤῥησιάδου λόγοις. καὶ τὰς προαιρέσεις ἀφεὶς, ἐν αἷς διαλλάττομεν, ὃ κοινὸν ἅπαντες ἔχομεν, τοῦτο [u]) ὑπερμάχει. ὅρα, σὲ μόνον [x]) προεστησάμεθα, καὶ ἐν σοὶ τὰ πάντα ἡμῶν νῦν κινδυνεύεται, ἢ σεμνότατα δόξαι, ἢ τοιαῦτα πιστευθῆναι, οἷα οὗτος [y]) ἀπέφηνε.

ΔΙΟΓ. Θαῤῥεῖτε [z]), οὐδὲν ἐλλείψομεν [a]), ὑπὲρ ἁπάν- p. 594. 24

q) τὸν] „abest ab O. P.“ τὸν λόγον ἐρεῖ 2954. cujus quidem structurae majorem, quam vult *Belinus*, elegantiam equidem non capio. Secutus tamen *Schmiederus*. r) λόγοις] δόγμασι 2954. *Belin. Schmied.* At glossema hoc est, neque convenit a genere cum sequenti ὅςτις. Plus semel per hunc libellum φιλοσόφων οἱ λόγοι, i. e. *propria cujusque placita et decreta.* Inferius c. 52. librariorum oscitantia intulit ψόγους pro λόγους. Et c. 55. idem glossema δογμάτων pro λόγων in quodam codice legitur. s) νῦν λέγε] „Desunt haec duo verba in O.“ Modo μηδὲ 2954. et ἐστὶ B. 1. t) ὑπὲρ] περὶ 2954. u) τοῦτο] „(*Bud.* αὐτοῦ) J. τουτῷ. nil mutant Edd. et ita notaverat *Solan.* Sed si hic per J. ut solet *Juntinam* designat, erravit; illa enim τοῦτο habet.“ Sic et A. 2. x) ὅρα, σὲ μόνον] „ὁρᾷς δὲ μόνον σὲ O.“ Ita etiam 3011. Gorl. *Bel. Schm.* Mihi quidem, cur haec vulgatis praeferenda sint, non liquet. y) οὗτος] „οὕτως J. οὗτος *Brod.* Et sic habent H. B. 2. Fr. Fl.“ nec non A. 1. et B. 1. Sed A. 2. οὕτως. z) Θαῤῥεῖτε] „θαῤῥεῖται O. male.“ a) ἐλλεί-

Memento autem, vir generose, ne tuum modo in accusatione negotium agas, sed communem caussam spectes. Si quid enim inter nos non convenit de nostris disputationibus, tu in praesentia quidem noli quaerere, aut utra sit verior ratio definire; sed in universum modo pro philosophia ipsa indignationem ostende, contumeliis obruta, et male audiente in Parrhesiadae sermonibus; relictisque sectis, quibus dissidemus, quod commune habemus omnes, pro eo propugna. Vide, solum te praefecimus, in te nostra jam omnia periclitantur, ut aut honestissima videantur, aut talia credantur esse, qualia hic proposuit.

Diog. Bono estote animo, nulla in re deficiemus; di-

p. 594. των ἐρῶ. κἂν ἡ Φιλοσοφία δὲ πρὸς τοὺς λόγους ἐπικλασθεῖσα (φύσει γὰρ ἥμερος, καὶ πρᾶός ἐστιν) ἀφεῖναι διαβουλεύηται αὐτὸν, ἀλλ' οὐ τὰ ἐμὰ ἐνδεήσει. δείξω γὰρ αὐτῷ ὅτι μὴ μάτην ξυλοφοροῦμεν.

ΦΙΛ. Τοῦτο [b]) μὲν μηδαμῶς. ἀλλὰ τῷ λόγῳ μᾶλλον, (ἄριστον γὰρ,) ἤπερ [c]) τῷ ξύλῳ. μὴ μέλλε δ' οὖν [d]). ἤδη γὰρ ἐγκέχυται [e]) τὸ ὕδωρ, καὶ πρὸς σὲ τὸ δικαστήριον ἀποβλέπει.

ΛΟΥΚ. Οἱ λοιποὶ καθιζέσθωσαν, ὦ Φιλοσοφία, καὶ ψηφοφορείτωσαν [f]) μεθ' ὑμῶν· Διογένης δὲ κατηγορείτω [g]) μόνος.

ΦΙΛ. Οὐ δέδιας οὖν μή σου καταψηφίσωνται;

ΛΟΥΚ. Οὐδαμῶς. πλείοσι γοῦν κρατῆσαι βούλομαι.

ΦΙΛ. Γενναῖά σου ταῦτα· καθίσατε δ' οὖν. σὺ δ', ὦ Διόγενες, λέγε.

25 ΔΙΟΓ. Οἷοι μὲν ἡμεῖς ἄνδρες ἐγενόμεθα παρὰ [h]) τὸν βίον, ὦ Φιλοσοφία, πάνυ ἀκριβῶς οἶσθα, καὶ οὐδὲν δεῖ λό-

ψομεν] „ἐλλείψομαι O.“ b) Τοῦτο] τούτῳ conj. *Jens.* Vid. Adnot. c) ἤπερ] „ἢ O.“ Verba ἄριστον γὰρ absunt ab Gorl. d) δ' οὖν] „γοῦν O. Sed nihil mutant Edd.“ e) ἐγκέχυται] „Sic recte *Forst.* ἐκκέχυται J. Par. B. 2. H. Fr. Fl.“ Sic etiam B. 1. A. 1. 2. f) ψηφοφορείτωσαν] „ψηφοφορήτωσαν O. Reliqui stant pro vulgata.“ g) κατηγορείτω] „κατηγορεῖται O.“ h) παρὰ] „παρὰ P. L, O.

cam pro omnibus. Et, si forte Philosophia sermonibus istius fracta, ut est ingenio mansueto et miti, dimittere illum cogitet; at ego certe caussae non deero: ostendam enim homini nos non frustra clavam gerere.

Phil. Istuc quidem minime; sed oratione potius, quod optimum, quam clava, *res gerenda est:* sed noli cunctari diutius. Jam enim infusa est *in clepsydram* aqua, et in te consilium intuetur.

Luc. Adsideant vobiscum reliqui, o Philosophia, et ferant suffragia. Diogenes vero accuset solus.

Phil. Non metuis igitur, ne contra te ferant suffragia?

Luc. Minime. pluribus enim volo vincere.

Phil. Generose tu quidem. Adsidete igitur: tu vero dic, Diogenes.

Diog. Qui viri nos in vita fuerimus, o Philosophia, accurate nosti, nec oratione opus est. De me enim

γων. ἵνα γὰρ τὸ κατ' ἐμὲ σιωπήσω, ἀλλὰ Πυθαγόραν τοῦτον, p. 594. καὶ Πλάτωνα, καὶ Ἀριστοτέλην, καὶ Χρύσιππον, καὶ τοὺς p. 595. ἄλλους, τίς οὐκ οἶδεν ὅσα ἐς τὸν βίον καλὰ ἐςεκομίσαντο; ἃ δὲ τοιούτους ὄντας ἡμᾶς, ὁ τριςκατάρατος οὑτοσὶ [i]) Παῤῥησιάδης ὕβρικεν, ἤδη ἐρῶ. ῥήτωρ γάρ τις [k]), ὥς φασιν, ὢν, ἀπολιπὼν τὰ δικαστήρια, καὶ τὰς ἐν ἐκείνοις εὐδοκιμήσεις, ὁπόσον ἢ δεινότητος, ἢ ἀκμῆς ἐπεπόριστο ἐν τοῖς λόγοις, τοῦτο πᾶν ἐφ' ἡμᾶς συσκευασάμενος, οὐ παύεται μὲν ἀγορεύων κακῶς· γόητας, καὶ ἀπατεῶνας ἀποκαλῶν, τὰ πλήθη δὲ ἀναπείθων καταγελᾷν ἡμῶν καὶ καταφρονεῖν, ὡς τὸ μηδὲν ὄντων. μᾶλλον δὲ καὶ μισεῖσθαι πρὸς [l]) τῶν πολλῶν ἤδη πεποίηκεν αὐτούς τε ἡμᾶς, καὶ σὲ τὴν Φιλοσοφίαν [m]), φληνάφους, καὶ λήρους ἀποκαλῶν τὰ σὰ, καὶ τὰ σπουδαιότατα, ὧν [n]) ἡμᾶς ἐπαίδευσας, ἐπὶ χλευασμῷ *) διεξιὼν, ὥςτε αὐτὸν [o]) μὲν κροτεῖσθαι, καὶ ἐπαινεῖσθαι πρὸς τῶν θεατῶν,

Sed cum vulgata facit Fl.“ At παρὰ etiam in 2954. et 3011. et Edd. A. 1. 2. Unde recte etiam in *Schm.* i) οὑτοσὶ] „οὗτος O.“ k) τις] εἴτις 2954. sed εἴ postea inductum. Deinceps ὥς φησιν Gorl. l) πρὸς] „Sic P. L. Em. S. Fl. Sed male πρὸ Par. J. H. Fr. B. 2.“ Sic et A. 1. 2. B. 1. m) τὴν Φιλοσοφίαν] otiosa videntur *Seyboldo*: minime vero sunt: id enim potissimum agit *Noster*, ut ipse Accusator vel imprudens in Rei usum accurate Philosophiam a Philosophis distinguat, atque adeo secernat. n) ὧν] ἅπερ 2954. „tournure Attique, qu'il faut restituer à Lucien.“ *Belin.* Recte morem non gessit *Schm.* *) χλευασμῷ] χλεύῃ 2954. o) αὐτὸν] „Sic O. Fl. Sed cum vulgata faciunt J. Par. H.

ut taceam, ecquis vero hunc Pythagoram, et Platonem, et Aristotelem, et reliquos ignorat, quanta in vitam bona intulerint? quibus vero nos, tales cum simus, exsecrabilis ter et amplius iste Parrhesiades contumeliis adfecerit, jam dicam. Cum enim orator, ajunt, esset, relictis judiciis, et secunda in illis fama, quantum vel vehementiae vel maturitatis in dicendo ipsi suppeteret, omni, inquam, illo instrumento, ac dicendi copiis contra nos collectis, male loqui de nobis non desinit, cum praestigiatores atque impostores appellet, ac persuadeat multitudini, ut irrideat nos, et, tanquam nihili simus, contemnat. Quin et in odium jam et nos ipsos, et te Philosophiam, adduxit, nugas ac deliria cum appellet res tuas, et, quae maxime seria nos docuisti, per risum et ludibrium enarret, ut ipse qui-

p. 595. ἡμᾶς δὲ ὑβρίζεσθαι. φύσει γὰρ [p]) τοιοῦτόν ἐστιν ὁ πολὺς λεὼς,
χαίρουσι τοῖς [q]) ἀποσκώπτουσι, καὶ λοιδορουμένοις, καὶ μά-
λισθ᾽ ὅταν τὰ σεμνότατα εἶναι δοκοῦντα διασύρηται· ὥσπερ
ἀμέλει καὶ πάλαι ἔχαιρον Ἀριστοφάνει, καὶ Εὐπόλιδι, Σωκρά-
p. 595. την [r]) τουτονὶ ἐπὶ χλευασίᾳ [s]) παράγουσιν ἐπὶ τὴν σκηνὴν,
καὶ κωμῳδοῦσιν ἀλλοκότους τινὰς περὶ αὐτοῦ κωμῳδίας. καί-
τοι ἐκεῖνοι μὲν καθ᾽ ἑνὸς ἀνδρὸς ἐτόλμων τὰ [t]) τοιαῦτα, καὶ ἐν
Διονυσίοις [u]), ἐφειμένον αὐτὸ δρᾷν. καὶ τὸ σκῶμμα, μέρος
τι [x]) ἐδόκει τῆς ἑορτῆς· καὶ ὁ θεὸς ἴσως χαίρει, φιλόγελώς
26 τις ὤν. Ὁ δὲ, τοὺς ἀρίστους ξυγκαλῶν, ἐκ πολλοῦ φροντί-
σας, καὶ παρασκευασάμενος [y]), καὶ βλασφημίας τινὰς ἐς πα-
χὺ [z]) βιβλίον ἐγγράψας, μεγάλῃ τῇ φωνῇ διαγορεύει κακῶς
Πλάτωνα, Πυθαγόραν, Ἀριστοτέλην τοῦτον [a]), Χρύσιππον
ἐκεῖνον, ἐμὲ, καὶ ὅλως ἅπαντας, οὔτε ἑορτῆς ἐφιείσης [b]), οὔ-
τε ἰδίᾳ τι πρὸς ἡμῶν παθών. εἶχε γὰρ ἄν τινα συγγνώμην αὐ-

B. 2." Vulg. ἑαυτὸν retinuit *Reitz.* Sed αὐτὸν habent etiam 2954. 3011. et hinc *Schm.* Ed probatum etiam *T. F. Bened.* p) γὰρ] „καὶ O." q) τοῖς] „deest in O." r) Σωκράτην] Σωκράτη 2954 s) ἐπὶ χλευασίᾳ] ἐπιχλεύῃ una voce 2954. t) τὰ] „deest in O." et in Gorl. u) Διονυσίοις] „Διονυσίου Fl. Sed nihil mutant H. et Par." x) τι] „Deest vocula τι in O." y) παρασκευασάμενος] συμπαρασκ. 2954. non male. z) παχὺ] „ταχὺ P. Sed nihil mutat Fl." Mox συγγράψας Ed. *Seyb.* nescio unde. a) τοῦτον] „abest in O." et in Gorl. b) ἐφιείσης] „ἐπιούσης O." Sic et in 2954.

dem plausus ferat ac laudes a spectatoribus, nobis vero insultetur. Tale enim ingenium est vulgi, gaudent irrisoribus et maledicis, praesertim cum ea traducuntur, quae videntur augustissima: ut nimirum et olim quoque Aristophane gaudebant, et Eupolide, Socratem hunc nostrum risus caussa in scenam producentibus, et absurdas quasdam de illo agentibus fabulas. quamquam illi quidem unum contra virum audebant talia, idque Dionysiis, ubi permissum erat hoc facere, cum pars quaedam ea solemnitatis videretur. Ac Deus ille forte gaudet ludis talibus, qui risus amans sit. At iste, convocatis optimatibus, diu multumque commentatus et paratus, conscripto in maledictis quibusdam libro crasso, magna voce male differt Platonem, Pythagoram, Aristotelem hunc, Chrysippum illum, me, et in universum omnes, nec solemnitate permittente, neque ulla privatim a nobis laesus injuria. Haberet enim sa-

τῷ τὸ πρᾶγμα, εἰ ἀμυνόμενος, ἀλλὰ μὴ ἄρχων αὐτὸς [c]) ἔδρασε. καὶ τὸ [d]) πάντων δεινότατον, ὅτι ταῦτα ποιῶν, καὶ ὑπὸ τὸ σὸν ὄνομα, ὦ Φιλοσοφία, ὑποδύεται· καὶ ὑπελθὼν τὸν διάλογον ἡμέτερον οἰκεῖον [e]) ὄντα, τούτῳ ξυναγωνιστῇ καὶ ὑποκριτῇ χρῆται καθ᾽ ἡμῶν· ἔτι καὶ Μένιππον ἀναπείσας ἑταῖρον ἡμῶν ἄνδρα ξυγκωμῳδεῖν αὐτῷ τὰ πολλά· ὃς μόνος οὐ πάρεστιν, οὐδὲ κατηγορεῖ μεθ᾽ ἡμῶν, προδοὺς τὸ κοινόν. Ἀνθ᾽ ὧν ἁπάντων ἄξιόν ἐστιν αὐτὸν ὑποσχεῖν τὴν δίκην. ἢ τί p. 597.
27
γὰρ ἂν εἰπεῖν ἔχοι [f]), τὰ σεμνότατα διασύρας [g]) ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων; χρήσιμον γοῦν καὶ πρὸς ἐκείνους τὸ τοιοῦτον, εἰ θεάσαιντο αὐτὸν κολασθέντα, ὡς μηδὲ ἄλλος τις ἔτι καταφρονοίη φιλοσοφίας. ἐπεὶ τό γε τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ ὑβριζόμενον ἀνέχεσθαι, οὐ μετριότητος, ἀλλ᾽ ἀνανδρίας, καὶ εὐηθείας [h]) εἰκότως ἂν νομίζοιτο. τὰ μὲν [i]) γὰρ τελευταῖα, τίνι φορητά; ὃς καθάπερ ἀνδράποδα [k]) παραγαγὼν ἡμᾶς ἐπὶ τὸ πωλητή-

(margin at first line: p. 596.)

c) αὐτὸς] „αὐτὸ O." d) καὶ τὸ] ὃ δὲ 2954. e) οἰκεῖον] „οἰκεῖον O. forsan οἴκοθεν *Solan.*" οἰκεῖον pro vulg. οἰκέτην habent etiam 3011. et Gorl. et edidit hinc *Schm.* Vid. Adnot. f) ἔχοι] „Sic habet O. ἔχῃ J. et reliquae." g) διασύρας] Sic e Gorl. et O. rescripsimus pro vulg. διασύρων. h) οὐ μετριότητος, ἀλλ᾽ ἀνανδρίας, καὶ εὐηθείας] οὐ μετριότης, ἀλλ᾽ ἀνανδρία, καὶ εὐήθεια 2954. quod recte improbat *Belin.* i) τὰ μὲν] „Abest μὲν in O." τὰ δὲ omisso γὰρ Gorl. k) ἀνδράποδα] τὰ praefigunt 2954. 3011. *Belino* probante.

ne ea res veniam, si defendens injurias, non ultro laedens hoc faceret. Omnium vero indignum maxime illud est, quod haec cum agat, tuum tamen, Philosophia, nomen subit; et conciliato sibi dialogo, familiari nostro, certaminis adjutore actoreque contra nos utitur; qui insuper Menippo persuaserit, nostro sodali, ut comoedias frequenter secum agat, qui solus non adest, neque accusat nobiscum, communis caussae proditor. Pro quibus rebus omnibus poenas illum subire aequum est. Nisi forte habet, quod contradicat, homo res gravissimas tot sub testibus traducens: utile igitur etiam hisce tale supplicium, si puniri istum videant, ne quis alius in posterum philosophiam contemnat: quandoquidem si nunc quiescamus, et feramus injurias, ea non jam moderatio, sed ignavia et inscitia videatur merito. Ultima enim illa cui tolera-

p. 597 ριον, καὶ κήρυκα ἐπιστήσας, ἀπημπόλησεν [l]), ὥς φασι, τοὺς μὲν, ἐπὶ πολλῷ [m]), ἐνίους δὲ, μνᾶς Ἀττικῆς· ἐμὲ δ', ὁ παμπονηρότατος [n]) οὗτος, δύ' ὀβολῶν· οἱ παρόντες δ' ἐγέλων. ἀνθ' ὧν γε αὐτοί τε ἀνεληλύθαμεν ἀγανακτήσαντες, καὶ σὲ ἀξιοῦμεν τιμωρήσειν [o]) ἡμῖν, τὰ αἴσχιστα ὑβρισμένοις.

28 *ΑΝΑΒ.* [p]) Εὖγε, ὦ Διόγενες, ὑπὲρ ἁπάντων καλῶς, ὁπόσα ἐχρῆν, ἅπαντα εἴρηκας.

ΦΙΛ. [q]) Παύσασθε ἐπαινοῦντες· ἔγχει τῷ ἀπολογουμένῳ. σὺ δὲ, ὦ Παῤῥησιάδη, λέγε ἤδη ἐν τῷ μέρει· σοὶ [r]) γὰρ τὸ ὕδωρ ῥεῖ νῦν [s]). μὴ μέλλε οὖν.

p. 598. 29 *ΠΑΡΡ.* Οὐ πάντα μου [t]), ὦ Φιλοσοφία, κατηγόρησε Διογένης, ἀλλὰ τὰ πλείω, καὶ ὅσα [u]) ἦν χαλεπώτερα, οὐκ οἶδ' ὅ, τι παθὼν παρέλιπεν. ἐγὼ δὲ τοσούτου δέω ἔξαρνος γε-

l) ἀπημπόλησεν] „Vid. notas." m) ἐπὶ πολλῷ] Sic rescripsi ex Ox. Vulg. ἐπὶ πολλῶν. Vid. Adnot. n) παμπονηρότατος] Haec, teste *Reitzio*, lectio est Ox. et Gorl. quoque, referente *Schmiedero*; quae magis placuit, quam, quae et ipsae per se bene habent, vulgata πονηρότατος, et quam e 2954. et 3011. *Belinus* et *Schmiederus* praetulerunt, παμπόνηρος, vel, ut *Schm.* scribere libuit, παμπονηρός. o) τιμωρήσειν] „τιμορ. Fl." τιμωρῆσαι conj. *Jens.* et *Reitz.* At vid. Adnot. Pro αἴσχιστα 2954. habet ἔσχατα, cui favet *Bel.* p) *ΑΝΑΒ.*] „Φιλο. J. male, cum reliquis; sed prius recte habent L. *Vorst. Em.* et Par." q) *ΦΙΛ.*] „Deest in B. 2. male. *ΦΙΛ.* Fl. J. Par." r) σοὶ] „ἴσθι O." s) ῥεῖ νῦν] „νῦν ῥεῖ O." t) μου] „μοι O." u) καὶ ὅσα] Ita J. In reliquis, etiam *Reitz.*, deest καί. Sed reperitur in 2954. et 3011. et hinc recepit *Schm.* Probabile est, etiam in O. inveniri.

bilia? cum mancipiorum instar in forum nos productos, praecone constituto, alios, ut narrant, magno, quosdam vero mina Attica, me quidem pessimus duobus obolis, cum risu praesentium, vendidit. Quibus de caussis et ipsi indignabundi in vitam rediimus, et te rogamus, ut vicem nostram ulciscaris, qui turpissimis contumeliis sumus adfecti.

Rev. Euge, Diogenes, praeclare, quae opus erant, omnia pro omnibus dixisti.

Phil. Desinite laudare: infunde jam caussam dicturo. Tu vero, Parrhesiade, nunc vicissim dicito: tua nunc aqua fluit; noli ergo cunctari.

Parrh. Non omnia contra me dixit, o Philosophia, Diogenes: sed pleraque, et difficiliora quidem, nescio qua re motus praetermisit. Ego vero tantum ab-

νέσθαι, ὡς οὐκ εἶπον αὐτὰ, ἢ ἀπολογίαν τινὰ μεμελετηκὼς p. 598. ἀφῖχθαι, ὥςτε καὶ εἴ τινα ἢ αὐτὸς οὗτος x) ἀπεσιώπησεν, ἢ ἐγὼ, μὴ πρότερον ἔφθην y) εἰρηκὼς, νῦν προςθήσειν μοι δοκῶ· οὕτω γὰρ ἂν μάθοις οὕςτινας ἀπεκήρυττον, καὶ κακῶς ἠγόρευον, ἀλαζόνας καὶ γόητας ἀποκαλῶν. καί μοι μόνον τοῦτο παραφυλάττετε, εἰ ἀληθῆ περὶ πάντων z) ἐρῶ. εἰ δέ τι βλάςφημον, ἢ τραχὺ φαίνοιτο ἔχων ὁ λόγος, οὐ τὸν διελέγχοντα ἐμὲ, ἀλλ' a) ἐκείνους ἂν οἶμαι δικαιότερον αἰτιᾶσθαι, τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας. ἐγὼ γὰρ ἐπειδὴ τάχιστα b) ξυνεῖδον ὁπόσα τοῖς ῥητορεύουσι τὰ δυςχερῆ ἀναγκαῖον προςεῖναι, ἀπάτην, καὶ ψεῦδος, καὶ θρασύτητα, καὶ βοὴν, καὶ ὠθισμοὺς, καὶ μυρία ἄλλα· ταῦτα μὲν, ὥςπερ εἰκὸς ἦν, ἀπέφυγον, ἐπὶ δὲ τὰ σὰ, ὦ Φιλοσοφία, καλὰ ὁρμήσας c), ἠξίουν ὁπόσον ἔτι μοι λοιπὸν τοῦ βίου, καθάπερ ἐκ ζάλης, καὶ κλύδωνος, ἐς εὔδιόν τινα λιμένα ἐςπλεύσας, ὑπὸ σοὶ d) σκεπόμενος, κα-

x) οὗτος] „Deesse hoc verbum in Fl. notat *Solanus* ad marg. *Junt.*, in marg. vero *Hag.* ait αὐτὸς deesse in Fl." y) ἔφθην] „ἔφην J. et Fl. ἔφτασα O. ἔφθην Par. B. 2. H. et P." ἔφθασα 2954. 3011. quod praestare ait *Bel.* atque recepit *Schm.* Utraque forma utitur *Lucianus:* vid. Indic. Neque adeo h. l. probam lectionem vulgatam mutandam censui. z) πάντων] αὐτῶν 2954. 3011. *Schm.* a) ἀλλ'] Ita *Schm.* e 3011. pro vulg. ἀλλά. b) τάχιστα] „ταῦτα E. P. L. J." c) ὁρμήσας] Vitium per tot manus totque secula propagatum ὠρμήσας emendari tandem jussit *Jo. Seager.* Class. Journ. XVII. a. 1814. p. 161. d) σοὶ] σοῦ 2954. *Bel.*

est ut ea negem me dixisse, aut meditatus eorum defensionem huc venerim, ut statuerim, si quid aut iste ipse reticuit, aut ego dicere nondum occupavi, nunc jam adjicere: ita enim intelligas, quos ego homines praeconio vendiderim, quibus male, superbos et impostores appellando, dixerim. Et ad hoc mihi unum attendite, si vera de omnibus dicam. Si quid vero maledicum aut asperum habere videatur oratio; non me, qui arguo, sed illos accusare aequius arbitror, qui talia faciunt. Equidem cum primum perspexissem, quae dura necessario inesse debeant caussidicis, deceptionem, mendacium, audaciam, clamorem, conflictationes, et sexcenta alia; ab his, ut decebat, refugiens, animum ad ea, quae tu pulchra habes, o Philosophia, appuli, optavique, si quid reliquum mihi vitae esset, tanquam ex procella et aestu in serenum quendam

p. 598. ταβιῶναι. Κἀπειδὴ μόνον παρέκυψα ἐς τὰ ὑμέτερα, σὲ μὲν,
30 ὥςπερ ἀναγκαῖον ἦν, καὶ τούςδε ἅπαντας, ἐθαύμαζον, ἀρίστου βίου νομοθέτας ὄντας καὶ τοῖς ἐπ᾽ αὐτὸν [e]) ἐπειγομένοις
p. 599. χεῖρα ὀρέγοντας, τὰ κάλλιστα καὶ ξυμφορώτατα [f]) παραινοῦντας, εἴ τις μὴ παραβαίνοι [g]) αὐτὰ, μηδὲ διολισθάνοι· ἀλλ᾽ ἀτενὲς ἀποβλέπων ἐς τοὺς κανόνας, οὓς προτεθείκατε, πρὸς τούτους ῥυθμίζοι [h]), καὶ ἀπευθύνοι τὸν ἑαυτοῦ βίον· ὅπερ,
31 νὴ Δία, καὶ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς [i]) αὐτοὺς ὀλίγοι ποιοῦσιν. Ὁρῶν δὲ πολλοὺς οὐκ ἔρωτι φιλοσοφίας ἐχομένους, ἀλλὰ δόξης μόνον τῆς ἀπὸ τοῦ πράγματος ἐφιεμένους, καὶ [k]) τὰ μὲν πρόχειρα ταῦτα, καὶ δημόσια, καὶ ὁπόσα παντὶ μιμεῖσθαι ῥάδιον, εὖ μάλα ἐοικότας ἀγαθοῖς ἀνδράσι, τὸ γένειον λέγω, καὶ τὸ βάδισμα, καὶ τὴν ἀναβολήν. ἐπὶ δὲ τοῦ βίου, καὶ τῶν πραγμάτων ἀντιφθεγγομένους τῷ σχήματι, καὶ τἀναντία ὑμῖν [l]) ἐπιτηδεύοντας, καὶ διαφθείροντας τὸ ἀξίωμα τῆς ὑποσχέσεως,

e) αὐτὸν] αὐτοὺς 2954. *Belin.* f) ξυμφορώτατα] συμφέροντα 3011. glossema, judice *Belino.* g) παραβαίνοι] „παραβαίνει Fl. male. H. et reliquae recte —οι.“ h) ῥυθμίζοι] „ῥυθμίζει Fl. Sed P. Par. et H. etc. —οι recte.“ Modo τούτοις 2954. inepte. i) ἡμᾶς] „ὑμᾶς L. male. nihil mutant Fr. et ceterae.“ k) ἐφιεμένους, καὶ] Haec verba, quae vulgo absunt, inserui e 2954. l) ὑμῖν] „ἡμῖν male J. Par. H. B. 2. Fr. Fl. Sed ὑμὶν recte P. L.“ Etiam A. 1. 2. B. 1. ἡμῖν, absurde.

portum invectus, sub tua tutela transigere. Deinde cum vix inspexissem res vestras, te quidem, quod necesse erat, et hosce omnes admirabar, vitae beatae legislatores, et manum festinantibus ad eam porrigentes, honestissimis praeceptis proponendis utilissimisque, si quis ab iis non discedat, neque vestigio fallente labatur, sed intentis in regulas a vobis propositas oculis, ad illas componat vitam suam ac dirigat, quod me hercules vestrorum etiam aemulorum (*nostrorum etiam aequalium*) pauci faciunt. Cum vero viderem multos non amore philosophiae captos, sed sola, quae ab illo negotio sperari potest, gloria ductos, promtis istis et publicis, quaeque imitari unicuique facile est, satis bene referre viros bonos, barbam dico, incessum, et amictum; vita vero et actionibus contradicere habitui, et contraria vestris studia habere, dignitatemque professionis corrumpere: indignabar e-

ἠγανάκτουν· καὶ τὸ πρᾶγμα ὅμοιον ἐδόκει μοι, καθάπερ ἂν p. 599.
εἴ τις ὑποκριτὴς τραγῳδίας, μαλθακὸς αὐτὸς ὢν, καὶ γυναικίας [m]), Ἀχιλλέα, ἢ Θησέα, ἢ καὶ τὸν Ἡρακλέα ὑποκρίνοιτο αὐτὸν, μήτε βαδίζων, μήτε φθεγγόμενος [n]) ἡρωϊκὸν, ἀλλὰ θρυπτόμενος ὑπὸ τηλικούτῳ προςωπείῳ· ὃν οὐδ' ἂν [o]) ἡ Ἑλένη ποτὲ, ἢ Πολυξένη ἀνάσχοιτο πέρα τοῦ μετρίου αὐταῖς προςεοικότα· οὐχ ὅπως ὁ Ἡρακλῆς ὁ Καλλίνικος, ἀλλά μοι δοκεῖ τάχιστ' ἂν ἐπιτρίψαι τῷ ῥοπάλῳ [p]) παίων τὸν τοιοῦτον, αὐτόν τε, καὶ τὸ προςωπεῖον, οὕτως ἀτίμως κατατεθηλυσμένος [q]) πρὸς αὐτοῦ. Τοιαῦτα καὶ αὐτὸς ὑμᾶς πάσχοντας ὑπ' ἐκείνων ὁρῶν, οὐκ ἤνεγκα τὴν αἰσχύνην τῆς ὑποκρίσεως, εἰ πίθηκοι ὄντες, ἐτόλμησαν ἡρώων προςωπεῖα περιθέσθαι [r]), p. 600.
ἢ τὸν ἐν Κύμῃ ὄνον μιμήσασθαι· ὃς λεοντῆν περιβαλλόμενος, ἠξίου λέων αὐτὸς εἶναι, πρὸς ἀγνοοῦντας τοὺς Κυμαίους ὀγκώμενος μάλα τραχὺ, καὶ καταπληκτικόν· ἄχρι δή τις αὐτὸν ξένος καὶ λέοντα ἰδὼν καὶ ὄνον πολλάκις ἤλεγξε, καὶ ἀπεδίωξε

m) *γυναικίας*] „γυναικεῖος J. verum prius exhibent Par. H. Fl. B. 2. S." Et 3011. γυναικεῖος. n) *φθεγγόμενος*] βοῶν 3011. Gorl. lepidum glossema. o) *οὐδ' ἂν*] οὐδὲ neglecto ἂν 3011. p) *ἀλλά μοι δοκεῖ τάχιστ' ἂν ἐπιτρίψαι τῷ ῥοπάλῳ*] ἀλλά, μοι δοκεῖ, τάχιστ' ἂν ἐπιτρίψαιτο ῥοπάλῳ conj. *Schm.* q) *κατατεθηλυσμένος*] „Sic H. B. 2. Fr. Fl." Sic et B. 1. Ald. 1. 2. Sed κατατεθηλυμμένος 3011. κατεθηλυμμένος Gorl. καταθηλυνόμενος 2954. Vid. Adnot. r) *περιθέσθαι*] ἐπιτίθεσθαι 3011.

quidem, videbaturque negotium illi simile, si quis actor Tragicus, mollis atque effeminatus, Achillem, aut Thesea, aut ipsum Herculem agens, nec incessu utatur neque voce heroica, sed sub tanta persona fractas delicias faciat: quem neque Helena quondam, neque Polyxena ferret, ultra modum sibi similem; nedum ille decorus victoriis Hercules: qui videtur mihi mox cum ipsa persona actorem talem sua clava elisurus, a quo ignominiose adeo in feminam fractus esset. Huic similem injuriam ab illis cum fieri vobis cernerem, non tuli illam histrioniae turpitudinem, simios hosce Heroum personas induere ausos, et Cumanum illum asinum imitari, qui leoninam indutus postulabat ipse leo esse, cum apud ignaros ejus rei Cumanos asperos terribilesque ruditus ederet, donec illum peregrinus, qui et leonem saepe et asinum vidisset, redar-

p. 600. παίων τοῖς ξύλοις. ὃ δὲ μάλιστά μοι δεινὸν, ὦ Φιλοσοφία,
κατεφαίνετο, τοῦτο ἦν. οἱ γὰρ ἄνθρωποι s), εἴ τινα τούτων t)
ἑώρων πονηρὸν, ἢ ἄσχημον ἢ ἀσελγές τι ἐπιτηδεύοντα, οὐκ
ἔστιν ὅςτις οὐ φιλοσοφίαν αὐτὴν ᾐτιᾶτο, καὶ τὸν Χρύσιππον
εὐθὺς, ἢ Πλάτωνα, ἢ Πυθαγόραν, ἢ ὅτου αὑτὸν u) ἐπώνυ-
μον ὁ διαμαρτάνων ἐκεῖνος ἐποιεῖτο, καὶ οὗ τοὺς λόγους x)
p. 601. ἐποιεῖτο. καὶ ἀπὸ τοῦ κακῶς βιοῦντος, πονηρὰ περὶ ὑμῶν y)
εἴκαζον, τῶν πρὸ πολλοῦ τεθνηκότων (οὐ γὰρ παρὰ ζῶντας
ὑμᾶς ἡ ἐξέτασις αὐτοῦ z) ἐγίνετο, ἀλλ' ὑμεῖς a) μὲν ἐκ πο-
δῶν) ἐκεῖνον δὲ ἑώρων σαφῶς ἅπαντες δεινὰ καὶ ἄσεμνα ἐπι-
τηδεύοντα, ὥςτε ἐρήμην ἡλίσκεσθε b) μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ
33 τὴν ὁμοίαν διαβολὴν συγκατεσπᾶσθε. Ταῦτα οὐκ ἤνεγκα ὁρῶν

s) οἱ γὰρ ἄνθρωποι] οὐ γὰρ οἱ ἄνθρωποι 2954. quod mirifice placuit *Belino*, subtilius explicatum. t) τούτων] „τοῦτον Par. J. H. τούτον Angl. Sed τούτων recte P. Fr. S. *Marcil.* et *Vorst.* τοιοῦτον.“ u) ὅτου αὑτὸν] „αὐτὸν J. Par. etc. male. τούτου τὸν Schol.“ ἢ τουτουῒ τοῦ Διογένους τοῦ Κυνικοῦ τὸν ἐπώνυμον — ἐποιεῖτο 2954. Vid. Adnot. cf. not. ad Schol. x) οὗ τοὺς λόγους] „οὗτος φόγους P. ψόγους Angl. Vulgatam οὐ τ. λ. tuentur Edd.“ οὗ τοὺς λόγους 2954. Sic et A. 1. 2. Sed καὶ τοὺς λόγους B. 1. Prius ἐποιεῖτο ejici vult *Seyb.* Pro altero malunt ἐπονεῖτο *Guyet. Gron.* et *Belin.* προςεποιεῖτο *Brod.* et *Solan.* ἐνεπορεύετο *Jacobs.* et *Goeller.* ἐμιμεῖτο *Seager.* Vid. Adnot. y) ὑμῶν] „ἡμῶν J. male; ceterae ὑμῶν recte.“ Mox εἰκάζον 3011. z) ἐξέτασις αὐτοῦ] „Ita J. H. S. Fr. etc. Deerat αὐτοῦ in Par. sed restituimus ex reliquis.“ Deinceps ἐγίγνετο 3011. *Schm.* a) ὑμεῖς] „ὑμᾶς L. Nihil a vulg. abit A. et Fl.“ b) ἐρήμην ἡλίσκεσθε] αἱροίμην ἡλίσκεσθαι 3011.

gueret, et fustibus dolatum abigeret. Praeter caetera vero indignum hoc mihi, Philosophia, videbatur, quod nemo non hominum, si quem horum prave aut indecore, aut libidinose quidquam facere videret, ipsam statim philosophiam accusaret, et Chrysippum, aut Platonem, aut Pythagoram, aut cujuscunque se cognominem peccator ille ferret, disputationesque haberet. Itaque ab male illo vivente, male de vobis conjectabant, olim mortuis: neque enim ad vos viventes exigebatur: sed vos discesseratis e medio; illum vero aperte videbant omnes indigne et inhoneste se gerentem. Ita quasi deserto vos vadimonio cum illo damnati, et in simile cum illo crimen pertracti estis. Haec ego

ἔγωγε, ἀλλ' ἤλεγχον αὐτοὺς, καὶ διέκρινον ἀφ' ὑμῶν [c]). ὑμεῖς p. 601. δὲ, τιμᾷν ἐπὶ τούτοις δέον, εἰς δικαστήριον ἄγετε. οὐκοῦν ἤν τινα καὶ τῶν μεμυημένων ἰδὼν ἐξαγορεύοντα ταῖν θεαῖν [d]) τὰ ἀπόῤῥητα, καὶ ἐξορχούμενον, ἀγανακτήσω, καὶ διελέγξω, ἐμὲ p. 602. τὸν ἀσεβοῦντα [e]) ἡγήσεσθε εἶναι; ἀλλ' οὐ δίκαιον. ἐπεὶ καὶ οἱ ἀθλοθέται [f]) μαστιγοῦν εἰώθασιν, ἤν τις ὑποκριτὴς, Ἀθηνᾶν, ἢ Ποσειδῶνα, ἢ τὸν Δία [g]) ὑποδεδυκὼς, μὴ καλῶς ὑποκρίνοιτο, μηδὲ κατ' ἀξίαν τῶν θεῶν, καὶ οὐδέν [h]) που ὀργίζονται αὐτοῖς ἐκεῖνοι [i]), ὅτι τὸν περικείμενον αὐτῶν τὰ προσωπεῖα, καὶ τὸ σχῆμα ἐνδεδυκότα, ἐπέτρεψαν παίειν τοῖς μαστιγοφόροις, ἀλλὰ καὶ ἥδοιντ' ἂν, οἶμαι, μᾶλλον [k]) μαστιγουμένων. οἰκέτην μὲν γὰρ, ἢ ἄγγελον [l]), μὴ δεξιῶς ὑποκρίνασθαι, μικρὸν τὸ πταῖσμα· τὸν Δία [m]) δὲ, ἢ τὸν Ἡρακλέα μὴ κατ' ἀξίαν ἐπιδείξασθαι τοῖς θεαταῖς, ἀποτρόπαιον

c) ὑμῶν] „ἡμῶν J. male." d) ταῖν θεαῖν] τοῖν θεαῖν 3011. e) ἀσεβοῦντα] ἀδικοῦντα *Schm.* e *Schol.* et 3011. f) ἀθλοθέται] ἀγωνοθέται 2954. *Belin. Schmieder.* Vid. Adnot. g) τὸν Δία] „*Thom. Mag.* v. Εἰσῄει haec verba adducens omittit articulum τόν." h) οὐδὲν] οὐ δὴ Gorl. i) ἐκεῖνοι] οἱ θεοὶ super ἐκεῖνοι scriptum in 2954. explicationis gratia. Pro ὅτι ibid. διότι. k) ἥδοιντ' ἂν, οἶμαι, μᾶλλον] Ita ex 2954. refinxi, monente *Jacobsio* Animadvv. ad *Achill. Tat.* p. 597. pro vulg. ἥδοιντο ἂν, οἶμαι, μαστιγ. l) ἄγγελον] τινα e 3011. addi vult *Belin.* et addit *Schm.* m) τὸν Δία] „τὸ male Par. τὸν recte reliquae."

videns non tuli, sed redargui illos, et a vobis discrevi. At vos, qui honorem mihi ea de caussa debebatis habere, in jus me trahitis. Igitur si quem ego initiatorum observans, Dearum mysteria effutientem et extra sanctum illarum chorum impie saltantem, indignatus fuero, eumque redarguero; mene impium esse putabitis? injuste illud quidem: cum etiam sacrorum certaminum praesides flagris objurgare soleant, si quis histrio Minervae aut Neptuni, aut Jovis personam qui suscepit, non bene neque ex dignitate Deorum perferat; nec ideo illis irascantur Dii, quod personas suas gerentem, et habitu suo indutum, flagellis caedendum virgatoribus tradiderint; sed (*imo potius*) faveant, puto, vapulantibus. Nam servum aut nuntium parum dextre agere, parvus fuerit error: Jovem vero aut Herculem non pro dignitate demonstrare specta-

p. 602. ὡς [n]) καὶ αἰσχρόν. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε πάντων ἀτοπώτατόν
34 ἐστιν, ὅτι τοὺς μὲν λόγους ὑμῶν πάνυ ἀκριβοῦσιν οἱ πολλοὶ αὐτῶν, καθάπερ δὲ ἐπὶ τούτῳ μόνον ἀναγιγνώσκοντες αὐτοὺς,
p. 603. καὶ μελετῶντες, ὡς τἀναντία ἐπιτηδεύοιεν, οὕτω βιοῦσι. πάντα μὲν γὰρ ὅσα φασὶν, οἷον χρημάτων καταφρονεῖν, καὶ δόξης, καὶ μόνον τὸ καλὸν οἴεσθαι ἀγαθὸν, καὶ ἀόργητον εἶναι, καὶ τῶν λαμπρῶν τούτων ὑπερορᾶν [o]), καὶ ἐξ ἰσοτιμίας αὐτοῖς διαλέγεσθαι, καλὰ [p]), ὦ θεοὶ, καὶ σοφὰ, καὶ θαυμάσια λίαν [q]) ὡς ἀληθῶς. οἱ δὲ καὶ αὐτὰ ταῦτα ἐπὶ μισθῷ διδάσκουσι, καὶ τοὺς πλουσίους τεθήπασι, καὶ πρὸς τὸ ἀργύριον κεχήνασιν, ὀργιλώτεροι μὲν τῶν κυνιδίων ὄντες, δειλότεροι δὲ τῶν λαγωῶν [r]), κολακευτικώτεροι [s]) δὲ τῶν πιθήκων, ἀσελγέστεροι δὲ τῶν ὄνων, ἁρπακτικώτεροι [t]) δὲ τῶν γαλῶν, φι-

n) ὡς,] „Sic Edd. sed delevit comma post ὡς *Solanus*" Scribitur in antiquis ὥς, cum accentu et commate, nec sane inepte, quamquam *Solani* scripturam et interpunctionem et ego praeferam. *Jacobsii* conjectura ὅλως facile carebimus. Pro ἀποτρόπαιον in 2954. est τῶν ἀποτροπαίων. o) πάντα μὲν γὰρ — ὑπερορᾶν] In 2954. aliquantum immutatus legitur hic locus: τὸ μὲν γὰρ βιβλίον χρημάτων φησὶ, δεῖ καταφρονεῖν, καὶ δόξης, καὶ μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν οἴεσθαι, καὶ μὴν τῶν λαμπρῶν τούτων ὑπερορᾶν. Sed talem orationem vel inconcinnitas, qua laborat, admodum molesta suspectam reddit. *Belinus* saltem καὶ μὴν recipiendum censet. p) καλὰ] ἀλλ' 2954. mendose. q) λίαν] λέγοντες Id. et mox ἀληθῶς A. 2. r) λαγωῶν] „λαγῶν Fl. Sed J. Par. H. etc. λαγωῶν." s) κολακευτικώτερα] „κολακικώτ. Fl." κολακευτικότ. B. 1. t) ἁρπακτικώτεροι] „Sic recte J. H. S. etc. Sed ἁρπακταιώτεροι male Par." ἁρπακτιώτ. B. 1.

toribus, mali ominis instar et turpe nimis fuerit. Rursus illud omnium est absurdissimum, quod dogmata quidem vestra studiose vulgus illorum exquirit; caeterum perinde vivunt, ac si ad hoc solum ea legerent, et meditarentur, ut contraria omnia sequantur. Quae enim dicunt omnia, exempli caussa, divitias gloriamque contemnere, et sola, quae bona sunt, honesta putare, et irae expertem esse, et splendidos hosce despicere, et tanquam cum aequalibus agere, pulchra, Dii boni! sunt et sapientia, et vere sane admiranda. Verum enimvero, isti mercede haec ipsa docent, et divites admirantur, et argento inhiant, et caniculis iracundiores sunt, et leporibus timidiores, magis adulatores quam simii, libidinosiores asinis, felibusque

λονεικότεροι δὲ τῶν ἀλεκτρυόνων [u]). τοιγαροῦν γέλωτα ὀφλι- p. 603.
σκάνουσιν, ὠθιζόμενοι ἐπὶ ταῦτα [x]), καὶ περὶ τὰς τῶν πλου-
σίων θύρας ἀλλήλους παραγκωνιζόμενοι [y]), καὶ δεῖπνα πο-
λυάνθρωπα δειπνοῦντες, καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις ἐπαινοῦντες
φορτικῶς, καὶ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος ἐμφορούμενοι [z]), καὶ
μεμψίμοιροι φαινόμενοι, καὶ ἐπὶ τῆς κύλικος ἀτερπῆ καὶ ἀπῳ-
δὰ φιλοσοφοῦντες, καὶ τὸν ἄκρατον οὐ φέροντες. οἱ [a]) ἰδιῶ- p. 604.
ται δὲ, ὁπόσοι ξυμπίνουσι [b]), γελῶσι δηλαδὴ καὶ καταπτύου-
σι φιλοσοφίας, εἰ [c]) τοιαῦτα καθάρματα ἐκτρέφει. Τὸ δὲ πάν-
των αἴσχιστον, ὅτι μηδενὸς δεῖσθαι λέγων ἕκαστος αὐτῶν,
ἀλλὰ μόνον πλούσιον εἶναι τὸν σοφὸν κεκραγὼς, μικρὸν
ὕστερον αἰτεῖ προςελθὼν [d]), καὶ ἀγανακτεῖ μὴ λαβὼν, ὅμοιον,

u) *ὀργιλώτεροι μὲν — ἀλεκτρυόνων*] Haec omnia omissa sunt in 3011. x) *ἐπὶ ταῦτα*] ἐπ᾽ αὐτὰ 3011. y) *παραγκωνιζόμενοι*] „Sic L. Angl. Ms. Gr. P. et marg. A. 1. W. vid. *Scholiast.*" Sic et 2954. et hinc *Schm.* monente *Belino* pro vulg. παρωθούμενοι. Idem Cod. 2954. modo pro περὶ τὰς τῶν πλ. θύρας exhibet περὶ τοὺς τῶν πλ. πυλῶνας, quod et ipsum *Schmiederus* adoptavit. z) *ἐμφορούμενοι*] ἐμπιπλάμενοι 2954. glossema genuinae. Eadem fere verba legas Diall. Deor. XVIII, 2. rem eandem in Nigrin. c. 25. et Timon. 54. 55. a) *οἱ*] abest ab A. 2. b) *ξυμπίνουσι*] ξυμπίουσι B. 1. per errorem. πάρεισι 2954. glossema, judice *Bel.* Mox absunt ab Gorl. γελῶσι et καί. c) *εἰ*] ὅτι 2954. „minus bene." *Belin.* d) *αἰτεῖ προςελθὼν*] προςελθὼν αἰτεῖ 2954. quam, meliorem *Belino* constructionem dictam, tacite arripuit *Schmiederus.* Ergone etiam infra verba ὀλίγα αἰτῇ προςελθὼν transponenda censebis? Credibile scilicet, amicum prius accessisse, quam petierit.

rapaciores, et in contentionibus quam gallinacei galli pertinaciores. Itaque ludibrium debent, cum circa ista conflictantur, et circa divitum januas alii alios detrudunt, et celebriores coenas frequentant, et in illis ipsis sine more modoque laudant, et ultra decus se ingurgitant, seque attributa sibi parte non contentos produnt, et in vino insuavia quaedam atque absurda philosophantur, et merum non continent. Idiotae autem quotquot convivae sunt, rident scilicet, et despuunt philosophiam, talia quae purgamenta educat. Quod vero turpissimum omnium est, nulla se re indigere unusquisque eorum cum dicat, sed solum divitem esse sapientem clamet, paullo post rogandi caussa accedit, et, nisi acceperit, indignatur: non aliter quam si quis in

p. 604. ὡς εἴ τις ἐν βασιλικῷ σχήματι ὀρθὴν τιάραν ἔχων καὶ διάδημα, καὶ τἄλλα ὅσα βασιλείας γνωρίσματα, προςαιτοίη, τῶν e) ὑποδεεστέρων δεόμενος. ὅταν μὲν οὖν αὐτούς τι δέῃ λαμβάνειν f), πολὺς ὁ περὶ τοῦ κοινωνικὸν εἶναι δεῖν λόγος, καὶ, ὡς ἀδιάφορον ὁ πλοῦτος, καὶ, τί γὰρ τὸ χρυσίον, ἢ τἀργύριον; οὐδὲν τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων g) διαφέρον. ὅταν δέ τις ἐπικουρίας δεόμενος ἑταῖρος ἐκ παλαιοῦ h), καὶ φίλος ἀπὸ πολλῶν i), ὀλίγα αἰτῇ προςελθὼν, σιωπὴ, καὶ ἀπορία, καὶ ἀμαθία, καὶ παλινῳδία τῶν λόγων k) πρὸς τὸ ἐναντίον. οἱ δὲ πολλοὶ περὶ φιλίας ἐκεῖνοι λόγοι, καὶ ἡ ἀρετὴ, καὶ τὸ καλὸν, οὐκ οἶδ᾽ ὅποι ποτὲ l) οἴχεται πάντα m) ταῦτα ἀποπτάμενα, πτερόεντα ὡς ἀληθῶς ἔπη, μάτην ὁσημέραι πρὸς αὐτῶν
p. 605. 36 ἐν ταῖς διατριβαῖς σκιαμαχούμενα. Μέχρι γὰρ τούτου, φίλος

e) προςαιτοίη, τῶν] προςαίτης ὢν φάνοιτο, καὶ τῶν 2954. incerti auctoris verba, quae tamen ob Atticismi quendam speciem mirifice *Belino* placuerunt. f) ὅταν μὲν οὖν αὐτούς τι δέῃ λαμβάνειν] ὅταν μὲν οὖν λαβεῖν αὐτοὺς δέῃ 2954. „minus bene.“ *Belin.* g) ψηφίδων] ψήφων 2954. 3011. Omnem locum olim male ita distinctum ediderunt: — ὁ πλοῦτος. καὶ τί γὰρ τὸ χρυσίον, ἢ τἀργύριον, οὐδὲν τῶν ἐν τ. αἰγ. ψηφ. διαφέρον; h) παλαιοῦ] παλεοῦ A. 2. i) ἀπὸ πολλῶν] ἀπ᾽ ὀλίγων 3011. „vitiose.“ *Belin.* k) λόγων] δογμάτων 2954. manifestum glossema, quod *Schm.* supra c. 23. perperam in textum recepit. l) ὅποι ποτὲ] „ὅποι τότε P. L. nihil vero mutant Fl. et S.“ Hae scilicet, ut et *Reitz.* ὅπῃ ποτέ. Verum recte ὅποι 2954. et 3011. et hinc *Schmied.* m) πάντα] „πάντως Par. J. H. S. Fl. Sed πάντα L.“ πάντας B. 1. sed πάντως A. 1. 2. Post οἴχεται sponte delevi incommodum comma.

regio habitu tiaram rectam gerens ac diadema, et reliqua quotquot sunt insignia regni, mendicet, rogans a tenuioribus. Cum igitur ipse sperat aliquid accipere, multa de bonorum inter sapientes communione disputatio, et quam res sit indifferens divitiae, et: quid enim, inquit, aurum est vel argentum? nihil sane calculis in litore distat. Si vero opis indigus sodalis vetus, et a longo tempore amicus accedens paullum quiddam roget, silentium, aestus, inscitia, et verborum illorum in contrariam sententiam retractatio. Multae autem illae de amicitia disputationes, et virtus, et honestum, nescio quo abiere haec omnia, avolando, volucria vere verba, quibus temere quotidie in scholis suis umbratiles pugnas ludunt. Eo enim us-

ἕκαστος αὐτῶν, ἐς ὅσον ἂν μὴ ἀργύριον, ἢ χρυσίον ᾖ προ- p. 605.
κείμενον ἐν τῷ μέσῳ. ἢν δέ τις ὀβολὸν ἐπιδείξηται [n]) μόνον, λέλυται μὲν ἡ εἰρήνη, ἄσπονδα δὲ καὶ ἀκήρυκτα πάντα· καὶ τὰ βιβλία ἐξαλήλιπται [o]), καὶ ἡ ἀρετὴ πέφευγεν, οἷόν τι καὶ οἱ κύνες πάσχουσιν. ἐπειδάν τις ὀστοῦν ἐς μέσους αὐτοὺς ἐμβάλῃ, ἀναπηδήσαντες δάκνουσιν ἀλλήλους, καὶ τὸν προαρπάσαντα τὸ ὀστοῦν ὑλακτοῦσι. λέγεται δὲ καὶ βασιλεύς τις Αἰγύπτιος, πιθήκους ποτὲ πυῤῥιχίζειν διδάξαι, καὶ τὰ θηρία (μιμηλότατα [p]) δέ ἐστι τῶν ἀνθρωπίνων) ἐκμαθεῖν τάχιστα καὶ ὀρχεῖσθαι, ἁλουργίδας ἀμπεχόμενα, καὶ προσωπεῖα περικείμενα. καὶ μέχρι πολλοῦ εὐδοκιμεῖν τὴν θέαν, ἄχρι δή τις θεατὴς ἀστεῖος, κάρυα [q]) ὑπὸ κόλπον ἔχων, ἀφῆκεν ἐς τὸ μέσον· οἱ δὲ πίθηκοι, ἰδόντες, καὶ ἐκλαθόμενοι τῆς ὀρχήσεως, τοῦθ᾽ [r]) ὅπερ ἦσαν, πίθηκοι ἐγένοντο ἀντὶ πυῤῥιχιστῶν, καὶ ξυνέτριβον τὰ προσωπεῖα, καὶ τὴν ἐσθῆτα κατεῤῥήγνυον, καὶ ἐμάχοντο περὶ τῆς ὀπώρας [s]) πρὸς ἀλλήλους· τὸ δὲ σύνταγμα τῆς

n) ἐπιδείξηται] ἐπιδείξῃ 3011. quod *Bel.* probat, sed injuria: neglexerat enim librarius ultimae syllabae compendium. o) ἐξαλήλιπται] „ἐξαλήλιπται J. Par. H. S. etc. male. ἐξήλιπται B. 2. Sed ἐξαλήλειπται recte in Catapl. c. 24. habebant Edd.“ Minime Vid. Adnot. p) μιμηλότατα] μιμηλώτατα B. 1. solenne vetustarum Edd. vitium. q) κάρυα] ὀπώρας 2954. Deince s ὑπὸ κόλπου malle videtur *Solan.* Sed vid. Adnot. r) τοῦθ᾽] καὶθ᾽ A. 2. typorum vitium. s) ὀπώρας] τῶν καρύων addit 2954.

que unusquisque eorum amicus est, quoad argentum vel aurum in medio positum non fuerit. Si quis vero obolum unum ostenderit, ilicet rupta pax, ut nec jam foederi locus, nec praeconi sit securitas: libri deleti, fugit virtus. Canibus simile quiddam usu venit: si quis os in medios illos projecerit, exsiliunt, mordent invicem, eumque, qui os praeripuit, allatrant. Dicitur autem rex etiam aliquis Aegyptius simios quondam docuisse saltare Pyrrhicham, easque bestias (facillime autem humanas imitantur actiones) didicisse celeriter, et saltasse in vestibus purpureis, et personatas, diuque probatum spectaculum; donec spectator aliquis urbanus (*festivus*), qui nuces in sinu gereret, projiceret eas in medium: tum vero simii, visa re, obliti saltationis, repente pro Pyrrhichistis simii, quod erant scilicet, facti, larvas contrivere, laceratisque vestibus de fructibus invicem depugnarunt; illa autem

p. 605. πυῤῥίχης [t]) διελέλυτο, καὶ κατεγελᾶτο ὑπὸ τοῦ θεάτρου [u]).

p. 606. 37 Τοιαῦτα καὶ οὗτοι ποιοῦσι. καὶ ἔγωγε τοὺς τοιούτους κακῶς ἠγόρευον, καὶ οὔ ποτε παύσομαι διελέγχων [x]), καὶ κωμῳδῶν. περὶ ὑμῶν [y]) δὲ, ἢ τῶν ὑμῖν παραπλησίων (εἰσὶ γὰρ, εἰσί τινες ὡς ἀληθῶς φιλοσοφίαν ζηλοῦντες [z]), καὶ τοῖς ὑμετέροις νόμοις ἐμμένοντες) μὴ οὕτω μανείην ἐγὼ, ὡς [a]) βλάσφημον εἰπεῖν τι, ἢ σκαιόν. ἢ τί γὰρ ἂν εἰπεῖν ἔχοιμι; τί γὰρ ὑμῖν τοιοῦτο βεβίωται; τοὺς δ' [b]) ἀλαζόνας ἐκείνους, καὶ θεοῖς ἐχθροὺς ἄξιον οἶμαι μισεῖν. ἢ σὺ γὰρ, ὦ Πυθαγόρα, καὶ Πλάτων, καὶ Χρύσιππε, καὶ Ἀριστότελες, τί φατε προσήκειν ὑμῖν τοὺς τοιούτους, ἢ οἰκεῖόν τι καὶ ξυγγενὲς *) ἐπιδείκνυσθαι τῷ βίῳ; νὴ Δία Ἡρακλῆς [c]), φασι, καὶ πίθηκος [d]).

t) τῆς πυῤῥίχης] „τοῖς πυῤῥίχοις male Fl. At P. Par. J. H. aliaeque vulgatam servant." u) τοῦ θεάτρου] τῶν θεατῶν 2954. explicationis caussa additum: τὸ θέατρον de *spectatoribus* vide Apol. pro Merc. Cond. c. 5. De Saltat. c. 72. Adv. Indoct. c. 9. ubi τὸ θέατρον et οἱ θεαταὶ promiscue leguntur. Cf. etiam *Courier.* ad Asin. p. 315. x) διελέγχων] ἐλέγχων 2954. y) ὑμῶν] „ἡμῶν Ex. Fl. male. Nihil vero mutant P. H. J. Par." z) ζηλοῦντες] ζητοῦντες 2954. „minus bene." *Belin.* a) ἐγὼ, ὡς] ἔγωγε, ἢ ὡς 2954. bene, inquit *Belin.* imo contra puram Graecitatem, quam cognoveris ex illis Junonis verbis Diall. Deor. V, 3. ἐγὼ δὲ μὴ οὕτω μανείην, ὡς τὰ χείλη προσενεγκεῖν etc. Deinceps βλάσφυμον ostendit A. 2. b) τοὺς δ'] „Particula δὲ abest ab J. et B. 2. Ceterae omnes eam habent." Etiam B. 1. *) οἰκεῖόν τι καὶ ξυγγενὲς] οἰκεῖόν τε καὶ ξυγγ. conj. *T. F. Benedict.* Vid. Adnott. c) Ἡρακλῆς] „Ἡρακλεῖς J. Sed Schol. et Edd. omnes Ἡρακλῆς. d) πίθηκος] „In J. Par. S. etc.

Pyrrhiches institutio dissoluta risui fuit spectatoribus. Talia igitur hi quoque faciunt. Talibus ego maledixi, nec unquam desinam convincere illorum fraudes, ipsosque ridendos propinare: de vobis vero vestrûmque similibus, (sunt enim, sunt quidam vere sectantes philosophiam, legumque vestrarum observantes) absit a me insania illa, ut contumeliosum quidquam, aut sinistrum dicam. Aut quid habeam dicere? quid enim horum simile est in vita vestra? At insolentes illos et Diis invisos odio persequi, puto, fas est. Nisi forte tu, Pythagora, et Plato, et Chrysippe, et Aristoteles, ad vos pertinere quidquam dicetis tales, aut proprium quidquam vestrum et cognatum vita sua demonstrare: quanta scilicet Herculi cum simia necessitudo

ἢ διότι πώγωνας ἔχουσι, καὶ φιλοσοφεῖν φάσκουσι e), καὶ σκυθρωποί εἰσι, διὰ τοῦτο χρὴ ὑμῖν εἰκάζειν αὐτούς; ἀλλ' ἤνεγκα ἂν εἰ πιθανοὶ γοῦν ἦσαν καὶ ἐπὶ τῆς ὑποκρίσεως αὐτῆς. νῦν δὲ θᾶττον ἂν γὺψ ἀηδόνα μιμήσαιτο, ἢ οὗτοι φιλοσόφους. εἴρηκα τὰ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ὁπόσα εἶχον. σὺ δὲ, ὦ Ἀλήθεια f), μαρτύρει πρὸς αὐτοὺς, εἰ ἀληθῆ ἐστι. p. 606.

ΦΙΛ. Μετάστηθι, ὦ Παῤῥησιάδη, ποῤῥωτέρω ἔτι. τί p. 607.
ποιῶμεν ἡμεῖς; πῶς ὑμῖν εἰρηκέναι ἀνὴρ ἔδοξεν; 38

ΑΛΗΘ. g) Ἐγὼ μὲν, ὦ Φιλοσοφία, μεταξὺ λέγοντος αὐτοῦ, κατὰ τῆς γῆς δῦναι ηὐχόμην· οὕτως ἀληθῆ πάντα εἶπεν. ἐγνώριζον γοῦν ἀκούουσα ἕκαστον τῶν ποιούντων αὐτὰ h), κἀφήρμοζον μεταξὺ τοῖς λεγομένοις, τοῦτο μὲν, ἐς τόνδε· τοῦτο δὲ, ὁ δεῖνα ποιεῖ. καὶ ὅλως, ἔδειξε τοὺς ἄνδρας ἐναργῶς, καθάπερ ἐπί τινος γραφῆς τὰ πάντα προσεοικότας i),

hoc vocabulum majuscula litera inchoabatur, ac si nomen proprium esset." Sic et in A. 1. 2. B. 1. e) φάσκουσι] „ἀσκοῦσι J. Par. et reliquae omnes, male. Sed recte φάσκουσι A. G. P. L. et Angl. Ms. Gr." διδάσκουσι 3011. et Gorl. in quo posteriore etiam desunt, quae sequuntur: καὶ σκυθρωποί εἰσι. f) σὺ δὲ, ὦ Ἀλήθεια] Haec, et quae sequuntur, in Cod. 2954. *Philosophiae* adscribuntur, quod *Belinus* adoptat, sine idonea caussa. g) ΑΛΗΘ.] „ΑΡ. Edd. nec quidquam mutant Codd. Sed correxerat tamen ΑΛΗΘ. *Solanus*." Reperitur sic vere in 2954., unde, *Belino* suadente, *Schmiederus* rectum restituit nomen: idem consilium secutus fuerat in versione *Wielandius*. h) αὐτὰ] αὐτὸ 3011. i) προσεοικότας] ἐοικότας 3011. Gorl. *Schm.*

est. An forte quod barbas submittunt, et philosophari se praedicant, et truci vultu sunt, propter haec vobis adsimilare illos oportet? Equidem ferrem illos, si in ipsa illa histrionia probabiles essent. Jam vero facilius lusciniam vultur imitetur, quam isti philosophos. Dixi pro me, quae habebam. Jam tu, Veritas, testimonium apud hosce perhibe, si vera sint.

Phil. Longius hinc, Parrhesiade, recede interim. Nos quid faciamus? quomodo dixisse vobis videtur?

Verit. Equidem, Philosophia, illo dicente terram mihi hiscere optabam *prae pudore:* adeo vera dicebat omnia. Agnoscebam enim inter audiendum unumquemque, qui ista faceret; et referebam, dum dicerentur, illud quidem ad huncce; hoc vero ille, inquiebam, facit. Et omnino ostendit homines dilucide, ut in pictura quadam similes

p. 607. οὐ τὰ σώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ψυχὰς αὐτὰς ἐς τὸ ἀκριβέστατον k) ἀπεικάσας.

ΣΩΦΡ. l) Κἀγὼ πάνυ ἠρυθρίασα, ὦ Ἀλήθεια.

ΦΙΛ. Ὑμεῖς δὲ, τί φατέ;

ΑΝΑΒ. Τί δὲ m) ἄλλο, ἢ ἀφεῖσθαι αὐτὸν τοῦ ἐγκλήματος, καὶ φίλον ἡμῖν, καὶ εὐεργέτην ἀναγεγράφθαι n); τὰ γοῦν τῶν Ἰλιέων ἀτεχνῶς πεπόνθαμεν, τραγῳδόν o) τινα τοῦτον ἐφ᾽ ἡμᾶς κεκινήκαμεν, ᾄσόμενον τὰς Φρυγῶν ξυμφοράς. ᾀδέτω γοῦν, καὶ τοὺς θεοῖς ἐχθροὺς ἐκτραγῳδείτω.

p. 608. ΔΙΟΓ. Καὶ αὐτὸς, ὦ Φιλοσοφία, πάνυ ἐπαινῶ τὸν ἄνδρα, καὶ ἀνατίθεμαι τὰ κατηγορούμενα, καὶ φίλον ποιοῦμαι αὐτὸν, γενναῖον ὄντα.

k) ἐς τὸ ἀκριβέστατον] ἐπ᾽ ἀκριβέστατα 2954. l) ΣΩΦΡ.] Ita notavimus nomen loquentis cum *Belin.* et *Schmied.* e 2954. et a verbis demum ὑμεῖς δὲ sermonem inchoavimus *Philosophiae*, cui vulgo haec conjuncta tribuebantur. Pro vulg. ὦ Ἀρετὴ, quod ortum fuerat ex male notatis superioribus verbis, (*ΑΡ.*) jam, quum ibi correxerimus *ΑΛΗΘ.* et hic ut corrigeremus ὦ Ἀλήθεια, necesse erat. m) Τί δὲ] τί δαὶ 3011. *Belin. Schm.* n) ἀναγεγράφθαι] „ἀνεγράφθαι Coll. Prius servant H. Fl. etc.“ Consentiunt etiam A. 1. 2. et B. 1. in ἀναγεγράφθαι. Sed 2954. dat ἀναγράφεσθαι, ut Schol., unde *Belinus* fieri vult ἀναγράψεσθαι, mire corrumpens optimam, quae vulgatur, Graecitatem. Nec *Schmiederus* prudenter egit, quod ἀναγράφεσθαι praetulit Usus ille Infinitivi Praeteriti ut elegantissimus, ita et *Luciano* admodum familiaris. Et quid de ἀφεῖσθαι cogites, ubi ἀναγεγράφθαι mutare in animum induxeris? o) τραγῳδόν] τραγῳδίαν 3011. „male.“ *Belin.*

per omnia, cum non corpora modo, sed ipsas quoque animas exquisitissima similitudine exprimeret.

Temper. Et ego plane erubescebam, o Veritas.

Phil. Vos autem quid dicitis?

Rev. Quid aliud, nisi absolvi illum a crimine oportere, et amicum nobis ac bene meritum in publico monumento scribi. Iliensium enim exemplo Tragoedum hunc in nos commovimus, qui Phrygum canat calamitates. Canat igitur, et illos Diis invisos tragoediis suis infamet.

Diog. Ipse quoque ego, Philosophia, laudo virum magnopere, et retracto crimina, eumque, ut virum fortem, amicum mihi adscisco.

ΦΙΛ. Εὖ ἔχει· πρόσιθι [p]), ὦ Παῤῥησιάδη· ἀφίεμέν σε p. 608.
τῆς αἰτίας, καὶ ἁπάσαις [q]) κρατεῖς, καὶ τὸ λοιπὸν, ἴσθι ἡμέ- 39
τερος ὤν.

ΠΑΡΡ. Προσεκύνησα [r]) τήν γε πρώτην. μᾶλλον δὲ τραγικώτερον αὐτὸ ποιήσειν μοι δοκῶ· σεμνότερον γὰρ,

Ὦ μέγα σεμνὰ Νίκα [s]), τὸν ἐμὸν
βίοτον κατέχοις,
καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα.

Eur. fir Phoen., Or. et Iphig. Taur.

ΑΡΕΤ. Οὐκοῦν δευτέρου κρατῆρος ἤδη καταρχώμεθα, προσκαλῶμεν κἀκείνους, ὡς δίκην ὑπόσχωσιν, ἀνθ' ὧν εἰς ἡμᾶς ὑβρίζουσι. κατηγορήσει δὲ Παῤῥησιάδης ἑκάστου.

ΠΑΡΡ. [t]) Ὀρθῶς, ὦ Ἀρετὴ, ἔλεξας· ὥστε σὺ, παῖ Συλλογισμὲ, κατακύψας ἐς τὸ ἄστυ, προσκήρυττε τοὺς φιλοσόφους.

ΣΥΛΛ. Ἄκουε, σίγα· τοὺς φιλοσόφους ἥκειν ἐς ἀκρό- 40
πολιν ἀπολογησομένους ἐπὶ τῆς Ἀρετῆς, καὶ Φιλοσοφίας, καὶ Δικαιοσύνης [u]).

p) *Εὖ ἔχει· πρόσιθι*] Haec pro vulg. εὖγε cum *Belin.* et *Schm.* reposui e 2954. *Seyboldus* jam conjecerat in eundem sensum: Ἐλθέ. q) *ἁπάσαις*] „ταῖς πάσαις P. et marg. A. 1. W." r) *Προσεκύνησα*] „προσενίκησα L." Vocem vulgatam corruptam habet *Bel.* et edidit *Schm.* προσενίκησα. Vid. Adn. s) *σεμνὰ Νίκα*] Ita 2954. et *Schm.* pro communibus formis vulgatis σεμνὴ Νίκη. t) *ΠΑΡΡ.*] *ΦΙΛ.* conj. *Jacobs.* cujus necessitas non patet. u) *Δικαιοσύνης*] „Leg. *Δι-*

Phil. Bonum factum, *accede nunc*, Parrhesiade, solvimus te accusatione: vincis suffragiis omnibus, et, quod reliquum est, scito, te nostrum esse.

Parrh. Equidem initio jam adoravi. Jam vero Tragico magis orationis genere (id) faciendum videtur: augustius enim fuerit. Splendida, quaeso, Victoria,

me comitare tuum, viridi
nec parce coronae.

Virt. Igitur de altero jam cratere libemus, et vocemus etiam istos, ut poenas suarum in nos contumeliarum nobis persolvant. Accusabit unumquemque Parrhesiades.

Parrh. Bene istud, Virtus. Itaque tu, Syllogisme puer, despiciens in urbem, praeconio huc evoca philosophos.

Syll. Audi, tace. Veniunto philosophi in arcem caussam dicturi ad tribunal Virtutis, Philosophiae, Justitiae.

p. 608. *ΠΑΡΡ.* Ὁρᾷς; ὀλίγοι συνέρχονται x), γνωρίσαντες τὸ κήρυγμα. ἄλλως γὰρ y) δεδίασι τὴν δίκην. οἱ πολλοὶ δὲ αὐ-
p. 609. τῶν, οὐδὲ σχολὴν ἄγουσιν, ἀμφὶ τοὺς πλουσίους ἔχοντες. εἰ δὲ βούλει πάντας ἥκειν, κατὰ τάδε, ὦ Συλλογισμὲ, κήρυττε.

ΦΙΛ. Μηδαμῶς. ἀλλὰ σὺ, ὦ Παῤῥησιάδη, προςκάλει, καθότι σοι δοκεῖ.

41 *ΠΑΡΡ.* Οὐδὲν τόδε χαλεπόν. ἄκουε, σίγα. ὅσοι φιλόσοφοι εἶναι λέγουσι, καὶ ὅσοι προςήκειν αὐτοῖς οἴονται τοῦ ὀνόματος, ἥκειν ἐς ἀκρόπολιν ἐπὶ τὴν διανομήν. δύο μναῖ ἑκάστῳ δοθήσονται, καὶ σησαμαῖος πλακοῦς. ὃς δ' ἂν πώγωνα βαθὺν ἐπιδείξηται z), καὶ παλάθην ἰσχάδων οὗτός γε προςεπιλήψεται. κομίζειν δ' ἕκαστον σωφροσύνην μὲν, καὶ a) δικαιοσύνην, ἢ ἐγκράτειαν, μηδαμῶς. οὐκ ἀναγκαῖα b) γὰρ ταῦτά γε, ἢν μὴ παρῇ. πέντε δὲ συλλογισμοὺς ἐξ ἅπαντος· οὐ γὰρ θέμις ἄνευ τούτων εἶναι σοφόν.

καιοσύνης. *Solan.* Nihil mutant Edd. a vulgata Δίκης." Sine dubitatione recepi *Solani* conjecturam, et paullo inferius scripsi δίκην pro Δίκην, quod vulgatum fuerat. x) συνέρχονται] ἀνίασι 2954. *Belin.* translatum huc e cap. 42. ἀνῄεσαν. y) ἄλλως γὰρ] καὶ ἄλλως 2954. probante *Belino.* z) ὃς δ' ἂν πώγωνα βαθὺν ἐπιδείξηται] ὃς δ' ἂν βαθύτερον πώγωνα ἐπιδείξειεν 2954. improbae notae, ut tamen *Belino* placere potuerint. a) καὶ] ἢ 2954. *Bel. Schmied.* b) ἀναγκαῖα] ἀναγκαῖον 2954. male.

Parrh. Vide, pauci conveniunt agnito praeconio. Nam et alioqui judicium metuunt, et vulgus illorum otium non habet, occupati circa divites. Si vero venire omnes volueris, hunc fere in modum edic, Syllogisme.

Phil. Nequaquam. Sed tu, Parrhesiade, prout videbitur, eos advoca.

Parrh. Nihil res habet difficultatis. Audi, tace. Quotquot philosophos se esse dicunt, quotquot nominis caussa ad illos pertinere se judicant, veniunto in arcem ad congiarium. binae unicuique minae dabuntur, et de sesamo placenta. Quicunque vero prolixam barbam exhibuerit, ille corollarium ficuum massam accipiet. Adferat autem quisque, temperantiam, justitiam, continentiam minime; neque enim ista, si non adsint, necessaria: verum quinque omnino syllogismos; quippe nefas est absque illis esse sapientem.

Κεῖται δ' ἐν μέσσοισι c) *δύο χρυσοῖο τάλαντα,* p. 609.
Τῷ δόμεν, ὃς μετὰ πᾶσιν ἐριζέμεν ἔξοχος εἴη. Hom. Il. XVIII, 507.

Βαβαὶ, ὡς d) πλήρης μὲν ἡ ἄνοδος ὠθιζομένων ἐπὶ e) τὰς 42
δύο μνᾶς, ὡς ἤκουσαν μόνον. παρὰ δὲ τὸ Πελασγικὸν ἄλλοι,
καὶ κατὰ τὸ Ἀσκληπιεῖον ἕτεροι, καὶ παρὰ f) τὸν Ἄρειον πάγον
ἔτι πλείους, ἔνιοι δὲ καὶ κατὰ τὸν τοῦ Τάλω τάφον· οἱ δὲ, p. 610.
καὶ πρὸς τὸ Ἀνακεῖον προθέμενοι κλίμακας, ἀνέρπουσι βομ- Hom. Il.
βηδὸν, νὴ Δία καὶ βοτρυδὸν, ἐσμοῦ g) δίκην, ἵνα καὶ καθ' II, 89.
Ὅμηρον εἴπω, ἀλλὰ κἀκεῖθεν εὖ μάλα πολλοὶ, κἀντεῦθεν

Μυρίοι, ὅσσα τε φύλλα, καὶ ἄνθεα γίνεται ἦρι h). Hom. Il.

Μεστὴ δὲ ἡ ἀκρόπολις ἐν βραχεῖ, κλαγγηδὸν προκαθιζόντων, II, 463.
καὶ πανταχοῦ πήρα, πώγων i), κολακεία, ἀναισχυντία, βα-

c) *μέσσοισι*] „Sic Par. sed J. H. S. aliaeque male *μέσοισι*.“ d) *ὡς*] *ὅσοι!* 2954. *Belin.* e) *ἐπὶ*] „*ἐπεὶ* H. B. 2. Par. S. In J. videtur fuisse *ἐπει* sine accentu, quem *Solanus* manu sua imposuit.“ *ἐπὶ*, quod *Solanus* et *Gesnerus* restituendum suspicati erant, exhibet 2954. et recepit hinc *Schm.* Jam non opus est alia conjectura, ut *J. Seageri* in Class. Journ. XVII. a. 1814. p. 161. proposita: *ἐπεὶ τὰς δύο μνᾶς εἰσήκουσαν μόνον.* f) *παρὰ*] „*παρὰ* L. Nihil a vulgata abeunt J. H. Par. Fl.“ Edebatur enim, etiam a *Reitzio*, *περὶ*, sed *παρὰ* exhibet 3011. et probarunt *Belin.* et *Schm.* *κατὰ* est in 2954 g) *ἐσμοῦ*] *ἐς μοῦ* duabus vocibus B. 1. satis festive. In 2954. praemittitur huic voci *μελίσσων*, quod probavit *Belin.* et recepit *Schmiederus*, qui saltem scribere debebat *μελισσῶν*. nam a *Belino* haec diligentia vix exspectari poterat. Sed omnino rejicienda erat vox, quippe a male sedula manu adscripta ex *Homeri* loco v. 87. h) *ἦρι*] „*ὥρῃ* A. G. L. Sed vulgatam servant Edd. omnes.“ *ὥρῃ* 3011. Gorl. *Belin.* *Schm.* sed *ἦρος* 2954. i) *πώγων*] „Deest h. v. in Fl. Reliquae habent.“

Proposita in medio sunt auri bina talenta,
Praemia, qui reliquos rixa superaverit omnes.

Vah, quam plenus est adscensus invicem se trudentium ad duas minas, cum primum audiere. Ad Pelasgicum autem alii, ad Aesculapii alii, et circa Areopagum etiam plures, alii vero etiam ad Tali sepulcrum: alii ad Dioscurorum aedem scalis admotis cum bombo in altum enituntur, atque examinis instar apum glomerantur in uvam, ut Homeri verbo utar. Verum inde etiam bene sane multi, et hinc sexcenti,

Quot folia, et flores quot nascens exigit annus.

Brevi autem plena illorum arx erit, cum clangore sibi invicem adsidentium, et ubique pera, barba, adulatio,

p. 610. κτηρία, λιχνεία, συλλογισμὸς, φιλαργυρία. οἱ [k]) ὀλίγοι δὲ, ὁπόσοι πρὸς τὸ πρῶτον κήρυγμα ἐκεῖνο ἀνῄεσαν, ἀφανεῖς καὶ ἄσημοι, ἀναμιχθέντες τῷ πλήθει τῶν ἄλλων, καὶ λελήθασιν ἐν τῇ ὁμοιότητι τῶν ἄλλων σχημάτων. τοῦτο γοῦν τὸ δεινότατόν ἐστιν, ὦ Φιλοσοφία, καὶ ὅ τις ἂν μέμψαιτό σου [l]) μάλιστα, τὸ μηδὲν [m]) ἐπιβάλλειν γνώρισμα καὶ σημεῖον αὐτοῖς. πιθανώτεροι γὰρ οἱ γόητες οὗτοι πολλάκις τῶν ἀληθῶς φιλοσοφούντων.

ΦΙΛ. Ἔσται τοῦτο μετ᾽ ὀλίγον, ἀλλὰ δεχώμεθα ἤδη αὐτούς.

43 *ΠΛΑΤ.* [n]) Ἡμᾶς πρώτους χρὴ τοὺς Πλατωνικοὺς λαβεῖν.

ΠΥΘ. Οὔκ· ἀλλὰ τοὺς Πυθαγορικοὺς ἡμᾶς, πρότερος γὰρ ὁ [o]) Πυθαγόρας ἦν.

k) οἱ] abest a 3011. probante *Belino.* At monstrantur *pauci illi*, qui vix dignoscuntur, utpote *ἀφανεῖς καὶ ἄσημοι.* l) σου] σοι mavult *Belin.* non memor illius in Diall. Deor. XX, 2. *τί γὰρ ἂν καὶ μωμήσαιτό μου*; aliorumque ejus generis dictorum. m) *μηδὲν*] „Sic A. G. P. L. J. *μηδὲ* Par. S. *μὴ δὲ* vero discrete H. Fl. B. 2. male." *μὴ δὲ* etiam in B. 1. A. 1. 2. Omnem locum corrupte sic habet 3011. *καὶ ὅςτις ἂν μάλιστα μεμύητό σου, τοσοῦτον μηδὲν ἐπικαλεῖν.* In his certe *μηδὲν* notabile. n) *αὐτούς. ΠΛΑΤ.*] „H. J. integre *Πλατωνικός αὐτοὺς ἡμ.* Sed optime *αὐτούς. Πλ.* A. G. Ms. Gr." Sic et 2954. *Belin. Schm.* In *Reitz.* Ed. vetus ratio retenta, quae et in B. 1. A. 1. 2. reperitur. Ceterum quae sequuntur verba *Schmiederus* ex eodem illo 2954. ita finxit: *ἡμᾶς χρὴ τοὺς Πλατωνικοὺς πρῶτον λαβεῖν.* o) ὁ] inserui cum *Schm.* articulum e 2954. 3011. vulgo praetermissum.

impudentia, baculum, gula, syllogismus, avaritia. Pauci vero, qui ad primam praeconis vocem adscenderant, vix apparent, nulla nota insignes, reliquorum turbae immixti, et latent similitudine habitus reliquorum. Illud enim, Philosophia, sane molestissimum est, et quod quis maxime in te etiam reprehendat, quod notam illis nullam aut signum imponis. Saepe enim hi impostores ipsis vere philosophantibus sunt probabiliores.

Phil. Fiet illud paullo post: sed jam eos excipiamus.

Plat. Nos Platonicos accipere primos oportet.

Pyth. Non, sed Pythagoricos nos: prior enim fuit Pythagoras.

ΣΤΩΙΚ. Ληρεῖτε· ἀμείνους ἡμεῖς οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς. p. 611.

ΠΕΡ. Οὔμενουν p) ἀλλ' ἔν γε τοῖς χρήμασι, πρῶτοι ἂν ἡμεῖς εἴημεν, οἱ ἐκ τοῦ Περιπάτου.

ΕΠΙΚ. Ἡμῖν τοῖς Ἐπικουρείοις τοὺς πλακοῦντας δότε, καὶ τὰς παλάθας· περὶ δὲ τῶν μνῶν περιμενοῦμεν, κἂν ὑστάτους δέῃ λαμβάνειν.

ΑΚΑΔ. Ποῦ τὰ δύο τάλαντα; δείξομεν γὰρ οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ ὅσον τῶν ἄλλων ἐσμὲν ἐριστικώτεροι.

ΣΤΟΙΚ. Οὐχ, ἡμῶν γε τῶν Στωϊκῶν παρόντων.

ΦΙΛ. Παύσασθε φιλονεικοῦντες· ὑμεῖς δὲ οἱ Κυνικοὶ 44
μήτε ὠθεῖτε q) ἀλλήλους, μήτε τοῖς ξύλοις παίετε· ἐπ' ἄλλα γὰρ ἴστε r) κεκλημένοι· καὶ νῦν ἔγωγε ἡ Φιλοσοφία, καὶ ἡ Ἀρετὴ αὕτη, καὶ ἡ Ἀλήθεια, δικάσομεν τίνες οἱ ὀρθῶς s) φιλοσοφοῦντές εἰσιν, εἶτα ὅσοι μὲν ἂν εὑρεθῶσι κατὰ τὰ ἡμῖν t) δοκοῦντα βιοῦντες, εὐδαιμονήσουσιν, ἄριστοι u)

p) *Οὔμενουν*] Sic rescripsi *Luciani* more servato, de quo ad Timon. c. 54. Varr. Lectt. Vetustae Edd. habent *Οὐ μὲν οὖν*, recentiores paullo rectius per se, sed longius etiam ab auctoris manu aberrantes *οὐ μὲν οὖν*. q) *ὠθεῖτε*] „*αἰτεῖτε* male ex Fl. Recte *ὠθεῖτε* P. et Edd." r) *ἴστε*] *ἔστε* 2954. ut interpretationes Latinae, quae vertunt: *ad alia enim vocati estis!* s) *τίνες οἱ ὀρθῶς*] *οἵτινες ὀρθῶς* 2954. unde *Bel.* vult *οἵ τινες οἱ ὀρθῶς*, qua emendatione non opus est. t) *ἡμῖν*] „Sic L. J. Par. *ὑμῖν* male Ex. H. Fl. S." *ὑμῖν* etiam A. 1. 2. et B. 1. u) *ἄριστοι*] *ἄριστα* 3011. perperam.

Stoic. Nugas agitis: meliores nos de Porticu.

Per. Nequaquam, sed quantum ad pecunias, primi nos esse debemus, de Ambulatione philosophi.

Epic. Nobis Epicureis placentas date et massas: de minis exspectabimus, et si accipiamus ultimi.

Acad. Ubi duo illa talenta? Ostendemus enim Academici, quantum reliquis simus contentiosiores.

Stoic. Nequaquam, nobis quidem Stoicis praesentibus.

Phil. Desinite rixarum. Vos vero, Cynici, ne impellite alii alios, neque baculis pulsate: ad alia enim scitote vos vocatos esse, et jam ego Philosophia, et Virtus haec, et Veritas cognoscemus, qui vestrûm vere philosophentur, deinde qui invenientur ex nostris placitis vivere, beati erunt, judicio nostro optimi. Impostores vero, et nihil ad

p. 611. κεκριμένοι. τοὺς γόητας δὲ, καὶ οὐδὲν ἡμῖν προςήκοντας, κακοὺς κακῶς ἐπιτρίψομεν, ὡς μὴ ἀντιποιοῖντο x) τῶν ὑπὲρ αὐτοὺς, ἀλαζόνες ὄντες. τί τοῦτο; φεύγετε, νὴ Δία, κατὰ τῶν γε κρημνῶν οἱ πολλοὶ ἀλλόμενοι; κενὴ δ' οὖν ἡ ἀκρόπολις· πλὴν ὀλίγων τούτων, ὁπόσοι μεμενήκασιν, οὐ φοβηθέντες
p. 612. τὴν κρίσιν.
45 Οἱ ὑπηρέται ἀνέλεσθε τὴν πήραν, ἣν ὁ Κυνίσκος ἀπέῤῥιψεν ἐν τῇ τροπῇ· φέρ' ἴδω τί καὶ ἔχει, ἤπου θέρμους, ἢ βιβλίον, ἢ ἄρτους τῶν αὐτοπυριτῶν;

ΠΑΡΡ. Οὔκ· ἀλλὰ χρυσίον τουτὶ, καὶ μύρον, καὶ μαχαιρίδιον θυτικὸν y), καὶ κάτοπτρον, καὶ κύβους.

ΦΙΛ. Εὖγε, ὦ γενναῖε, τοιαῦτά σοι ἦν τὰ ἐφόδια τῆς ἀσκήσεως· καὶ μετὰ τούτων ἠξίους λοιδορεῖσθαι ἅπασι, καὶ τοὺς ἄλλους παιδαγωγεῖν;

ΠΑΡΡ. Τοιοῦτοι μὲν οὖν z) ἡμῖν οὗτοι. χρὴ δὲ ὑμᾶς σκοπεῖν ὅντινα τρόπον ἀγνοούμενα ταῦτα πεπαύσεται, καὶ δια-

x) ἀντιποιοῖντο] ἀντιποιῶνται 2954. quod *Belinus* praetulit, aversatus, ut saepe alias, sed injuria, Optativum sine ἂν positum. Secutus eum *Schmiederus*. y) θυτικὸν] „κουρικὸν conjicit *Solan.* πυθικὸν *Brod.* Sed nihil a vulg. mutant Fl. B. 2. H. Par.“ θρυπτικὸν conj. *Bel.* probante *Bastio*, sed ὀνυχικὸν vel ὀνυχιστικὸν *Jacobs.* adsentiente viro quodam Anonymo. Omnino verba καὶ μαχαιρίδιον θυτικὸν absunt a 3011. et *Schol.* Sed vid. Adnot. z) οὖν] vulgo abfuit; nunc restitutum e 2954. et 3011. praeeunte *Schm.*

nos pertinentes malos male conteremus, ne superbia quadam ea, quae supra ipsos sunt, adfectent. Quid hoc? fugitis, per Jovem, per ipsa praecipitia desilientes multi. vacua igitur arx est, praeter paucos illos, qui remansere, nihil metuentes judicium. Famuli, tollite peram, quam minutus ille Cynicus in fuga abjecit. Age, videam, quid habeat? num forte lupinos, aut librum, aut panes ex atrorum genere?

Parrh. Non, sed hoc aurum, et unguentum, et cultrum ad sacrificiales epulas, et speculum, et tesseras.

Phil. Bonum factum, vir fortis. haec igitur tibi habebas exercitationis tuae viatica: his instructus postulabas maledicere omnibus, et reliquos disciplina continere?

Parrh. Tales quidem nobis hi sunt. Oportet autem vos videre, quemadmodum ista ignorari desinant, di-

γνώσονται οἱ ἐντυγχάνοντες, οἵτινες οἱ ἀγαθοὶ αὐτῶν [a]), καὶ p. 612.
οἵτινες αὖ πάλιν οἱ τοῦ ἑτέρου βίου· σὺ δὲ, ὦ Ἀλήθεια, ἐξεύ-
ρισκε, ὑπὲρ σοῦ γὰρ [b]) τοῦτο γένοιτ' ἂν, ὡς μὴ ἐπικρατῇ [c])
σου τὸ ψεῦδος, μηδὲ ὑπὸ τῇ ἀγνοίᾳ λανθάνωσιν οἱ φαῦλοι
τῶν ἀνδρῶν σε, τοὺς χρηστοὺς μεμιμημένοι [d]).

ΑΛΗΘ. Ἐπ' αὐτῷ, εἰ δοκεῖ, Παῤῥησιάδῃ [e]) ποιησώ- 46
μεθα τὸ τοιοῦτον [f]), ἐπεὶ χρηστὸς ὦπται καὶ εὔνους ἡμῖν, καὶ
σὲ, ὦ Φιλοσοφία, μάλιστα θαυμάζων, παραλαβόντα μεθ' αὑτοῦ
τὸν Ἔλεγχον, ἅπασι τοῖς φάσκουσι φιλοσοφεῖν ἐντυγχάνειν· εἶθ' p. 613.
ὃν μὲν ἂν εὕρῃ γνήσιον ὡς ἀληθῶς φιλοσοφίας [g]), στεφανωσάτω
θαλλοῦ [h]) στεφάνῳ, καὶ ἐς τὸ Πρυτανεῖον καλεσάτω. ἢν δέ τινι
(οἷοι πολλοί εἰσι) καταράτῳ ἀνδρὶ ὑποκριτῇ φιλοσοφίας ἐντύ-
χῃ, τὸ τριβώνιον περισπάσας, ἀποκειράτω τὸν πώγωνα ἐν χρῷ

a) αὐτῶν] εἰσὶ adjectum in 2954. probante *Belin.* b) γὰρ] γοῦν 2954. c) ἐπικρατῇ] ἐπικρατήσῃ 3011. d) σε, τοὺς χρηστοὺς μεμιμημένοι] „τε τοὺς χρηστοὺς μεμιμημένοι *Angl.* Sed σε τ. χ. μεμιμημένοι P. L. Vulgatam servant Edd. omnes.“ Vulgo scilicet, ut et in *Reitz.* Ed., ἐς τοὺς χρηστοὺς μεμιγμένοι. Sed quam nos, suadente *Belino* et praeeunte *Schmiedero*, dedimus lectionem, eam exhibent etiam 2954. 3011. et Gorl. e) Ἐπ' αὐτῷ, εἰ δοκεῖ, Παῤῥησιάδῃ] Ἐπ' αὐτῷ, εἰ δοκεῖ Παῤῥησιάδη (sine jota subscr.) B. 1. Sed in A. 1. 2. ἐπ' αὐτῷ εἰδοκεῖ (una voce) Παῤῥησιάδῃ, etc. Sed dudum haec emendata erant. f) τοιοῦτον] τοιοῦτο 2954. g) φιλοσοφίας] φιλόσοφον 2954. glossema, judice *Belino.* h) θαλλοῦ] „θαλοῦ J. Par. H. S. Fl.“ Sic et A. 1. 2. et B. 1. Sed θαλλοῦ 3011. et Gorl. ut paullo inferius θαλλῷ 2954. quae nos, auctore *Belino* et duce *Schmiedero*, recepimus. In Hermot. c. 68. θαλλῷ in plerisque legitur.

gnoscantque, qui in illos incidunt, qui illorum boni viri sint, et qui alterius sint vitae. Tu vero, Veritas, inveni: quandoquidem e tua hoc re fuerit, ne invalescat contra te mendacium, neque ignorantia quadam te lateant pravi homines bonos imitati.

Ver. Ipsi, si videtur, Parrhesiadae hoc permittamus, quandoquidem bonus vir deprehensus est, et nobis benevolus, et tuus, Philosophia, admirator maximus, ut, adsumto Elencho, cum omnibus agat, qui se dicunt philosophos. Deinde si quem invenerit germanum vere philosophiae, coronet eum oleagina corona, et in Prytaneum vocet. Si vero incidat in aliquem, quod genus multi sunt, exsecrabilem virum, philosophiae histrionem, detracto pallio, barbam illi in ipsa

p. 613. πάνυ τραγοκουρικῇ μαχαίρᾳ, καὶ ἐπὶ τοῦ μετώπου στίγματα ἐπιβαλλέτω, ἢ ἐγκαυσάτω κατὰ τὸ μεσόφρυον. ὁ δὲ τύπος τοῦ καυτῆρος [i]), ἔστω ἀλώπηξ, ἢ πίθηκος.

ΦΙΛ. [k]) Εὖγε, ὦ Ἀλήθεια· ὁ δ' ἔλεγχος [l]), ὦ Παῤῥησιάδη, τοιόςδε ἔστω, οἷος ὁ τῶν ἀετῶν [m]) πρὸς τὸν ἥλιον εἶναι λέγεται· οὐ μὰ Δία, ὥςτε κἀκείνους ἀντιβλέπειν τῷ φωτὶ, καὶ πρὸς ἐκεῖνο δοκιμάζεσθαι· ἀλλὰ προθεὶς χρυσίον, καὶ δόξαν, καὶ ἡδονὴν, ὃν μὲν ἂν αὐτῶν ἴδῃς [n]) ὑπερορῶντα, καὶ μηδαμῶς ἑλκόμενον πρὸς τὴν ὄψιν, οὗτος ἔστω, ὁ τῷ θαλλῷ [o]) στεφόμενος· ὃν δ' ἂν ἀτενὲς ἀποβλέποντα, καὶ τὴν χεῖρα ὀρέγοντα ἐπὶ τὸ χρυσίον, ἀπάγειν ἐπὶ τὸ καυτήριον τοῦτον, ἀποκείραντα πρότερον [p]) τὸν πώγωνα.

i) *καυτῆρος*] καυστῆρος 2954. male, inquit *Belinus*. Mox καυτήριον reperies, et in fine libelli καυστηρίων quidem vulgo legitur; sed tres Codd. suppeditant praestantiorem formam, quae et Pro Merc. Cond. c. 2. reperitur sine variatione, καυτηρίων. k) ΦΙΛ.] „Παρ. L. Nihil mutat Fl. etc." l) *Εὖγε, ὦ Ἀλήθεια· ὁ δ' ἔλεγχος*] Εὖ, ἐν ἀληθείᾳ φῄς· ὁ δὲ Ἔλεγχος 2954. turpiter depravata. ὁδ' Ἔλεγχος B. 1. m) *ἀετῶν*] αἰετῶν 2954. *Schm.* n) *ἴδῃς*] Sic *Bel.*, *Schm.* et *Jacobs.* ad ..*chill. Tat.* p. 503. e Codd. 2954. et Gorl. Cf. Hermot. c. 12. o) *θαλλῷ*] Sic cum *Schm.* e 2954. et Gorl. Cf. supra not. h). p) *πρότερον*] „προτοῦ Fl. Vulgatam servant Edd. e. P. πρότον Ex." Modo quod typorum errore in *Reitz.* Ed. est ἀποκρείναντα, tacite id emendarunt *Bipp.* Edd. Sed in Codd. 2954. et 5011. legitur ἀποκείραντας, et mox verba ὡς ἔδοξεν in priori Cod. Philosophiae verbis adjiciuntur, avulsa a Parrhesiadae sermone. Utraque mutatione corrumpitur integerrimus locus. *Belinus*, dum Pluralem praeferebat, non tenuit illum *tondentem* necessario non nisi unum Lucianum habendum esse, Pluralem vero non vidit omnino

cute eo genere cultri, quo capri tondentur, resecet, et stigmata fronti illius imponat, aut inter supercilia inurat: typus autem cauteris vulpes esto, aut simia.

Phil. Bene ista, Veritas: examen autem, Parrhesiade, tale erit, quale aquilarum ad solem esse dicitur: non sane ut et illi adversus lumen contueantur, et ad illud examinentur. Sed auro proposito, et gloria, et voluptate, quem illorum videris despicere ista, et nequaquam ad speciem illam trahi, hic esto illo ramo olivae coronandus: quem vero fixis oculis respicere, et manum ad aurum porrigere, hunc vero ad cauterium memento, detonsa prius barba, ducere.

ΠΑΡΡ. Ὡς ἔδοξεν, ἔσται ταῦτα, ὦ Φιλοσοφία, καὶ ὄψει αὐτίκα μάλα [q]) τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ἀλωπεκίας, ἢ πιθηκοφόρους, ὀλίγους δὲ καὶ ἐστεφανωμένους [r])· εἰ βούλεσθε μέντοι κἀνταῦθα ἀνάξω τινὰς ὑμῖν, νὴ Δί', αὐτῶν [s]). p. 614. 47

ΦΙΛ. Πῶς λέγεις; ἀνάξεις τοὺς φυγόντας;

ΠΑΡΡ. Καὶ μάλα, ἤνπερ ἡ ἱέρειά μοι ἐθελήσῃ [t]) πρὸς ὀλίγον χρῆσαι τὴν ὁρμιὰν ἐκείνην καὶ τὸ ἄγκιστρον, ὅπερ [u]) ὁ ἁλιεὺς ἀνέθηκεν ὁ ἐκ Πειραιῶς.

ΙΕΡ. Ἰδοὺ δὴ λαβὲ, καὶ τὸν κάλαμόν γε ἅμα, ὡς πάντ' ἔχοις.

ΠΑΡΡ. Οὐκοῦν, ὦ ἱέρεια, καὶ ἰσχάδας μοί τινας δὸς ἀνύσασα, καὶ ὀλίγον τοῦ χρυσίου.

ΙΕΡ. Λάμβανε.

ΦΙΛ. Τί πράττειν ἀνὴρ διανοεῖται;

non necti cum reliquis posse. Verba autem ὡς ἔδοξεν cum praecedentibus nexa, quemadmodum ea *Schmiederus*, *Belini* consilium secutus, dedit, admodum inficete ac sinistre se habent; nisi paullo majori ante interpunctione facta scribere velis: ὧς ἔδοξεν. At nusquam hercle minus de emendandis Edd. cogitandum erat, quam h. l. q) μάλα] μάλιστα 2954. r) ἐστεφανωμένους] ἐστεφανομένους B. 1. operarum culpa. s) ἀνάξω τινὰς ὑμῖν, νὴ Δί', αὐτῶν] ὑμῖν ἀνάξω τινὰς αὐτῶν 2954. prave mutilata. t) ἐθελήσῃ] Vulg. ἐθέλῃ, et supra ἦν, quae nos, *Belino* et *Schmiedero* obsecuti, mutavimus praeeuntibus Codd. 2954. et 3011. u) ὅπερ] „ὥπερ J. sola.“ Accepit *Juntina* ab A. 2. et probavit *Solanus*. At vid. Adnot. Deinceps Articulus ὁ in *Reitz*. Ed. imprudenter omissus, sed a recentt., ut par erat, restitutus.

Parrh. Fient ista, ut vobis visum est, Philosophia, et videbis confestim vulgus illorum, vulpe notatos aut simia; sed paucos quosdam etiam videbis coronatos. Verum si vultis, etiam huc profecto quosdam illorum vobis extraham.

Phil. Quid? tu fugientes huc retrahes?

Parrh. Ego vero, si *quidem* antistes velit paullum mihi commodare lineam illam cum hamo, quem piscator ex Piraeeo dedicavit.

Ant. En tibi, cape, una cum arundine, ut habeas omnia.

Parrh. Ergo fac, Antistes, ut mihi des etiam caricas aliquot, et pauxillum auri, *quo negotium absolvatur.*

Ant. Cape.

Phil. Quid facere vir cogitat?

p. 614. *ΙΕΡ.* [x]) *Δελεάσας τὸ ἄγκιστρον ἰσχάδι, καὶ χρυσίῳ* [y]),
p. 615. *καθεζόμενος* [z]) *ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ τειχίου, καθῆκεν* [a]) *ἐς τὴν πόλιν.*

ΦΙΛ. [b]) *Τί ταῦτα, ὦ Παῤῥησιάδη, ποιεῖς; ἦπου τοὺς λίθους ἁλιεύσειν* [c]) *διέγνωκας ἐκ τοῦ Πελασγικοῦ;*

ΠΑΡΡ. Σιώπησον, ὦ Φιλοσοφία, καὶ τὴν ἄγραν περίμενε· σὺ δὲ, ὦ Πόσειδον [d]) *ἀγρεῦ, καὶ Ἀμφιτρίτη φίλη,*
48 *πολλοὺς ἡμῖν ἀνάπεμπε τῶν ἰχθύων. Ἀλλ᾽ ὁρῶ τινα λάβρακα εὐμεγέθη, μᾶλλον δὲ* [e]) *χρύσοφρυν.*

ΕΛΕΓ. [f]) *Οὐκ· ἀλλὰ γαλεός ἐστι· προςέρχεται* [g]) *δὴ τῷ ἀγκίστρῳ κεχηνώς. ὀσφρᾶται* [h]) *τοῦ χρυσίου, πλησίον ἤδη* [i]) *ἐστίν· ἔψαυσεν, εἴληπται, ἀνασπάσωμεν.*

ΠΑΡΡ. Καὶ σὺ, ὦ Ἔλεγχε [k]), *νῦν ξυνεπιλαβοῦ* [l]) *τῆς*

x) *ΙΕΡ.*] „L. J. B. 2. Et sic emendare jussit *Solan.* Deest plane in P. *ΠΑΡΡ.* Edd. reliqq.“ y) *χρυσίῳ*] *τῷ χρυσίῳ* 2954. statim *Belin.* vult *τῇ ἰσχάδι καὶ τῷ χρυσίῳ.* z) *καθεζόμενος*] *καθίσας* 2954. a) *καθῆκεν*] „*καθήκειν* Al. *Marc.*“ b) *ΦΙΛ.*] „Deest in P. Comparet in Edd.“ c) *ἁλιεύσειν*] „Vid. *Thom. Mag.*“ De Futuro vid. ad c. 27. d) *ὦ Πόσειδον*] Priorem vocem cum *Belin.* et *Schm.* praefiximus e 2954. e) *δὲ*] „*σε* Ex. Fl. Prius vero etiam habet P. cum reliquis.“ f) *ΕΛΕΓ.*] „Deest in P.“ *Ἐλεγ.* in utraque Ald. *Ἐλ.* in B. 1. g) *προςέρχεται*] *πρόςεισι* 2954. *Belin. Schm.* ut infra cap. seq. h) *ὀσφρᾶται*] „*ὡς φέροιτο* Coll. Edd. vulgatam servant.“ Cf. Adnot. ad Schol. i) *ἤδη*] *δ᾽ ἤδη* 2954. k) *Καὶ σὺ, ὦ Ἔλεγχε*] *καὶ σὺ ἀνασπᾷ* (forte *ἀνάσπα*) *Ἔλεγχε* 2954. quae jure suo reprobat *Bel.* l) *ξυνεπιλαβοῦ*] „*ἐπιλαβοῦ* Fl. male. Nihil mutat H. Par. et P. nec ceterae.“ *συνεπιλαβοῦ* 2954.

Ant. Escam hamo impositam ficum et aurum, sedens ipse in lorica muri demisit versus urbem.

Phil. Quorsum haec facis, Parrhesiade? Numquid lapides piscari cogitas e Pelasgico?

Parrh. Tace, quaeso, Philosophia, et capturam exspecta. Tu vero, piscator Neptune, et tu, cara Amphitrite, multos nobis huc mitte pisces. Verum video lupum speciosum, aut potius Chrysophryn.

Elen. Non: sed mustelus est. Accedit sane ad hamum hians. jam auri odorem captat. prope jam est, attigit. captus est. extrahamus!

Parrh. Et tu, Elenche, manum lineae admove. Jam

ὁρμιᾶς· ἄνω ἐστί· φέρ᾽ ἴδω τίς εἶ, ὦ βέλτιστε ἰχθύων; κύων [m]) p. 615.
οὗτός γε. Ἡράκλεις, τῶν ὀδόντων! τί τοῦτο, ὦ γενναιότατε [n]); p. 616.
εἴληψαι λιχνεύων περὶ τὰς πέτρας, ἔνθα λήσειν [o]) ἤλπισας, ὑποδεδυκώς; ἀλλὰ νῦν ἔσῃ φανερὸς ἅπασιν, ἐκ τῶν βραγχίων ἀπηρτημένος· ἐξέλωμεν τὸ δέλεαρ, καὶ τὸ ἄγκιστρον τουτί. κενόν σοι τὸ ἄγκιστρον· ἡ δ᾽ ἰσχὰς ἤδη προσέσχηται [p]), καὶ τὸ χρυσίον ἐν τῇ κοιλίᾳ [q]).

ΔΙΟΓ. Νὴ Δία ἐξεμεσάτω [r])· ὡς δὴ καὶ ἐπ᾽ ἄλλους δελεάσωμεν.

ΠΑΡΡ. Εὖ ἔχει· τί φῂς, ὦ Διόγενες; οἶσθα τοῦτον ὅστις ἐστὶν, ἢ προσήκει σοί τι ἁνήρ;

ΔΙΟΓ. Οὐδαμῶς.

ΠΑΡΡ. Τί οὖν; πόσου ἄξιον αὐτὸν χρὴ φάναι; ἐγὼ μὲν γὰρ δύ᾽ ὀβολῶν πρώην αὐτὸν ἐτιμησάμην.

m) κύων] „Sic recte L. Deest in *Angl.* et P. Edd. J. H. Par. S. et ceterae omnes αὕων male. *Vo.* forte χαίνων. ἀνύων Ex.“ Ceterum haec verba: κύων οὗτός γε. *Elencho* tribuit mallet *Schmiederus*, et quae sequuntur: Ἡράκλεις etc. rursus *Parrhesiadae* adscribi; quae ratio nemini facile probabitur. n) ὦ γενναιότατε;] In Edd. B. 1. A. 1. 2. nulla hic distinctionis nota reperitur. o) λήσειν] „*Gronov.* ληΐζειν, male. vid. nott.“ Certe ληΐσειν exspectabatur. At non opus est emendatione, quamquam et *Seyboldus* ei favisse videtur. p) προσέσχηται] „Sic H. Fl. B. 2. S. Ita adnotat *Solan.* Sed quid opus est, cum aliam lect. non proferat aliunde?“ q) ἐν τῇ κοιλίᾳ] μὰ Δί᾽ ἔπιεν addit 2954. male. r) Νὴ Δία ἐξεμεσάτω] Sic dedi verba, partim vulgatam lectionem, Μὰ Δία ἐξεμεσάτω, partim Codicis 2954. Ἐξεμησάτω νὴ Δί᾽, ὡς καὶ ἐπ᾽ ἄλλ. secutus. *Schmiederus* et *Belinus*: Ἐξεμεσάτω νὴ

supra est. Age, videam, quis es, piscium optime? Canis hic quidem est. Hercules! qui dentes! Quid hoc, vir bone, captus es, gulam dum sectaris circa petras, ubi putabas subeundo te latere posse? Sed nunc manifestus eris omnibus, suspensus e branchiis. Eximamus escam, et hamum huncce. vacuus jam tibi hamus, ficus jam insedit, et aurum descendit in ventrem.

Diog. Per Jovem evomat, ut ea ad alios etiam esca utamur.

Parrh. Bene habet. Quid ais, Diogenes? nostin hunc, quis sit, et ad tene aliqua ratione hic vir pertinet?

Diog. Minime.

Parrh. Quid igitur? Quanti illum aestimare par est? equidem duobus illum obolis nuper indicavi.

p. 616. *ΔΙΟΓ.* Πολὺ [s]) λέγεις· ἄβρωτός τε γάρ ἐστι, καὶ εἰδεχθὴς, καὶ σκληρὸς, καὶ ἄτιμος· ἄφες αὐτὸν ἐπὶ κεφαλὴν κατὰ τῆς πέτρας [t])· σὺ δὲ ἄλλον ἀνάσπασον, καθεὶς τὸ ἄγκιστρον· ἐκεῖνο μέντοι ὅρα, ὦ Παῤῥησιάδη, μὴ καμπτόμενός σοι ὁ κάλαμος ἀποκλασθῇ.

ΠΑΡΡ. Θάῤῥει, ὦ Διόγενες· κοῦφοί εἰσι, καὶ τῶν ἀφυῶν [u]) ἐλαφρότεροι.

ΔΙΟΓ. Νὴ Δία, ἀφυέστατοί γε· ἀνάσπα δὲ ὅμως.

p. 617. 49 *ΠΑΡΡ.* Ἰδού· τίς ἄλλος οὗτος ὁ πλατὺς [x]), ὥσπερ ἡμίτομος ἰχθὺς προσέρχεται [y]); ψῆττά [z]) τις κεχηνὼς ἐς τὸ ἄγκιστρον, κατέπιεν, ἔχεται.

ΔΙΟΓ. Ἀνασπάσθω. τίς ἐστιν [a]);

ΕΛΕΓ. Ὁ Πλατωνικὸς εἶναι λέγων.

ΠΛΑΤ. [b]) Καὶ σὺ, ὦ κατάρατε, ἥκεις ἐπὶ τὸ χρυσίον;

Δί', ὡς δὴ καὶ etc. strictius ad Codicis exemplum. *Pirckheym.* *At per Jovem evomuit;* festinantius scilicet inspexerat textum. s) *πολὺ*] *πολλοῦ Reitz.* et recentt. e P. et L. Nos lectionem omnium vett. editionum, quae et Codicum 2954. et 3011. est, restituendam putabamus. t) *ἐπὶ κεφαλὴν κατὰ τῆς πέτρας*] Sic cum *Belin.* et *Schm.* rescripsi e 2954. pro vulg. *κατὰ τὴν κεφαλὴν ἀπὸ τῆς πέτρας.* u) *τῶν ἀφυῶν*] *τῆς ἀφυῆς* (potius *ἀφύης*) 2954. x) *οὗτος ὁ πλατὺς*] *ὑπόπλαττος* 2954. mendose. y) *προσέρχεται*] *πρόσεισι* 2954. *Bel. Schm.* ut praeced. cap. z) *ψῆττα*] „*ψιττὰ* Fl. a) *τίς ἐστιν*] „*Ελ.* ante *τίς* hic inserit P.“ Omnem loci formam varie descriptam qua ratione, quibusque auctoribus, mutaverim, vid. in Adnot. b) *ΠΛΑΤ.*] „Personam *ΠΑΡΡ.* hic habet J. Sed reliquae consentiunt in *ΠΛ.*“ Cum Junt. con-

Diog. Multum narras: neque enim edulis est, et horridus adspectu, et durus, et nullius pretii. Demitte illum per petram praecipitem: tu vero alium hamo demisso extrahe. Illud tamen vide, Parrhesiade, ne inflexa tibi arundo frangatur.

Parrh. Noli metuere, Diogenes: leves enim sunt, et minoris, quam apuae, ponderis.

Diog. Ita sane: maxime sunt cognati apuis, infelicissimi ingenii homines. Sed tamen extrahe.

Parrh. Vide, quis alius ille latus [*Platys*] et quasi dimidiatus piscis accedit? Passer est hians ad hamum: deglutiit: tenetur.

Diog. Extrahatur. quisnam est?

Elen. Platonicum se dicit.

Plat. Et tu, sacerrime, ad aurum venis?

ΠΑΡΡ. c) Τί φὴς, ὦ Πλάτων; τί ποιῶμεν αὐτόν; p. 617.

ΠΛΑΤ. Ἀπὸ τῆς αὐτῆς πέτρας καὶ οὗτος.

ΔΙΟΓ. Ἐπ' ἄλλον καθείσθω. 50

ΠΑΡΡ. Καὶ μὴν ὁρῶ τινα πάγκαλον προσιόντα, ὡς ἂν ἐν βυθῷ δόξειε, ποικίλον d) τὴν χρόαν, ταινίας τινὰς ἐπὶ τοῦ νώτου ἐπιχρύσους ἔχοντα. ὁρᾷς, ὦ Ἔλεγχε; ὁ τὸν Ἀριστοτέλην προσποιούμενος, οὗτός ἐστιν· ἦλθεν, εἶτα πάλιν ἀπενήξατο e). περισκόπει f) ἀκριβῶς, αὖθις ἐπανῆλθεν, ἔχανεν, εἴληπται, ἀνιμήσθω.

ΑΡΙΣΤ. Μή ἀνέρη g) με περὶ αὐτοῦ, ὦ Παῤῥησιάδη, ἀγνοῶ γὰρ ὅστις ἐστίν.

ΠΑΡΡ. Οὐκοῦν καὶ οὗτος, ὦ Ἀριστότελες h), κατὰ τῶν πετρῶν i).

ΔΙΟΓ. Ἀλλ' ἣν ἰδοὺ k) πολλούς που τοὺς ἰχθῦς ὁρῶ p. 618. 51

sentit Ald. 1. cum reliquis A. 2. et B. 1. c) *ΠΑΡΡ.*] „Deest in J. Sed *ΕΛ.* legit L. *ΠΑΡΡ.* vero habent Edd. Ald. Par. B. 2. Amst. S.“ d) ποικίλον] ποικίλην 3011. male, judice *Belin.* e) ἀπενήξατο] ἄπεισι 2954. „glossema.“ *Belin.* f) περισκόπει] περισκοπεῖ conj. *Seyb.* non inepte: neque tamen mutatione opus est. g) ἀνέρη] ἔρη 3011. „minus bene.“ *Bel.* h) ὦ Ἀριστότελες] Priorem voculam cum *Schm.* praemisi e 2954. i) πετρῶν] Post haec Parrhesiadae verba, interrogative sumta, inserit *Pirckheymerus* Aristotelis responsum: *Et maxime.* Legisse itaque, aut, quod magis placet, supplevisse ipse, videtur: *Αρ.* Καὶ μάλα. Male: non interrogat enim Parrhesiades. k) ἣν ἰδοὺ] „ἠνιδοὺ *Schol. Al.* ἣν ἰδοὺ Fl. Ἰδοὺ Edd. reliquae et P.“ Cum *Scholiasta* et Fl. faciunt 2954. *Belin. Schm. Reitzius* retinuerat merum ἰδού.

Parrh. Quid ais, Plato? quid illo faciemus?

Plat. De eadem petra hic etiam.

Diog. In alium jam demittatur hamus.

Parrh. Et sane video quendam undique pulchrum accedere, ut in profundo videri potest, vario colore, taenias quasdam per tergum aureas habentem. Vides, Elenche, hic est, qui Aristotelis se esse praedicat. Accessit: deinde rursus renatat: cum cura respice: denuo redit: hiat, captus est: extrahatur!

Arist. Noli me de illo interrogare, Parrhesiade: ignoro enim, quis sit.

Parrh. Igitur hic quoque, o Aristoteles, de rupe ibit praeceps.

Diog. Sed ecce multos illic pisces video, eodem lo-

p. 618. κατὰ ταυτὸν ὁμοχρόας [l]), ἀκανθώδεις, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἐκτετραχυσμένους, ἐχίνων [m]) δυςληπτοτέρους· ἦπου [n]) σαγήνης ἐπ' αὐτοὺς δεήσει; ἀλλ' οὐ πάρεστιν. ἱκανὸν εἰ κᾂν ἕνα τινὰ ἐκ τῆς ἀγέλης ἀνασπάσαιμεν· ἥξει [o]) δὲ ἐπὶ τὸ ἄγκιστρον δηλαδὴ, ὃς ἂν αὐτῶν θρασύτατος ᾖ.

ΕΛΕΓ. Κάθες [p]), εἰ δοκεῖ, σιδηρώσας γε πρότερον ἐπιπολὺ τῆς ὁρμιᾶς, ὡς μὴ ἀποπρίσῃ τοῖς ὀδοῦσι, καταπιὼν τὸ χρυσίον.

ΠΑΡΡ. Καθῆκα. σὺ δὲ, ὦ Πόσειδον, ταχεῖαν [q]) ἐπιτέλει τὴν ἄγραν. βαβαὶ, μάχονται περὶ τοῦ δελέατος· καὶ οἱ μὲν, ξύναμα [r]) πολλοὶ περιτρώγουσι τὴν ἰσχάδα· οἱ δὲ, προςφύντες, ἔχονται τοῦ χρυσίου. εὖ ἔχει. περιεπάρη τις μάλα καρτερός. φέρ' ἴδω τίνος ἐπώνυμον σεαυτὸν εἶναι λέγεις; καίτοιγε-

l) ὁμοχρόας] Correxi omnium Edd. vitium ὁμόχροας. m) ἐχίνων] „Suffragatur L. et Fl. et J. Par. aliaeque Ἐχΐων H.“ ἐχίων B. 1. A. 1. 2. n) ἦπου] Restitui pro ἤπου, quod *Reitz.* habet et recentt., veterem scripturam B. 1. A. 1. 2. ἦπου simul cum interrogationis signo post δεήσει, quod servavit B. 1. Vid. supra c. 47. Diall. Mortt. IX, 4. XXVII, 9. Timon. c. 7. o) ἥξει] *Pirckh. accessit.* Legit itaque ἥκει, nisi negligentia fuit interpretis; sententia certe haec foret absurdissima. p) κάθες] Id. *conside*, ac deinde καθῆκα, *desedi*; foede huc transverso verbo καθῆσθαι. q) ταχεῖαν] „ταχείαν post Πόσειδον inserit *Angl.* Ms. Gr. et P. Abest autem ab Edd.“ Restituit *Schm.* monente *Belino* e Codd. commemoratis et 2954. qui tamen omittit ἐπιτέλει, et recte scribit ταχεῖαν, non, ut *Schmiedero* placuit, ταχείαν. Cf. *Schol.* ibique not. r) ξύναμα] Vulg. ξυνάμα. Transposui accentum, linguae legibus certissimis obsecutus, quod et alibi factum in hac voce.

co concolores, spinosos, exasperata facie, echinis captu difficiliores. Numquid sagena ad illos opus erit? verum ad manus non est: satis fuerit, vel unum de grege si extraxerimus. Veniet autem ad hamum, qui illorum erit audacissimus.

Elen. Demitte, si videtur, ferrata prius probe linea, ne auro devorato dentibus illam serratis resecet.

Parrh. Demisi: tu vero, Neptune, *cito* piscatum perfice. Vah! pugnant de esca: et alii quidem, simul multi ficum arrodunt, alii vero mordicus tenent aurum. Bene habet. Trajectus est hamo unus robustissimus. Age, videam: cujus nomine te dictum ais? quamquam ridiculus equidem sum, qui

λοῖός γέ [s]) εἰμι ἀναγκάζων ἰχθῦν λαλεῖν· ἄφωνοι γὰρ αὐτοί [t]). p. 618.
ἀλλὰ σὺ, ὦ Ἔλεγχε, εἰπὲ ὅντινα ἔχει διδάσκαλον (αὐτοῦ [u])).

ΕΛΕΓ. Χρύσιππον τουτονί.

Pag. 300. l. 6. φόρους] μερισμοὺς, φορολογίας [g]). G.

Pag. 302. l. 8. τὴν λευκὴν παρὰ σοῦ] Δύο γὰρ ψῆφοι τοῖς νικῶσιν ἀνέκειντο, λευκὴ καὶ πλήρης, ὥςπερ τοῖς ἡττωμένοις [h]) ἡ μέλαινα καὶ ἡ τετρυπημένη. V.

Ead. l. 11. οὐ φροντὶς Ἱππ....] Παροιμία ἐπὶ τῶν ἄγαν καταφρονούντων τινὸς καὶ ἀπεριμερίμνως διακειμένων. V. (In V. erat ἀπεριμερί·)

---

tim ab initio aliquid saltem dicet ineptus *Luciani* adversarius, si eum scripsisse fingas: Εἴ τί σε ἄλλο, ταῦτα etc. Deinde quid voce προθυμηθέντι facias? Quid tota enuntiatione sequente? Verum non multum videmur lucraturi esse, si totos nos in hujus hominis mentem insinuare conaremur. *Lehm.*

*) ὑπερτερεῖ] Lege ὑπερφέρει. *Hemst.* Facilem se praebuit *Schmiederus* ad obsequendum tanti viri consilio. Verum nec ὑπερτερεῖν insolens est verbum, ubi velis, *praestantiorem esse. Lehm.*

e) φιλοσοφίας] „Μισθοφορίας legendum monuit *Hemsterhusius.*" Neque hoc *Schmiederus* dedignatus est recipere, aliquo saltem jure. *Lehm.*

f) Ἀνακενδάξιδος] Hic latet nomen Ἀνακυνδαράξου, potius Sardanapali: vid. Schol. ad Jov. Trag. c. 48. *Hemst.* Neque tamen ita multo clarior fit sententia ipsa, sub aliis quoque illa vitiis scribendi latens. *Lehm.*

g) φορολογίας] φωρωλογίας *Reitz.* Sed mutarunt *Bip.* et *Schm. Lehm.*

h) ἡττωμένοις] ἡττομένοις vitiose priores Edd. *Lehm.*

AD APOLOGIAM PRO LAPSU IN SALUTANDO.

Pag. 303. l. 3. ἐπήρειαν] βλάβην. V.

Ead. l. 8. ἐγὼ δὲ ὁ χρυσοῦς ἐπιλαθόμενος] Αἳ γάρ τοι τῶν παλαιῶν προσρήσεις αἳ μὲν ἑωθιναὶ, χαῖρε, αἳ δὲ ἑσπεριναὶ [a]), ὑγίαινε. V.


Pag. 305. l. 10. παρ' ἀλλήλων] ἀντὶ τοῦ, ἀπ' ἀλλήλων, ἡ παρὰ ἀντὶ τῆς ἀπό. V.

Pag. 306. l. 9. ἀπὸ Σφακτηρίας] Τόπος Λακωνικός. V.

Pag. 307. l. 4. ὡς μοχθηρὸν] Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ· Χαίρειν μὲν ἡμῖν ἐστιν, ὦ ἄνδρες δημόται, Ἀρχαῖον ἤδη προσαγορεύειν καὶ σαπρόν. V.

Pag. 308. l. 6. πεντάγραμμον] Pentagramma dicitur, quod quinque literis constet, Pythagorae figura, qua hodie contra fascinationes utuntur. Figura constat ex tribus triangulis, quorum latera deserviunt sibi invicem. Et trinitatis, quae est in Divinis, puto, vis exprimebatur. Fitque figura uno tractu calami. Omnia autem ad Numeros Pythagoras referebat. Et appellatur signum Sanitatis. G.

Τὸ πεντάγραμμον] Ὅτι τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγόμενον πεντάλφα σύμβολον ἦν πρὸς ἀλλήλους Πυθαγορείων [b]) ἀναγνωστικὸν, καὶ τούτῳ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἐχρῶντο, ὅ ἐστι τοῦτο


[c]). V.

Ead. l. 9. οὔτε δὲ τῷ εὖ πράττειν οὔτε τῷ χαίρειν, πάντως καὶ τῷ ὑγιαίνειν] Ὅτι τὸ etc. Πυθαγορείοις ἀναγνωριστικὸν etc. G. (et addunt, quaere in Luciani Impresso.)

Ead. l. 10. τετρακτὺν] Quaere in aureis carminibus et commentariis. G.

Pag. 310. l. 5. Σκολιὸν] Τὸ σκολιὸν τοῦτο Σιμωνίδης ἐποίησεν. ἔχει οὕτως αὐτοτελὲς [d]), Ὑγιαίνειν [e]) μὲν ἄριστον θνη-

---

a) ἑσπεριναὶ] In prioribus ἑσπέριναι, inverso accentu. *Lehm.*

b) Πυθαγορείων] Coll. *Πυθαγορείοις ἀναγνωριστικόν.* *Solan.*

c) Deerat in impresso figura, quam oculis subjicimus. *Solan.*

d) αὐτοτελὲς] „*Αὐτολέξει* Exc. G. et C."

e) Ὑγιαίνειν] Hoc *scolion* citant *Plato* in *Gorgia*, *Clem. Alexandr.* Strom. lib. III. et *Athenaeus* lib. XV. paullo aliter quidem.

τῷ ἀνδρὶ, Δεύτερον δὲ φυὰν καλὸν γενέσθαι, Τρίτον πλουτέειν ἀδόλως, Καὶ τέταρτον ἡβᾷν μετὰ τῶν φίλων. Σκολιὸν, ἡ παροίνιος ᾠδὴ, ὥς καὶ Δικαίαρχος ἐν τῷ περὶ μουσικῆς. δύο γένη ἦν ᾠδῶν. τὸ μὲν ὑπὸ πάντων ᾀδόμενον καθ' ἕνα ἑξῆς· τὸ δὲ ὑπὸ τῶν συνετωτάτων, ὡς ἔτυχε τῇ τάξει· ὃ δὴ καλεῖται διὰ τὴν τάξιν σκολιόν. Ὡς δὲ Ἀριστόξενος καὶ Φίλων ὁ μουσικὸς, ὅτι ἐν τοῖς γάμοις περὶ μίαν *) τράπεζαν πολλὰς κλίνας τιθεῖσι παρὰ μέρος, ἑξῆς μυρσίνας f) ἔχοντες ᾖδον γνώμας καὶ ἐρωτικὰ σύντονα. ἡ δὲ περίοδος σκολιὰ ἐγένετο διὰ τὴν θέσιν τῶν κλινῶν. V.

Pag. 311. l. 3. ἄλλῳ ἥλῳ ἐκκρούειν τὸν ἧλον] Παροιμία ἐπὶ τῶν ἀτόπως τὰ ἄτοπα ἰᾶσθαι κατασπευδόντων. V.

Ead. l. 6. ἐν Ἰσσῷ] πόλει. V.

Pag. 316. l. 3. τοῦ μεγίστου, ἀδίκως συκοφαντούμενον ἄνθρωπον g). G.

---

sed eodem prorsus sensu. Vid. fragmenta Lyricorum ab *H. Stephano* collecta. Caeterum haec observatio Scholiastae nostri circa carmina, quae *Scolia* dicebantur, totidem fere verbis habetur apud *Suidam*, unde crassissima aliquot menda ex nostro sustulimus, inter quae erat omissio vocis τράπεζαν, et quod pro κλινῶν legeretur κοιτῶν. At quod legitur hic *Philon*, cum sit apud *Suidam Phyllis*, reliquimus, quod non constet, utra harum lectionum alteri sit praeferenda. *Cleric.*

*) περὶ μίαν] Exc. G. παρὰ μίαν π. κ. τιθέντα. *Solan.*

f) μυρσίνας] „Ita pro μυρίνας, quod in vulgato erat, dedit *Solanus.*" In *Suida* tamen est μυρίνας. *Lehm.*

g) Nihil aliud in hoc Scholio reperio, quam repetitionem verborum *Luciani*; ideo tamen additur, ut adpareat, ea eodem modo ab Scholiaste lecta esse, quo in Edd. leguntur. Num vero eorum expositio exciderit, nescio. *Reitz.*

ADNOTATIONES

IN NECYOMANTIAM.

Pag. 3. l. 2. *NEKYOMANTIA*) De hoc opusculo addubito. Certe si genuinum sit, a juniore *Luciano* scriptum esse multa arguunt critico illo naso non satis digna. Ut enim demus, non fugisse eum in Dialogis Mortuorum jam saepius dicta repetere, cum ad damnatos in inferis ventum est, *publicanos* inter eos recenseri audies; audies *igne torreri* quosdam; *reges stipem colligentes*, aut vilissima quaeque praestantes ministeria; et alia scurrae faceto et eleganti *Luciano* non satis convenientia. Ab aliquo scriptum puto, qui *Lucianum* legerat. Scripserat Menippus inter alia *Νεκυίαν*· *Diogen. Laërt.* p. 162. D. Vide, an hanc malis *Menippi*, quam *Luciani* opus esse. Quamquam haec ficta, sciendum tamen, fuisse iis temporibus, qui magiae serio dabant operam. Vid. *Tacit.* Ann. II, 27. Solan. Adsentiuntur e recentioribus *Belinus*, *Wielandius*, *Jacobsius* in Porson. Adverss. p. 288. et *Schmiederus*. Neque sane injuria. Sive enim rei, vel rerum, inventionem, sive orationis formam, colorem et cursum, spectes, non modo imitationis, verum hic illic etiam ineptae et putidae cujusdam imitationis, vestigia apparent luculentissima; adeo, ut ne a juniore quidem Luciano is libellus compositus videri possit, nisi credas, se ipsum illudere voluisse Lucianum, qui idem consilium paene eadem via in hac Necyomantia et in Icaromenippo, quem equidem vere Lucianeum habeo, persecutus sit: nam utriusque hujus libelli eadem prorsus est natura, eadem facies; praeterquam quod ille Menippus, quo sui aevi philosophastros denudet, Icari instar ad sidera evolat, hic velut Ulysses in Orcum descendit. Atque ut in Icaromenippo nihil facile reperitur, quo offendaris, ita in Necyomantia in varia incidas, vel in se inepta et absurda, vel cum vere Lucianeis, vel adeo secum ipsa pu-

gnantia. Pertinent huc, quae *Solanus* et *Wielandius* partim tetigerunt, e. g. satrapae et reges in Orco mendicantes, calceamenta consuentes etc. c. 17. — quam fictionem satis ridicule simul ac vere ipse auctor deinde *ἄτοπον* dicit, *καὶ μικροῦ δεῖν ἄπιστον*, sinistre imitatus Icarom. c. 5. Cf. Somn. s. Gall. c. 24. — porro populi scitum umbrarum in regno inferno, alias mere monarchico c. 19., deinde Tiresias vates de dignissima vitae ratione consultus c. 21. propterea scilicet, quod et Ulysses Homericus in Orcum descenderat, consultum de futuris fatis suis. Cf. de Astrol. c. 24., et alia. Quibus adde Cerberum eodem temporis momento in alio loco, c. 10., ut fere Luciano fingitur, custodem Orci, in alio, c. 14., carnificem, ad normam quidem Catapl. c. 28., porro Chimaeram, cui nunc, c. 13., adligantur malefici, tanquam rupi vel rotae: nunc, c. 14., objiciuntur iidem dilacerandi, tamquam monstro voraci, ut Diall. Mortt. XXX, 1. Praeterea attente legas philosophorum descriptionem c. 4. et 5., comparatam cum Icarom. c. 4. et 5., imprimis mire affectatam illam et inconcinnam prioris loci gradationem: *καὶ τὸ πάντων δεινῶν ἀτοπώτατον* (quomodocunque haec legas) etc. et deinceps: *ἔτι δὲ πολλῷ τοῦτο ἐκείνων ἀτοπώτερον*. Ad hoc compara loca de Sardanapalo et Mida Nec. c. 18. et Diall. Mortt. II., de Thersite et Nireo Nec. c. 15. et Diall. Mortt. XXV., de Trophonii spelunca et oraculo Nec. fin. et Diall. Mortt. III., de Mausoli sepulchro Nec. c. 17. et Diall. Mortt. XXIV., de Socrate Nec. c. 18. et Diall. Mortt. XX, 4. sq. Denique vide, quomodo placeant imagines quaedam ex ipso Luciano aliquando lecto, non intellecto, petitae, ut Danaës c. 2. cf. Timon. c. 13. coecitatis c. 21. cf. Char. c. 1. fin., et voces quaedam ac phrases in eodem fere numero habendae, ut *ἄνδρες πολυτελεῖς* c. 16. cf. Jov. Trag. c. 8. et 11. et similiter Timon. c. 13., *κάτω νενευκότες* c. 12. cf. Somn. s. Vit. Luc. c. 13. et de Merc. Cond. c. 23. *προσκυνεῖσθαι περιμένοντες* c. 12. cf. Nigrin. c. 21. *ὑπουργητέον καὶ ταῦτά σοι* etc. c. 3. in. cf. Char. c. 2., *οὐδεμία μηχανὴ τοῦ διαφυγεῖν* c. 2. cf. Pisc. c. 4., et multa alia e Nigrino, Timone, Charone, Cataplo, Piscatore, Dialogis Mortuorum, et aliunde, vel consuta, vel adsuta, unde, tamquam ex ungue, cognosces leonem. LEHM.

Ead. l. 4. *Ὦ χαῖρε* etc.) Euripides in Herc. Fur. v. 523. *Χαῖρ' ὦ μέλαθρον*. BROD. Hoc omne principium ex *Euripide* et *Homero*, ut ipse ait fine hujus paginae. Jambi ex *Euripid.* Hecuba. BOURD.

Ead. l. 5. Ἐς φάος) *Ad lucem, ad superos.* Brod.

Ead. l. 6. Ὁ κύων) Cynicus. Brod. Sic nempe Cynici non solum ab inimicis et adversariis, sed etiam ab amicis ac sodalibus, quin etiam a se ipsi, apud Lucianum appellantur. Vid. Diall. Mortt. I, 1. X, 13. XXI, 1. XXII, 3. Lehm.

Ead. l. 7. *Εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω Μενίππους ὅλους*) Philonidae verba sunt corruptissima: *οὐ Μένιππος οὗτός ἐστιν ὁ κύων; οὔμενουν ἄλλος, εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω Μενίππους ὅλους.* Vertit *Thomas Morus: Num nam hic Menippus est, canis ille? Non hercle alius, nisi ego forte ad Menippos omnes hallucinor.* Interpolator autem Salmuriensis: *Nonne hic Menippus canis est ille? non hercle alius, nisi hallucinor omnes pro Menippis accipiens.* Sed quis Graece doctus intelligat, quid sit *παραβλέπειν Μενίππους ὅλους*, aut qui sustineat affirmare, id significare haec verba, quod volunt interpretes? *Luciani* manus est: *Οὐ Μένιππος οὗτός ἐστιν ὁ κύων; οὔμενουν ἄλλος, εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω. Μένιππος ὅλος. Nonne hic Menippus est ille canis? non hercle alius, nisi male video. Menippus ipse est. Μένιππος ὅλος* est idiotismus Atticus, quo usus etiam est in dialogo Diogenis et Herculis: (Mortt. Diall. XVI. in.) *οὐχ Ἡρακλῆς οὗτός ἐστιν; οὔμενουν ἄλλος, μὰ τὸν Ἡρακλέα· τὸ τόξον, τὸ ῥόπαλον, ἡ λεοντῆ, τὸ μέγεθος· ὅλος Ἡρακλῆς ἐστιν· An non Hercules hic est? non alius mehercule. Arcus, clava, leonina, magna statura. Ipse Hercules est.* Graev. Graece dicitur *παραβλέπειν Μενίππους ὅλους*, ut *λημᾶν ὅλας κολοκύνθας, totas cucurbitas lippire*; estque *hallucinari in toto Menippo.* Opponitur ejusmodi hallucinatio visus in re magna et crassa errori in re parva, qui facile potest irrepere in judicia nostra. Itaque nihil mutandum; neque ad rem facit exemplum a *Graevio* allatum, quod dissimile est: memorantur enim in eo partes habitus Herculis, clava, leonina, statura; hic vero nulla enumeratio partium. Quin et ornatus Menippi diversus describitur ab eo, qui solebat esse. Cler. *D. Heinsius* ad Horat. I. Sat. III, 25. cum recte monuisset ibi pro *pervideas* legendum esse *praevideas*, addit: *Praevidere* est *praetervidere*, *παρορᾶν*, ut *παραβλέπειν* Luciano: *ὅλους Μενίππους παραβλέπειν· cum mala tua praevideas*, id est, *in videndis iis caecutias.* Ergo nihil Heinsio fuit in vulgata lectione duri: mihi secus videtur, qui optimo *Graevio* lubens accedo: nam nihil est eo exemplo alienius, quod firmandae loquendi formulae gratia produxit *Clericus.* Non animadversa fuit in *παραβλέπειν* duplex significandi virtus; una *praevidendi, praetervidendi*, quomodo casum quartum adsciscit; ut in illo poëtae veteris

dicto, τ' ἀλλότριον ὀξυδερκεῖν, τὸ ἴδιον παραβλέπειν· atque inde *spernendi*; πάντα τὸν ὄγκον δυναστείας ἐκείνης ἀντ' οὐδενὸς παραβλέποντος *Gregor. Nyss.* T. II. p. 314. A. altera *male videndi*, *videndo aberrandi*; quae hujus est loci, accusativique structuram respuit: sic in Glossis *Allucinor* et *Hallucinor* est παραβλέπω. Hemst. Παραβλέπειν ὅλους Μενίππους nimium recedit a Luciani usu loquendi. Contra Μένιππος ὅλος imitatore Luciani dignum. Loco, quem *Graevius* citavit, addi possunt ex iisdem Diall. Mortt. III. fin. ὅλος εἶ νεκρὸς et de Sacriff. c. 14. καὶ τὸν Πᾶνα ὅλον τράγον. Quamquam largiendum *Clerico*, aliquam esse horum locorum dissimilitudinem. Nam in tribus his locis et Hercules, et Trophonius et Pan *toti* dicuntur, ratione partium suarum habita. In nostro contra non conspirant singulae partes ad efficiendum *totum* Menippum. Tanto minus dubium, quin imitator sic scripserit. De hac vocis ὅλος potestate nonnulla, quamquam non omnia certa, proposuit C. G. *Jacob.* in Hildes. Krit. Bibl. a. 1821. P. I. Fasc. 1. p. 105. sq. Certe quum in Vit. Auct. cap. 12. pro καὶ ὅλως σοφιστὴς mavult legi καὶ ὅλος σοφιστὴς, totus errat. Lehm.

Pag. 4. l. 1. Πῖλος) Perperam vertitur *clava*, cum verti debeat *pileus*: nam quia Ulysses, Hercules et Orpheus ad inferos descenderant, dat Menippo *pileum*, ut Ulyssem, *leonis exuvias*, ut Herculem, et *lyram*, ut Orphea referret: id quod recte observavit *Alb. Ruben.* de Re Vest. lib. II. c. 15. Barl. Hic et infra ridicule interpres *clavam* vertit, quod nunquam vox Graeca significavit. Peccasse videtur, quia existimavit, ornatum Menippi per omnia Herculeo similem esse oportere. Atqui hic ornatus desumtus erat a tribus heroibus, qui in inferos descenderunt. Herculem referebat pellis leonina, Orpheum lyra, Ulyssem vero πῖλος, hoc est, pileus, seu petasus: quali utebantur viatores, et quali proinde usus credebatur Ulysses, qui tot itinera fecerat. Vide infra c. 8. Cler. V. c. 8. ubi cur ista gestaret, narrat. Solan.

Ead. l. 5. Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα) *Euripides* in Hecuba v. 1. Brod. Hos versus sic transtulit *Ennius*: *Adsum atque advenio Acherunte vix, via alta atque ardua Per speluncas saxeis structas aspereis pendentibus Maxumeis, ubi rigida constat caligo inferum.* Bourd. Hecubae *Euripidis* initium, quod parodia risit *Aristophanes* in Fragm. apud Athen. p. 112. E. *Ennii* versionem exhibet *Cicer.* Tuscul. I, 16. Solan. Ubi metri trochaici caussa *Frid. Aug. Wolfius* edidit: *advenio ab Acherunte.* Lehm.

Ead. l. 9. *Οὐκ ἀλλ'* etc.) Ex *Euripide* iterum; sed locus aut periit, aut me fugit. Solan.

Ibid. *'Αΐδης μ' ἐδέξατο*) Ipsius *Euripidis* versiculus: et is quoque, *καὶ θράσος τοῦ νέου* (*τῆς νέοτητος*) *πλέον*. Brod. Scribendum videtur *'Αϊδονεὺς*, ut stet senarius. Guyet. Nullum tamen usquam hujus scriptionis, licet non improbabilis, vestigium. Lehm.

Ead. l. 12. *Νεότης — τοῦ νέου*) Et hic senarius est: *τὸ νοῦ* postulat senarius et sententia praeterea. Guyet. Fragmentum Andromedae *Euripidis* p. 451. v. 23. Solan.

Ibid. *Τοῦ νέου πλέον*) *Καὶ θράσος τοῦ νόου πλέον*. Marcil. In hoc versu *Tragici*, *Νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ θράσος τοῦ νέου πλέον*, lege ex Ms. *Νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ θράσος τοῦ νοῦ πλέον*. *Novitas rei me incitavit, et audacia animae magis.* Graev. *Τοῦ νοῦ* omnino legendum cum ed. J. et Mss. Gr. P. L. Alii omnes Codd. mendose aut *τοῦ νέου*, aut *τοῦ νεοῦ*. Repudiavimus autem *θράσον* Ms. Gr. ut mendosum manifeste. Recte legitur apud *Grot.* Flor. 201. AB. Solan.

Pag. 5. l. 1. *Καταβὰς ἀπὸ τῶν ἰαμβείων*) Quos in scena proferentes histriones altioribus cothurnis incedunt. Brod. *Apul.* Metam. I. p. 7. *Oro te, inquam, aulaeum tragicum dimoveto, et siparium scenicum complicato, et cedo verbis communibus:* ibi *Pricaeus* hunc locum, et plura sententiae similis adnotavit. Recte vero jubet *καταβαίνειν ἀπὸ τῶν ἰαμβείων*, quem sublimiore velut jamborum curru vectum descendere vult ad orationem pedestrem, atque adeo tanquam pedibus incedentem familiari more colloqui: versus autem quasi vehiculum aliquod orationis spectari observavimus ad Prom. c. 6. Interpunctione, quae cunctis in edd. post *ἰαμβείων* invenitur, sublata jungere licet haud incommode, *λέγε οὑτωσί πως ἁπλῶς τίς ἡ στολή;* Hemst.

Ead. l. 5. *Χρειώ με κ.*) *Homerus* Odyss. *Λ*, 163. Brod. Monuit etiam *Hartung.* Thes. Crit. T. II. p. 698. Hemst.

Ead. l. 7. *'Αλλ' ἦ*) Hoc accentu, qui plerarumque est edd. servato sensus erit oratione directa, *At tu profecto deliras:* verum si cum Juntina circumflectas *ἀλλ' ἦ*, interrogationem dabit, *Heus tu, num deliras?* In his alibi quoque variatum; ut in principio Gorgiae Platonici, *'Αλλ' ἦ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν;* *Suidas* agnoscit *ἀλλ' ἦ*, accipitque pro *ἀλλ' ἄρα*, vel simplici *ἄρα*, sicuti monuit *H. Steph.* Th. G. L. T. I. p. 337. F. Hemst. Vid. ad Tyrannic. c. 21. adnotata. Mox pro *ἐμμέτρως* mallet *Jo. Seagerus* *ἀμέτρως* in Classic. Journ. N. XI. a. 1812. p. 133. Nempe novum pror-

sus argumentum delirationis esse dicit, carmina *modulate* recitare. Imo vero, ego inquam, certissimum esse delirii signum, ubi *alieno loco* et *tempore*, e. g. in *amico colloquio* (ut h. l. πρὸς ἄνδρας φίλους) rhapsodorum instar *metrice* carmina declames. Nihil perversius, me judice, quam ἀμέτρως h. l. Lehm.

Ead. l. 14. Ὀβολοστατοῦσι) Hoc est, δανείζουσι. Imitatus est auctor *Comicum*, qui hoc verbo ita usus est in Nub. v. 1154. ubi Schol. exponit per δανείζειν, et ὀβολοστάτης per δανειστής. Barl. Scholiastes ille *Biscius* est, qui *Suidam* descripsit. Hemst. Vide *Hesych.* et *Etymol. M.* Vorst.

Ead. l. 15. Παρὰ τοῖς κάτω) *A manibus*: infra est in psephismate, δέδοκται τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. Brod, Potius *apud inferos*, ut Versio exhibet, et paullo inferius παρ' αὐτοῖς. Lehm.

Pag. 6. l. 7. Γράφεται γρ. ἀσεβείας) Vid. Catapl. c. 18. Dabatur autem impietatis actio non tantum ob religionem violatam, sed etiam adversus eos, qui mysteria vulgassent; quae quoniam ad Regis sacrorum curam pertinebant, ideo δίκαι ἀσεβείας πρὸς τὸν Βασιλέα λαγχάνονται, ut constat ex *Poll.* VIII, 90. et *Harpocr.* in Ἡγεμονία δικαστηρίου. Hic porro ad Areopagitas, quorum erant partes de religione rebusque sacris cognoscere, caussam deferebat, positaque corona inter judices ipse assidebat. De Aeschyli periculo, cum variis in fabulis mysteria paullo imprudentius attigisset, egregia notat enarrator Anonymus Ethic. Nicom. *Aristot.* f. 40. Ὁ κατὰ τοῦ φιλοσόφου τὴν τῆς ἀσεβείας γραφὴν ἀπενεγκάμενος *Athenaeus* XV. p. 696. A. quod in eadem historia dicitur a *Diogen. L.* V, 5. Φευγούσης ποτὲ αὐτῆς (Aspasia) γραφὴν ἀσεβείας *Athen.* XIII. p. 589. E. Ex his liquet, quam personam hic Rhadamanthus sustineat. Hemst.

Ead. l. 8. Μὴ φθονήσῃς) *Arrian.* A. A. VI. p. 272. Μὴ οὖν φθονήσῃς μοι τοῦ μνήματος· ibi cum pluribus ista *Luciani Jac. Gronovius* adduxit. Saepe de sermone libenter atque amice communicando solet poni: *Dio. Chrys.* p. 558. D. σὺ ἡμῖν σαφῶς εἰπὲ, καὶ μὴ φθονήσῃς. Dicemus ad Vit. Auct. c. 21. quo loco simul occurrit solemnis formula, ἀλλ' οὐδεὶς φθόνος. Hemst. Non stetit promisso summus Vir, cujus quidem cura, in Luciano edendo posita, non ultra Charonem s. Contemplantes pertinuerit. Ceterum formula οὐδεὶς φθόνος alio sensu legitur Diall. Deor. XVIII, 1. ubi vid. Adnott. Lehm.

Ead. l. 13. Ὥσπερ τὴν Δανάην) Similiter, ut *Lucianum* agnoscas, in Tim. §. 13. Hemst. Aliter *Horatius* Od. III,

16. Danaës utitur exemplo ad exsecrandam auri cupidinem. Lehm.

Pag. 7. l. 2. Ἥτις αἰτία σοι) Aliter legisse *Thomas Mag.* videtur v. κάθοδος, τίς ἡ ἐπίνοιά σοι. Solan. Non parum distat, quod praebet *Thomas Mag.* in Κάθοδος, τίς ἡ ἐπίνοιά σου τῆς καθόδου ἐγένετο· quae sane lectio si membranarum testimonio commendaretur, minime videri posset repellenda. Hemst.

Ead. l. 5. Φιλόκαλον] Ridiculum vero epitheton Menippi τοῦ κυνός. Intuere ad oculos depictum a Luciano Diall. Mortt. I, 2. et compara cum Paride τῷ φιλοκάλῳ Diall. Marr. V, 2., vel cum Anacharside Scyth. c. 1. Et cernes inepti imitatoris vestigium. An mavis librarii errorem? Tum leges φιλόκαινον. Lehm.

Ead. l. 7. Τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις) Iisdem paene verbis leguntur in Charon. c. 2. Utraque loca per errorem commiscuit *Th. Gataker.* ad *Antonin.* XII. §. 16. Forma nonnihil immutata in Charid. c. 4. Hemst. Cf. Diall. Mortt. X, 6. XV, 3. XXVI, 2. Lehm.

Ead. l. 8. Δίειμι) *Commemorabo.* Brod. *Enarrabo, persequar,* ut Icarom. c. 3. Lehm.

Ead. l. 10. Ἐν παισὶν ἦν) *Th. Gataker.* ad *Antonin.* I. §. 6. postquam monuisset, pro eo, quod apud *Herodianum* sit ἐν παιδὶ, *a pueritia*, *Lucianum* etiam dixisse ἐν παισὶν, adjungit: *quamquam ibi ἐν παισὶν εἶναι potest verti,* inter pueros versari, e puerorum numero esse: quod ea conditione libens concedo, ut puerilis aetas simul intelligatur; nam mox sequitur, ἐπεὶ δὲ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἠρξάμην, *ubi juvenibus annumerari coepi, atque adeo juvenilem aetatem attigi.* Perinde solent ἐκ παιδὸς et ἐκ παίδων inter se commutari, ut pluribus ipse docet. Hemst. Lucianus fere ἐκ παίδων dicit, etiam ubi de uno sermo est, ut de Merc. Cond. cap. 20. et 23. pro Merc. Cond. c. 1. Demon. c. 3. Lehm.

Ead. l. 11. Πολέμους) *Basil.* De Leg. Gr. lib. Grot. Ed. 87. *Πάντων δὲ ἥκιστα περὶ θεῶν τι διαλεγομένοις* (poëtis) *προσέξομεν, καὶ μάλισθ' ὅταν ὡς περὶ πολλῶν τε αὐτῶν διεξίωσι, καὶ τούτων οὐδὲ ὁμονοούντων· ἀδελφὸς γὰρ δὴ παρ' ἐκείνοις διαστασιάζει πρὸς ἀδελφὸν, καὶ γονεὺς πρὸς παῖδας· καὶ τούτοις αὖθις πρὸς τοὺς τεκόντας πόλεμός ἐστιν ἀκήρυκτος. Μοιχείας δὲ θεῶν καὶ ἔρωτας καὶ μίξεις ἀναφανδὸν, καὶ ταύτας γε μάλιστα τοῦ κορυφαίου πάντων καὶ ὑπάτου Διὸς, ὥς αὐτοὶ λέγουσι, ἃς κἂν περὶ βοσκημάτων τις λέγων ἐρυθριάσειε, τοῖς ἐπὶ σκηνῆς καταλείψομεν·* *Clem. Alex.* pag. 14. B. Immo antiquissimus *Xenophanes*

Colophonius idem ex instituto in iis redarguit, teste *Diogen. Laërt.* II, 46. cujus operis fragmentum habemus apud *Sextum Empir.* adv. Mathem. I. p. 57. et lib. VIII, 341.

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρος Ἡσίοδός τε
Ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστὶν,
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε, καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν. SOLAN.

Ead. l. 15. *Ἐκνώμην πρὸς αὐτά.*] *Schmiederus: nec mihi mediocris pruritus adferebatur ad eadem facienda.* Est autem *κνᾶσθαι* verbum Luciano familiare, quamquam fere sensu physico, ut Bis Accus. c. 34. Rhet. Praec. c. 11. de Salt. c. 2. *Κινεῖσθαι* contra, quod vulgo exhibetur, rem, opinor, h. l. significaret a puerilis aetatis natura maxime alienam. LEHM.

Pag. 8. l. 12. *Ἐς αὐτό φασι τὸ πῦρ* etc,) Senarius proverbialis est, *Καπνόν γε φεύγων εἰς πῦρ περιέπεσον.* VORST. Non praeteriit *Erasmum* in Adag. *Fumum fugiens in ignem incidi.* Vide *Diogenian.* C. VIII. n. 45. HEMST.

Ead. l. 15. *Χρυσοῦν ἀπέδειξαν* etc.) Absurde haec versa sunt: tu verte, *Itaque hi quamprimum effecerunt, ut aurea* (hoc est, beata) *mihi videretur ignarorum vita.* Nam *ἰδιώτης* oppositus philosopho est *imperitus*, non *privatus*. Simile peccatum est c. 21. CLER. Ego cur *χρυσὸν* esse reponendum existimem, rationem dicam. Proverbium apud veteres fertur, quo mala quaecunque, si ad longe deteriora, quae succedunt, comparentur, *χρυσὸν δόξαι, φανῆναι, purum putum aurum videri* affirmant. *Χρυσὸν ἀποδεῖξαι τὴν ἔμπροσθεν τυραννίδα* dicitur aliquis, qui priorem tyrannidem crudelitate ac flagitiis multum vincit, atque efficit, ut qui pessimus ante visus fuerat rerum status, nunc pro tolerabili et optando expetatur. *Eunapii* Excerpta p. 20. D. Scytharum inopinatus in Thraciam et Macedoniam incursus tam stupendas clades intulit, *ὥςτε χρυσὸν ἀποδειχθῆναι πρὸς τὰ Θράκια πάθη τὴν Μυσῶν παροιμιώδη λείαν·* ad quae de hac Graeci sermonis, ut ait, elegantia, quam minime perspexerat *Cantoclarus*, etsi *Valesius* egregia tradiderit, conabimur tamen eruditissimi viri curam nitidius expolire. Atque Eunapium quidem in primis isto loquendi genere fuisse delectatum, non ex iis tantum locis, quae *Valesius* adnotavit, sed ex pluribus etiam quae suppeditat idem *Suidas*, est compertum: nam eorum, quae leguntur in *Ἐπέκλυσεν*, *Ἔχετος*, *Φῆστος*, stylus vel solus auctorem prodit: quod binis posterioribus exstat, Festus in Asiam proconsulari potestate mittitur *τὸν ποιητικὸν καὶ μυθώδη Ἔχετον — χρυσὸν ἀποδείξων καὶ πανήγυριν,* plane coloris est Eunapiani; ne-

que minus, quod in primo vocabulo affertur, *τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα ἐπέκλυσε κακὰ, ὥστε χρυσὸς ἦν αὐτοῖς καὶ λευκή τις ἡμέρα κρατῆσαι τοὺς Βαρβάρους*, *ut barbaros victis Romanis rerum potiri aurum iis fuerit et dies albo signanda lapillo*: quem sensum haud scio an interpres satis perviderit. Secutus autem fuit vetustiores, a quibus idem proverbium, paullo tamen parcius, usurpatur: *Plutarch.* Sertor. p. 570. D. Bello finito Cinna et Marius eum in modum libidinem exemplis amarissimae crudelitatis exsatiarunt, *ὥστε χρυσὸν ἀποδεῖξαι Ῥωμαίοις τὰ τοῦ πολέμου κακά.* in Timol. p. 241. B. Callippus et Pharax *χρυσὸν ἔδειξαν τῇ Σικελίᾳ τὰς ἐν τῇ τυραννίδι συμφοράς*· ubi malim sane propter usum perpetuum *ἀπέδειξαν*. Porro quod *Conon* scripsit a *Valesio* non praeteritum Narrat. XIII. Aethillam persuasisse Trojanis mulieribus captivis, ut incensis navibus suae saluti consulerent, dicendo *ὡς, εἰ ἀφίκοιντο σὺν τοῖς Ἕλλησιν εἰς τὴν Ἑλλάδα, χρυσὸς ἂν αὐταῖς δόξειε τὰ τῆς Τροίας κακὰ*, totum est ab *Euripide* sumtum in Troad. v. 432. ubi Cassandra, *Ὡς χρυσὸς*, inquit, *αὐτῷ τἀμὰ καὶ Φρυγῶν κακὰ Δόξει ποτ' εἶναι.* — Hunc autem loquendi morem quasi publica forma signatum si perpendas, vix est, ut dubitari possit, quin apud *Platonem* Ep. VII. p. 1277. C. refingi deceat, *καὶ ὁρῶν δήπου τοὺς ἄνδρας ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ χρυσὸν ἀποδείξαντας τὴν ἔμπροσθεν πολιτείαν*, pro *χρυσῆν*· quod, nisi fallor, sensum efficit a philosophi mente prorsus alienum, *priorem reip. administrationem emendando auream reddere et perfectissimam*: facile Platonis lectori paroemiae parum gnaro accidere potuit, quod *Leunclavio*, qui in *Dione Cassio* p. 336. A. pro *ὥστε χρυσὸν τὴν τοῦ Καίσαρος μοναρχίαν φανῆναι* reponi jussit *χρυσῆν*· male profecto; quamquam favere videatur *Zonaras Dionem* exscribens, apud quem, ut recte *Valesius* observat, mendose legitur, *ὥστε χρηστὴν τὴν τοῦ ἀνῃρημένου Καίσαρος μοναρχίαν νομίζεσθαι*, pro *χρυσῆν*, vel potius *χρυσόν*· eas utrasque voces nonnunquam per errorem inter se permutari, nunc uno tantum *Theonis* loco docebo, in cujus Progymn. p. 65. *οἷον καὶ παρὰ Μενάνδρῳ ἐν τῇ χρηστῇ Ἐπικλήρῳ* perperam exhiberi persuasum habeo pro *ἐν τῇ χρυσῇ* *in aurea fabula Epiclero.* Jam si *Luciano* restituas ad hanc normam *χρυσὸν ἀπέδειξαν*, optime sententia procedet: Menippus ad philosophos se contulerat, ut vitae rationem contrariis opinationum fluctibus agitatam in tuto collocaret: res longe secus, ac speraverat, evenit; ibi omnia multo magis incerta, et inscitiae tanto pejoris, quod sapientiae titulo praetexeretur, tenebris involuta reperit, sic ut tandem liquido perspiceret, hominum idiotarum vitam adeo praestare, ut, si ad

turbulentas philosophorum altercationes exigatur. aurum videri possit. Aliud est Graece *χρυσοῦν ἀποδεῖξαι τὸν τῶν ἰδιωτῶν βίον*, *auream et beatissimam facere vitam idiotarum*. Hemst. Eruditissime haec, et subtilissime, disputata non videbantur tamen mihi ad *Lucianum*, et ad hunc locum proxime pertinere. Unde retinendam ducebam cunctorum librorum lectionem. Lehm.

Ibid. *Τῶν ἰδιωτῶν*) *Ὁ μὲν δὴ πολὺς ὅμιλος, οὓς ἰδιώτας οἱ σοφοὶ καλοῦσι.* *Lucian.* de Luct. c. 2. Vorst.

Pag. 9. l. 1. *Ὁ μὲν αὐτῶν*) Epicurei. Brod.

Ead. l. 2. *Ἐκ παντὸς*) *Τρόπου* addi non solet: *prorsus.* Brod. Ait *Noster* *ἐκ παντὸς*, *omni modo:* subaudi *τρόπου*. In de Mercede Cond. cap. 8. *ταύτην ἐξ ἅπαντος θεραπεύει·* c. 41. *ἐξ ἅπαντος ζητοῦσιν*, *ὅπως* etc. in Phalaride I. cap. 7. *ἐξ ἅπαντος ἀνελεῖν σπεύδουσι·* et passim. Est tamen, ubi additur *τρόπου*, contra ac sentit *Brodaeus*, qui IX. Miscell. c. 9. id fieri negat. Sed docet id ipse *Lucianus*, qui iterum in Phalaride I. c. 2. *ἐξ ἅπαντος τρόπου ἀνελεῖν με ζητοῦντας.* Addit quoque *Aelianus* XII. *Ποικιλ.* c. 1. *ἐκ παντὸς αἰδουμένη τοῦ τρόπου δήλη ἦν·* nec non *Isocrates* in Panath. pag. 266. D. *ἐκ παντὸς τρόπου διαλύεσθαι πειρᾶται τὰς διαφοράς.* Jens. Cf. *L. Bos* de Ellipss. p. 496. ibique *Schaeferus*. Lehm.

Ead. l. 3. *Ὁ δέ τις*) Stoici vel Cynici. Brod.

Ibid. *Τὸ σῶμα καταναγκάζειν*) Idem est, quod antistiti verae salutarisque philosophiae *Paullo* I. ad Cor. IX, 27. *ὑπωπιάζειν* vel *ὑποπιάζειν* sive *ὑποπιέζειν* (quarum lectionum utra sit anteferenda, vix constituas) *τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγεῖν*. Philosophorum autem multi, perinde atque illi, qui sacris initiabantur, ad animi constantiam durari exercerique voluerunt cruciatu et suppliciis, domando corpori sponte susceptis, quae non solum *βασάνους* vocare, sed etiam *ἀνάγκας* solebant; atque inde *καταναγκάζειν τὸ σῶμα*, *corpus*, ut ait *Lucretius*, *contundere duris laboribus.* Quaedam a nobis notata sunt ad Nigrin. cap. 27. Hemst. *Σταυροῦν τὴν σάρκα σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις* nota veri Christiani eidem illi *Paullo* ad Galat. V, 14. De verbo *ὑπωπιάζειν* vid. Conr. *Schwarz* Commentar. crit. et philol. linguae Gr. Novi foed. Lips. 1736. p. 1368. et *Schleusner*. Lex. s. h. v. Locus autem *Lucretii* reperitur IV, 956. Lehm.

Ead. l. 6. *Ἐκεῖνα τοῦ Ἡσ.*) Nota sunt omnibus *Hesiodi* carmina. *Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ* etc. Brod. Vid. Hermot. c. 2. ubi locus ille exstat. Solan. Locus est *Hesiodi* *Ἔργ.* v. 287. sq. a Socrate ipso sectatoribus suis commendatus in *Xenoph.* Memorr. II, 1, 20. Lehm.

Ead. l. 9. *Ἀγαθὸν εἶναι*) Hoc Peripateticis videtur. Brod.

Ead. l. 11. *Ὅς γε*) Mallem *ὥς γε*. Solan. Intercedo. *Ὅς γε* post interrogationem vel exclamationem bene Lucianeum est. Diall. Deor. XXVI, 2. *Οὐ ξυνετὴν, ὦ Ἑρμῆ, τὴν νομήν· οἵ γε οὐδ' ὄψονται* etc. Char. c. 24. *Ὦ τῆς ἀνοίας, οἵγε οὐκ ἴσασιν* etc. Lehm.

Ead. l. 12. *Ἀκούων ἐναντίων*) Hoc si mendosum quiddam tinnire multis probem, diffidere videar acumini lectoris. Scribendum est, ut sua *Luciano* manus constet, *ἀκούων ἐναντίων·* tanta ipsi vocabulorum inanium stribligo fuerat ingesta, ut auditio quotidiana nauseam excitaret. *Demetr.* *περὶ Ἑρμ.* §. 15. *οἵτε ἀκούοντες ναυτιῶσι διὰ τὸ ἀπίθανον.* Eam loquendi formulam alibi quoque *Nostro* placuisse, Index commonstrabit. Neque minus. ut auguror, mihi successit haec emendatio, quam *Kustero* Praef. ad *Jamblich.* idem restituenti verbum in *Phrynicho* p. 32. *ἐναυτίασα τοῦτο ἀκούσας τοὔνομα*, ubi vulgo legebatur, *ἠναντίασα.* (Cf. *Lobeck.* ad *Phrynich.* l. l. p. 194. et *Bast.* Adverss. Mss. in *Scapulae* editione Oxoniensi novissima s. v. *ἐναντιᾶν*. Lehm.) Ceterum et proxima vitio laborare facile quis credat, si lectionem Florentinam attente considerarit; quae quidem eo nos ducere videtur, ut existimemus versum unum et forte alterum periisse; nam istae particulae *περὶ μὲν γάρ τοι* consistere nequeunt, nisi aliud quippiam antecesserit, cui innitantur: veterem scripturam *Aldus* ex ingenio mutaverit, an scripto codice, compertum non habeo; nostra saltem membranarum excerpta nullam omnino variationem offerunt. Praeterea *δεινῶν* quid in hac oratione valeat, explicatu perquam difficile videtur: legerem potius, *Καί τοι πάντων ἐκεῖνο ἀτοπώτατον, ὅτι περὶ τῶν ἐν.* etc. Sed prius libri veteres in consilium fuerint adhibendi, quam certi quicquam hoc de loco definiri possit. Hemst. Confirmarunt quidem Florentinam duo codd. Pariss., a *Belino* collati. Nihilominus mihi quidem videtur error librarii in hac scriptura subesse, quippe qui, antecedentium verborum: *περὶ μὲν γὰρ τοῦ κόσμου* etc. memor, similia sequentibus inseruerit. Secundum Aldinam vero tam bene procedit narratio, ut vix aliud deprehendas vitium, quam quod auctoris ipsius sit; de quo supra. Nam etiam vocem *δεινῶν* lubens suscipiam defendendam, quum *δεινὰ* apud Lucianum omnino sint ea, quae vulgarem modum excedunt, atque adeo propter hanc insolitam magnitudinem in admirationem incurrunt vel audientium vel spectantium,

in utramque partem. Cf. nunc Char. c. 11. δεινήν τινα λέγεις τὴν ἀβελτερίαν. Alia vide in Glossar. Ergo nihil videtur mutandum; vel, si quid sit, legendum: καὶ τὸ πάντων τῶν δεινῶν ἀτοπώτατον etc. Lehm.

Pag. 10. l. 4. Ἀτεχνῶς) Ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς, καθάπαξ· ὅ ἐστιν, ἑνὶ λόγῳ, ἀδόλως, ἀληθῶς καὶ ἄνευ τέχνης τοῦτ' ἔστι δόλου. Apud Atticos τέχνη, δόλος· ἀτεχνῶς οἱονεὶ ἀτενῶς, μετὰ περισσοῦ τοῦ χ. Ἄλλως· ἄνευ τέχνης, ex metaphora Athletarum, qui non arte, sed virtute, vincunt: ἀτέχνως δὲ παρὰ τὴν τέχνην δηλοῖ. G. Ἀτεχνῶς, ut in *Xenoph. Plat. Demosth.* ἀληθές· τέχνη, ὁ δόλος παρὰ Ἀττικοῖς, τὸ δὲ ἄνευ δόλου ἀληθές ἐστιν. Capp. 5. 6. et seq. interpretor ad *Heliod.* lib. 6. tangit in Contempl. capp. 21. 22. Bourd.

Ead. l. 5. Τούτοις) Τοῦτο magis placet. Hemst. Οὗτοι in hoc libello saepe sunt *illi, quos quis norit,* quamvis non adsunt; vel *qui vulgo sunt noti.* Sic supra τοὺς φιλοσόφους τούτους καλουμένους. C. 11. ταυτασὶ τὰς — σκιάς. C. 16. τοὺς τραγικοὺς τούτους ὑποκριτάς. C. 17. τοὺς πολυτελεῖς τούτους καὶ ὑψηλοὺς τάφους. C. 21. τῶν σοφῶν τούτων συλλογισμῶν. Sunt itaque οἱ νυστάζοντες οὗτοι *dormitantes illi, quos haud dubie vidisti.* Neque quidquam mutandum. Lehm.

Ead. l. 9. Ἀπρὶξ ἐχομένους αὐτῶν) i. e. *firmiter ac tenaciter adhaerentes illi* (pecuniae) *ita ut ab ea divelli nequirent.* Habet phrasin hanc *Theocrit.* Idyll. XV, 68. sed perperam distinctus et ab interprete acceptus est ille versus, etiam in nova edit. Oxon.

Πᾶσαι ἅμ' ἐσένθωμες ἀπρίξ ἔχευ Εὐνόα ἁμῶν·
Omnes una confertim intremus: adhaereto nobis Eunoë.

Distingue, et verte:

Πᾶσαι ἅμ' εἰσένθωμες· ἀπρὶξ ἔχευ Εὐνόα ἁμῶν.
Omnes simul intremus: firmiter adhaereto nobis Eunoë.

Idem Idyll. XXIV, 54.

Ἤτοι ἄρ, ὡς εἶδοντ' ἐπιτύτθιον Ἡρακλῆα
Θῆρε δύω χείρεσσιν ἀπρὶξ ἀπαλαῖσιν ἔχοντα·
Sane ut viderunt Herculem parvulum belluas duas tenaciter manibus teneris prementem.

Habet etiam *Aelian.* V. H. I, 3. de rana Aegypt. καλάμου τρύφος ἐνδακὼν πλάγιον φέρει, καὶ ἀπρὶξ ἔχεται, *demordens frustum arundinis obliquum fert, et firmiter tenet.* *Heliodor.* Aethiop. X. c. ult. ἀπρὶξ ἐχόμενος καὶ οἱονεὶ συμπεφυκώς· *firmiter haerens et tanquam congenitus.* L. Bos *Animadv. c. XIII. p.* 59. Theocritei versus interpunctionem, quam proposuit *L. Bos,*

et *Scholiastes* habet, neque ignoravit *H. Stephan.* Th. L. G. T. III. p. 554. G. Ipsa phrasis tum apud alios frequens, tum in *Eunapio* p. 90. ἀπρὶξ ἔχεσθαι τῆς ὅλης σοφίας· p. 197. τῆς τῶν ἀρχαίων ἀναγνώσεως· p. 222. τῶν δεδογμένων ἐξ ἀρχῆς ἀπρὶξ εἴχοντο. Hemst.

Ead. l. 10. *Πάντα ἕνεκα τούτων ὑπομένοντας*) Est quasi formula quaedam loquendi solemnis, in malam partem potissimum accipienda de iis, qui nihil habent pensi, modo pravis artibus libidinem explere possint: non dissimile proximae potestatis πάντα ποιεῖν τε καὶ πάσχειν· propterea utrumque *Philo Judaeus* in unum conflavit de Vit. Mos. p. 648. A. τραχηλιζόμενοι δὲ ταῖς ἐπιθυμίαις πάνθ' ὑπομενοῦσι δρᾷν τε καὶ πάσχειν. *Chrysostom.* πρὸς τοὺς Ἐχ. παρθ. συνεισ. p. 245. B. πάντα αἱροῦνται ὑπομένειν, ἢ τοῦτο παθοῦσαν ἐκείνην περιϊδεῖν· *citius nihil intentatum relinquent, quam ut illam talia passam non ulciscantur.* Leviter corruptum in *Juliani* Epist. XLII. p. 423. B. εἶναι ὁμολογοῦσιν αἰσχροκερδέστατοι, καὶ δραχμῶν ὀλίγων ἕνεκα πάντα ὑπομένειν· πάντως edd. habent: multo gravius, ut quidem puto, in *Cebetis* Tab. pag. 83. καὶ πάνθ' ἑπομένως πράττουσιν ἕνεκα τούτων, καὶ τὰ ἀσεβέστατα δοκοῦντα εἶναι· ubi si rescribendum esse dixero πάνθ' ὑπομένοντες πράττουσιν, nemo, nisi fallor, vulgatum ἑπομένως servare volet aut interpretatione quaesita tueri; praesertim quando attenderit ad καὶ τὰ ἀσεβέστατα δοκοῦνται εἶναι, et ad istum *Cebetis* locum p. 21. ἀναγκάζεται ταύταις ταῖς γυναιξὶ δουλεύειν, καὶ πάνθ' ὑπομένειν, καὶ ἀσχημονεῖν, καὶ ποιεῖν ἕνεκεν τούτων ὅσα ἐστὶ βλαβερά. Meliorem in partem adhibuit *Sopater* apud *Stob.* p. 311. ὑπομενετέον πάντα ἑτοίμως τῷ δρᾷν κακῶς πρὸ τοῦ παθεῖν κακῶς εὐλαβουμένῳ· *nullum est periculum subterfugiendum illi, qui magis reformidat male facere, quam malo ab aliis affici, ut ne quicquam inhonesti patrare cogatur.* Hemst.

Pag. 11. l. 4. *Ἐπὶ συνέσει διαβεβοημένων*) Haec profert *Thomas Mag.* in *Διαβόητος*, cum docuisset, διαβόητον et διαβεβοῆσθαι plurimum in deteriorem partem usurpari, tamen monens μετὰ προσθήκης ἐνίοτε καὶ ἐναλλάττειν. Nihil exploratius est, quam veterum more in utramque partem dici: διαβόητος ἐπὶ φιλοσοφίᾳ *Zenob.* C. V. n. 55. ἐπ' εὐταξίᾳ καὶ σωφροσύνῃ διαβόητος πόλις *Dion Chrysost.* p. 408. C. Python διαβεβοημένος ἐπὶ τῇ τοῦ λόγου δεινότητι *Diodor. Sic.* XVI. p. 554. D. Mirum est, maculam emendatu facilem eruditissimos homines effugisse apud *Stephan.* in *Εὐκαρπία*· *Λαΐδα* τὴν ἐπὶ κάλλει διαβεβλημένην ἑταίραν· quis dubitet, quin litera mutata legi conveniat, διαβεβοημένην; ut *Antonin. Liber.* c. 13. εἴ τις διαβοηθείη

παρθένος ἐπὶ κάλλει τῶν ἐγχωρίων· et c. 22. ἐπὶ βουκολικοῖς ᾄσμασι διαβοηθῆναι· *Athen.* XIII. p. 588. B. Leontium ἡ ἐπὶ εταιρείᾳ διαβόητος γενομένη. Nequidquam afferas τοὺς ἐπὶ συκοφαντίᾳ, ἐπὶ δωροδοκίᾳ διαβεβλημένους ex *Harpocrat.* in Εὐθίας et Ἡγήμων, atque ex aliis similia. Hemst.

Ead. l. 9. Τοῦ ᾅδου τὰς πύλας) Ubi de Orci portis agit ad *Matth.* XVI, 18. non omissus est hic *Luciani* locus a maximo *Grotio*, cui pleraque debet *Ja. Windet* de Vit. Funct. Stat. Sect. IV. Diversa ratione κατάγειν εἰς πύλας ᾅδου καὶ ἀνάγειν Deo tribuitur in Sapient. *Salom.* c. XVI, 13. nihilque est aliud, quam quod praecessit ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν ἔχειν. Quam apte vero decenterque Menippi Babylonem tendentis et magicum auxilium sollicitaturi scena fuerit instructa, nunc quidem accuratius expendere non lubet: illud duntaxat observari velim, qui modo vocantur μάγοι οἱ Ζωροάστρου μαθηταὶ καὶ διάδοχοι, statim esse Χαλδαίους, et simul hominis istius magi nomen edi Persicum Mithrobarzanem: non quod existimem, Persarum sapientes et Chaldaeos nunquam eadem magorum appellatione contineri; nam et *Hesychius*, ut de aliis taceam, Χαλδαίους interpretatur satis magnifice γένος μάγων πάντα γινωσκόντων· sed quod confundendi non videbantur hoc in loco, quos plerique omnes, qui diligentius scribunt, sedulo distinguere solent. Sunt enim, ut notum est, Ἀσσυρίων οἱ Χαλδαῖοι . . . . . Περσῶν οἱ μάγοι, teste *Clem. Alex.* Strom. I. p. 305. A. *Pausan.* IV. p. 360. Ἐγὼ δὲ Χαλδαίους καὶ Ἰνδῶν τοὺς μάγους πρώτους οἶδα εἰπόντας, ὡς ἀθάνατός ἐστιν ἀνθρώπου ψυχή· quam in opinionem etsi consenserint, in multis tamen valde inter se dissidebant. Zoroaster vero dux et auctor disciplinae magorum, quem longa deinceps, et ad Alexandri Magni usque tempora continuata series successorum excepit: *Diogen. L.* in Prooem. §. 2. quare non *Plato* tantum Alcib. I. p. 441. D. μαγείαν τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου dixit, sed et οἱ Ζωροάστρου μάγοι memorantur a *Plutarch.* T. II. p. 670. D. et apud *Dion. Chrys.* Or. XXXVI. p. 448. D. Ζωροάστρης καὶ μάγων παῖδες παρ' ἐκείνου μαθόντες. De hoc autem hominis prodigio, sive potius de pluribus, qui eodem isto nomine floruerunt insignes, non pauca suppeditabunt *Henr. Vales.* ad *Amm. Marcell.* XXIII. cap. 6. p. 405. *Marsham.* in Can. Chron. *Stanl.* Phil. Orient. I. Sect 1. c. 2. 3. *Ja. Toll.* ad Form. Recip. Manich. p. 135. Jam vero neminem fugit, praecipuum quoddam magorum fuisse privilegium, ut inferos haberent in potestate, easque inprimis artes divinatorias exercerent, in quibus manium

evocatorum opera requirebatur: idcirco junguntur a *Strabone* XVI. p. 1106. A. *παρὰ δὲ τοῖς Πέρσαις οἱ μάγοι, καὶ νεκυομάντεις, καὶ ἔτι οἱ λεγόμενοι λεκανομάντεις καὶ ὑδρομάντεις· παρὰ δὲ τοῖς Ἀσσυρίοις οἱ Χαλδαῖοι·* ut minime sit mirandum, magum aliquem a Menippo fuisse expetitum, qui Tiresiae consulendi copiam sibi faceret. Haud aliter sane *Clemens Romanus*, de quo quae prodita reperies Clem. Homil. I. §. 3. et 5. ad haec omnino digna sunt, quae conferantur: postquam enim a puero de immortalitate animae quid statueret incertus frustra philosophos altercantes adiisset, talem denique consilii rationem inire coepit: *Τί οὖν χρὴ ποιεῖν; ἢ τοῦτο; εἰς Αἴγυπτον πορεύσομαι, καὶ τοῖς τῶν ἀδύτων ἱεροφάνταις καὶ προφήταις φιλιωθήσομαι, καὶ μάγον ζητήσας καὶ εὑρὼν χρήμασι πολλοῖς πείσω, ὅπως ψυχῆς ἀναπομπὴν, τὴν λεγομένην νεκρομαντείαν* (vel *νεκυομαντείαν*, ut in Epitome legitur) *ποιήσῃ, ἐμοῦ ὡς περὶ πράγματός τινος πυνθανομένου· ἡ δὲ πεῦσις ἔσται περὶ τοῦ μαθεῖν, εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχή.* Tiresiam autem cur potissimum Menippus adhibere vitae regendae ducem desiderarit, Homerus est in causa, qui posteris persuasit, illum vatem, qua praeditus erat inter vivos admirabili rerum sollertia, eandem apud inferos integram Proserpinae beneficio conservasse. *Strabo* XVI. p. 1105. ubi docet, quanto opere vetusti homines a Deorum nutu pependerint, ita scribit: *καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ μάντεις ἐτιμῶντο, ὥστε καὶ βασιλείας ἀξιοῦσθαι, ὡς τὰ παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ἐκφέροντες παραγγέλματα καὶ ἐπανορθώματα καὶ ζῶντες καὶ ἀποθανόντες· καθάπερ καὶ ὁ Τειρεσίας, Τῷ καὶ τεθνηῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια Οἴῳ πεπνῦσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι·* notissimi sunt poëtae versus Od. K, 494. Vid. *Barth.* ad *Stat.* Th. IV. 443. Nec primus hoc muneris Tiresiae Lucianus imposuit: nam apud *Horatium* quoque in illa facetissima libri II. Sermonum Ecloga V. Ulyssi quaerenti de opibus omni machina corradendis tam scite respondet, itaque rerum superarum se peritum ostendit, ut consultorem prudentiorem haud facile requiras. De Tiresia vero multa non protrita refert Eustath. ad Od. K. pag. 1665. Hemst. Nimia *Hemsterhusii* doctrina, quatenus certe h. l. judicio obfuit. De Tiresia enim, a Menippo in hoc libro in consilium vocato, contulit lectissimus vir *Strabonem*, contulit *Horatium*, contulit alios, neque tamen contulit idem *Lucianum* ipsum, qui Diall. Mort. XXVIII. hunc ipsum vatem adeo deridet, ut profecto non videam, quo tandem modo fieri potuerit, ut idem *Lucianus*, qui in illo dialogo Tiresiam inter vates, h. e. mendaces (sub fin.) refert, qui fere nihil sani (οὐδὲν ὑγιὲς) loqui consueverint, hunc

ipsum Tiresiam Menippo fingeret sapientiae verae magistrum. Certe dialogum illum et hanc Necyomantiam non posse pro unius ejusdemque auctoris operibus haberi, persuasissimum mihi quidem est. Cf. *Wieland.* in versione Lucianeorum Germanica T. II. p. 357. sqq., qui tamen pro more suo magis sensum quendam suum nativum et elegantem, quam judicium subtile et subactum secutus est. Lehm.

Pag. 12. l. 3. *Παρ' αὐτοῦ, ἐφ' ὅτῳ*) Ex *αὐτοῦ* secunda mihi syllaba videtur oppressisse *τοῦ*, quod inserendum est: *μόλις ἔτυχον παρ' αὐτοῦ τοῦ . . . . καθηγήσασθαί μοι.* Magi non exigua mercede artem suam exercebant: modo vidimus in Hom. *Clement. χρήμασι πολλοῖς πείσω.* Statim interpunctionem eum in modum constitui, ut res postulabat: nam prava praecedentium edd. interpretibus etiam fraudi fuit: copulari sine dubio convenit primum, *κατάγων ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ἕωθεν·* deinde *πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον ῥῆσίν τινα μακρὰν ἐπιλέγων.* Hemst.

Ead. l. 6. *Πρὸς ἀνατέλλοντα*) Ita restituit hunc locum *B.* 2. et postea *Benedictus* et *A.* Omnes enim reliquae edd. unico verbo legebant *προςευχαι.* quo pacto in De Mort. Peregr. c. 39. *Tan. Faber* legere jubet, *προςανίσχοντα τὸν ἥλιον.* Sed ibi quidem aliquid est, quod huic scripturae faveat; hic nihil. Solan.

Ead. l. 9. *Καὶ ἀσφαλὲς ἐφθέγγετο*) Castigo *ἀφανές.* Brod. *Des. Herald.* (ad Arnobium p. 43.) emendat *ἀσαφὲς*, quod etiam est in uno Cod. Regio, et in Cod. Flor. sed alibi hac de re. Bourd. *Ἐπίτροχόν τι καὶ ἐπισφαλές.* Marcil. Variant hic edd. Parisiensis enim *οὐκ ἀσφαλὲς* habet; aliae, sine *οὐκ*, *ἀσφαλὲς* tantum, quod ad genuinam lectionem propius accedit: et sic antiquiores quoque. *Ἀσαφὲς* autem, praeter ea, quae *Bourdelotius* affert, in ed. *Junt.* invenimus: Salmuriensis editor etiam admisit. In hac voce frequenter erratum. Solan. *Ἀσαφὲς* pro *ἀσφαλὲς* legendum esse, monuit ad Arnobium *Des. Herald.* p. 43. *Ἀσφαλὴς* et *ἀσαφὴς* culpa librariorum saepius invicem permutantur. Sic apud *Thucyd.* IV. 86. *οὐδὲ ἀσαφῆ τὴν ἐλευθερίαν*, quod ego probum existimo, in utroque vocabulo fluctuant Codices; neque nuperam esse variationem eam, satis ex *Scholiaste* liquet. Hinc peti debere medicinam arbitror *Athenagorae* loco *περὶ Ἀν. τῶν Ν.* p. 147. 148. cujus hactenus implicatamque sententiam nullis verborum artificiis expediunt interpretes: *Εὔλογός ἐστι πᾶσα ἀπιστία μὴ προχείρως καὶ κατά τινα δόξαν ἄκριτον ἐγγινομένη, ἀλλὰ μετά τινος αἰτίας ἰσχυρᾶς, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀλήθειαν ἀσα-*

φείας· illum in modum si commode scribi, et primam, quae deficere videtur, vocem adjungi concedas, nulla restabit amplius in verbis alioqui perobscuris difficultas. Similiter ἀφελὴς et ἀσφαλὴς saepe alterum alterius sedem invasit, ut patebit ad Revivisc. 12. HEMST.

Ead. l. 11. *Ἐπανῄει πάλιν*) Vix dubito, quin litera sit erasa, scriptumque fuerit ab auctore ἐπανῄειν· cur enim hoc de Mithrobarzane solo, non de Menippo, cujus in gratiam omnis hic apparatus magicus fuerat institutus, potius dicatur, nulla reddi potest causa probabilis: pertinebat enim ad sacri rationem, ut cum magus fascino depellendo ter in Menippi faciem exspuisset, ipse demisso vultu, neminem obvium intuens, domum rediret: mox etiam, ἐπανάγει εἰς τὴν οἰκίαν, ὡς εἶχον ἀναποδίζοντα. Ortum ab imperito lectore vel librario vitium, qui ad praecedens ἀποπτύσας, quod absolute poni pro ἀποπτύσαντος, vel ἐπειδὴ ἀπέπτυσε, non perspexerat, sequentis verbi personam accommodavit: de pari menda monuimus ad Vol. II. pag. 64. l. 4. (Diall. Deor. XX, 5.) Poterant autem ritus sacri magici purgationesque multiplices comparatione similium locorum illustrari: sed quandequidem in hanc causam descendere non est commodum, si quis tamen ista desideret, adeat *Sil. Italic.* XIII. 405. et adnotata virorum eruditorum ad *Arnob.* I. p. 25. in quibus Menippi Lucianei mentio non est omissa. Singulare vero, quodque alibi temere non invenias, Choaspis aquam eximie magicis praestigiis adhiberi: id propterea factum credi par est, quod limpidissimae levitatis liquor dulcedine simul excelleret; ob quas dotes ita Persarum regibus placuit, ut alio fere potu nunquam uterentur: vide *Brisson.* de R. P. I. p. 59. HEMST.

Pag. 13. l. 2. *Τὸ τοῦ Χ. ὕδωρ*) *Ποταμὸς Περσικὸς Χοάσπης· τὸ ὕδωρ Χοάσπειον βασιλικὸν ἦν· ἐξ αὐτοῦ γὰρ μόνου ἔπινεν ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς. Eustath.* ad *Dionys.* Per. v. 1073. VORST.

Ead. l. 4. *Ἐκάθηρε*) De hoc ritu *Casaub.* ad Theophr. Char. p. 302. 303. SOLAN.

Ibid. *Ἀπέμαξε*) *Περιμάξαι* et *περικαθάραι* interpretatur *Casaub.* ad *Theophr.* tangit et ad *Athen.* Legendi Interp. *Aristoph. Hesych. Suid. Eustath.* BOURD.

Ead. l. 5. *Σκίλλῃ*) Hanc Pythagoras in limine januae suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradidit. BROD. Sumsit a *Plinio* H. N. XX, 9. Vid. *Menag.* ad *Diogen.* L. VIII, 47. HEMST.

Ibid. *Ἅμα καὶ τὴν ἐπῳδὴν ἐκείνην ὑποτονθορύσας*) *Ubi vero satis superque praeparasset, media circiter nocte me ad Tigridem fluvium deductum et purgavit, et abstersit, faceque ac scilla aliisque pluribus, magicum illud carmen simul submurmurans, lustravit.* Verbum hoc *ὑποτονθορύσας* *Scholiastes* exponit *ἐνυπόπτως λαλήσας, ψιθυρίσας, ἠρέμα γογγίσας.* Sed scribe *γογγύσας.* Ceterum occasione hujus verbi *γογγύζω*, una et altera macula purgandus *Hesychius: Γογγύζειν, φθέγγεσθαι τὸ θορύζειν.* Addenda est, quam excidisse planum est, una litera, ac legendum, *τονθορύζειν.* Sic quod paulio supra hodie habemus, *Γογρύζειν, τὸ θορύζειν τὸ τὰς ὗς φωνεῖν* etc. *Hesychius* videtur omnino dedisse, *Γογρύζειν, τονθορύζειν, τὸ τὰς ὗς φωνεῖν.* Etenim *θορύζειν* vox est plane extra usum; licet *Etymologici M.* auctor eam memoret; at id ab eo modo fit, ut primam *τοῦ τονθορύζειν* originem pervestiget. Eodem significatu dixerunt Graeci et *τονθορίζω*· *Hesychius* iterum, *Τονθορίζει, ἀτάκτως λαλεῖ, γογγύζει, ψιθυρίζει, καὶ Τονθορίζει τὰ αὐτά.* Non audiendi, qui *τονθορύζει* substituunt; nam praeterquam quod ex ordine horum verborum satis patet, *τὸ τονθορίζει* omnino profectum esse ab *Hesychio*, ut qui per id dicat idem, quod per *τονθορύζει*, significari; tum usus eo est *Lucianus* in initio Deorum Concilii, *Μηκέτι τονθορίζετε, ὦ θεοί.* Agnovit quoque *H. Steph.* *τονθορίζειν* ex *Hesychio.* Jens.

Ead. l. 6. *Περιελθὼν*) Memini, qui mallet *περιθειῶν*, *lustrans sulphure*, cujus in purgandi caerimoniis usus erat fere praecipuus; *Περιθειῶσαι, περικαθᾶραι, κυρίως θείῳ*· *Hesych.* quem itidem vide in *Θέαγον*· *Θειοῦται.* *Θειώσω, καθαρῶ*, quae praecedentis, quod plane removendum, est emendatio: apud eundem *Θεώματα, τὰ περικαθαρτήρια*, non alia sunt, quam *θειώματα.* Attamen in *Luciano* nihil oportet mutari: nam ut ab incursu malorum geniorum prorsus lustratum defenderent, ultimus erat sacri magici circuitus, ad quem significandum *περιέρχεσθαι* solet adhiberi. Noster in Philops. §. 12. *θείῳ καὶ δᾳδὶ καθαγνίσας τὸν τόπον περιελθὼν ἐς τρὶς* etc. homo nimirum Babylonius ex Chaldaeorum numero: ideo de cycnis, qui ad aedem Hyperborei Apollinis tempore sacrorum stato convolant, *Aelian.* de Anim. XI, 1. *καὶ περιελθόντες τὸν νεὼν, καὶ οἱονεὶ καθήραντες αὐτὸν τῇ πτήσει.* Hinc *περιάγειν* et *περιενεγκεῖν*, *circumferre*, quasi propria lustrationibus verba: *Athen.* XIV. p. 626. F. *καθαρμὸν τῆς πόλεως ποιήσασθαι σφάγια περιαγαγόντας κύκλῳ τῆς χώρας ἁπάσης.* *Polyb.* IV. p. 405. *καθαρμὸν ἐποιήσαντο, καὶ σφάγια περιήνεγκαν τῆς τε πόλεως κύκλῳ, καὶ τῆς χώρας πάσης.* Athenis *περιστιάρχων* erant par-

tes *περιενεγκεῖν καθάρσιον περὶ τὴν ἐκκλησίαν*, quos *Suidas* ait *ἔξωθεν περιέρχεσθαι χοιροφοροῦντας*. Adde *Herodot.* I, 84. *Hippocr.* autem *περὶ* I. N. p. 302. v. 35. ubi praestigias nequissimorum hominum ad plebem naso ducendam excogitatas graviter perstrinxit, *περικαθαίρειν καὶ μαγεύειν* habet. Hemst.

Ead. l. 8. *Ὡς οἶκον*) Emenda, *ὡς εἶχον ἀναποδίζοντα.* Brod. A. 2. *οἶχον*. Sed A. 1. *εἶχον*, ut pleraeque edd. Lehm.

Ead. l. 9. *Ἔδυ*) *Ἐνέδυ* orationi prosae melius conveniet. Hemst. Reperiebatur etiam a *Belino* in tribus codd. Pariss. Lehm.

Ead. l. 10. *Φέρων*) *Φέρων* redundat. Brod. Imo vero haec observatio. Vid. adnot. ad Diall. Mortt. VI, 3. Lehm.

Ead. l. 11. *Τῷ πίλῳ*) Optime *Rubenius* de R. V. II, 15. *Thomae Mori clavam* rejecit: cui tamen errori ansam forte dederit vel leoninae pellis proxime succedens mentio, vel *ῥοπάλῳ* lectum pro *τῷ πίλῳ*· quod, etsi minime quadret huic loco, eo facilius cogites, quia *πῖλος* alibi quoque *ῥοπάλου* sedem occupavit: nam apud *Diodorum* certe XVII. p. 615. B. in illa nobili Corragi Macedonis, atque Atheniensis Dioxippi pugna, ubi hic prodiisse nudus et oleo nitens narratur, pro *ἔχων πῖλον σύμμετρον* sine controversia reponendum est *ῥόπαλον*· quod non tantum ex sequentibus manifesto patet, inprimis quando notat, Dioxippum praetulisse *διὰ τὴν περὶ τὸ ῥόπαλον ἰδιότητα πρόσοψιν Ἡρακλεωτικὴν*, verum etiam ex *Ael.* V. H. X, 22. et *Curtio* IX, 7. qui *validum nodosumque stipitem* appellat: abhorret autem, ut, qui coronatus procederet, pileo tegeretur. Utriusque vero pilei et clavae meminit *Philo Jud.* de Cajo, qui cultu vario nunc Deorum hunc, nunc alium imitabatur p. 1093. B. *Σκευὴν ἄλλοτε ἀλλοίαν ἐλάμβανε, ποτὲ μὲν λεοντῆν καὶ ῥόπαλον ἀμφότερα ἐπίχρυσα, διακοσμούμενος εἰς Ἡρακλέα· ποτὲ δὲ πίλους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὁπότε ἀσκοῖτο εἰς Διοσκούρους.* De pileis autem Castorum et Ulyssis multa diximus ad Deor. Diall. XXVI. Hemst.

Ead. l. 14. *Ὡς δή τί τοῦτο*) *Τὰ ὡς δὴ* abundare videntur. Guyet. Particularum usus non vulgaris: hunc et alium *Luciani* locum Diall. Deor. XX, 4. adnotavit *H. Stephan.* Th. Gr. L. T. IV. p. 817. G. In *Dione Chrys.* p. 127. D. vim earum interpres minime percepit: *ὡς δή τί θαυμαστὸν εὑρήκατε ταῖς πόλεσιν ὑμεῖς σωφροσύνης φάρμακον; ὅπως ὑμεῖς μὴν τὰ φανερὰ ταῦτα καὶ ἄκλειστα οἰκήματα* etc. Haec paullo vitiosius eduntur: quam particulam negativam *μὴ* (sic enim legitur pro *μὴν*, quod restitui) expungi voluit *H. Vales.* in Not.

Maussac. ad *Harpocrat.* melius infra delebitur in istis, *μὴ τὸ σφόδρα εὔωνιν* etc. Hemst.

Pag. 14. l. 2. *Ἡγεῖται τόν με ἀπεικάσειεν αὐτοῖς*) *Ἡγεῖτο εἴ με ἀπεικάσειεν αὐτοῖς.* Marcil. In qua editione hanc pravam scripturam invenerit *Marcilius*, equidem ignoro. Hemst.

Ead. l. 3. *Τὴν τοῦ Αἰακοῦ φρουρὰν*] Erat enim Aeacus secundum *Lucianum* non solum publicanus, *τελώνης*, sed etiam janitor, *πυλωρὸς*, Orci, Diall. Mort. XX, 1. cui videndum erat, ne quis vel mortuorum clam ex Orco aufugeret, ibid. fin., vel vivorum citra fatum intraret. Huc jam pertinet nostrum *τὴν τοῦ Αἰακοῦ φρουρὰν διαλαθεῖν.* Lehm.

Ead. l. 7. *Μελίκρατα*) Cur nunc plurali utatur numero, non video, cum supra c 7. singulari usus sit. Vid. Od. *Λ*, 27. ad quam perpetuo hic alludit. Solan.

Ead. l. 8. *Ἐμβαλόμενοι οὖν*) In re non dissimili verbis simillimis usus est *Xenoph. Ephes.* I. p. 13. *Παρεσκευάζετο δὲ πάντα αὐτοῖς πρὸς τὴν ἔξοδον, ναῦς τε μεγάλη καὶ ναῦται πρὸς ἀναγωγὴν ἕτοιμοι· καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐνεβάλλοντο.* *Ἐμβάλλειν* et *ἐμβάλλεσθαι* idem atque *ἐνθεῖναι* et *ἐνθέσθαι*, *navi imponere*, quae promiscue *Xenophon* posuit p. 72. 82. 86. hinc *ἐμβολὴ* et *ἐνθήκη*. Error a *Salmasio* certissimus admittitur ad *Vopisc.* p. 386. ubi pro speciebus anabolicis frustra pugnans *ἀναβάλλειν* perinde significare contendit, atque *ἐμβάλλειν*, *mercibus* vel *commeatu navim onerare:* cujus potestatis exemplum in Graecis scriptoribus nequidquam quaeras: nam apud *Hesych.* in *Κίουρος* quin aliter exponi debeat, nemo, qui verba paulo diligentius consideret, in dubium vocabit. Aliquantum diversa ratione peccatur in capiendo *Luca* A. A. XXVIII, 10. *καὶ ἀναγομένοις ἐπέθεντο τὰ πρὸς τὴν χρείαν.* Vir maximus observat, *permisceri locutiones de navigantibus et de navi, ut fieri solet: nam ἀναγομένοις ad navigantes, ἐπέθεντο ad navim pertinere.* Probandum fuerat, *ἐπιθέσθαι* non secus atque *ἐνθέσθαι* a Graecis usurpari pro *in navem imponere*; quod aeque difficile putem, ut in *ἀναβάλλειν·* nunc, si lectio constet, historici sacri mens fuerit talis: *nosque jamjam profecturos onerarunt rebus necessariis:* quasi dicat ingestas fuisse cumulate, ac velut renitentibus impositas. Fateor equidem, si *ἀναγομένων* ex Cod. Vienn. non displicet, haud ineleganter potuisse scribi, *καὶ ἀναγομένων ἐνέθεντο τὰ πρὸς τὴν χρείαν· et cum in eo eramus, ut in altum solveremus, intulerant in navim res necessarias:* ac nescio sane, an ita *Lucas* reliquerit. Sicut autem *Noster* modo, *περὶ ἀναγωγὴν ἐγιγνόμεθα*, non aliter *Philostr.* de V. A. T. IV, c. 13. *περί τε ἀναγωγὴν ἡ ναῦς εἶχεν.* Hemst.

Ead. l. 10. *Κατὰ δάκρυ χέοντες*) *Homer.* Odyss. *Λ*, 5. Brod.

Ead. l. 11. *Ὑπεφερόμεθα ἐν τῷ ποταμῷ*) Qui secundo flumine deferebantur, eos recte dixit scriptor noster *ὑποφέρεσθαι ἐν τῷ ποταμῷ*, neque ad loquendi formulam infra Babylonem fuerit iste lacus, an supra, quicquam refert, modo Euphratis in paludes distracti rivulus aliquis eo permearit. Mihi tamen non facile quis persuadebit, eum hic lacum significari, quem descripsit *Herodot.* I. c. 185. 186. multi lacus erant paludesque non in Babylonia solum, sed prope ipsam Babylonem, in quas crebris alveis ac perfossionibus diductus fluvius illabebatur: eaque opportunitate aquae derivandae, prout ad agrorum foecunditatem commodum erat, ipsi utebantur agricolae Assyrii, teste *Libanio* Or. X. p. 314. A. *οἱ δὲ περὶ αὐτὸν γεωργοὶ διώρυχας ἔνθεν καὶ ἔνθεν κατατέμνοντες, ὁπόσα Αἰγύπτιοι τῷ Νείλῳ, χρῶνται καὶ οὗτοι τῷ ποταμῷ.* Illas paludes fuisse navigabiles ostendit Alexander, qui, ubi ab inspecto Pallacopa redierat, *ἀνέπλει*, ut *Arrianus* ait *Ἀ. Ἀ.* VII. p. 304. *αὖθις κατὰ τὰ ἕλη θαῤῥῶν ἐν ἀριστερᾷ ἔχων τὴν Βαβυλῶνα·* et mox idem docet, vulgo ferri *τῶν βασιλέων τῶν Ἀσσυρίων τοὺς τάφους ἐν ταῖς λίμναις τε εἶναι τοὺς πολλοὺς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι δεδομημένους.* *Diodorus*, qui tamen alios auctores secutus in hac historia narranda parumper ab *Arriano* differt, *τὴν περὶ τὴν Βαβυλωνίαν λίμνην* appellat, nisi potius, me non invito, scribi placet *περὶ τὴν Βαβυλῶνα·* quem lacum cum visendi causa intrasset, errore periculoso jactatus Alexander vix quarto demum die salvus evasit: unde non obscure colligitur, in quantum spatium porrecta fuerint haec stagna paludosa, ubi tam grave discrimen ab itineris ignaris adiri poterat. Quod autem *Noster λίμνην* ponit, *εἰς ἣν ὁ Εὐφράτης ἀφανίζεται*, paulo laxius est accipiendum, eumque fere in modum, quo *Plinius* scribit H. N. V, 26. Euphratem *dexteriore alveo Babylonem, quondam Chaldaeae caput, petere, mediamque permeantem, item quam Otrin* (*Opin* legendum puto) *vocant, distrahi in paludes.* Neque aliter intelligendus est aetate sua non ineptus poëta *Mar. Victor* lib. I. Genes. *Justior Euphrates, diti qui gurgite largus Irrigat arentes subjectae Persidis agros Mollibus elicitus rivis, atque omnibus aeque Servit, et humanos totum se praebet in usus: Donec siccus aquis nomen quoque prodigus ipsum Consumat terris, pelagi quod debuit undis:* haud enim arbitror de Pallacopa *Victorem* cogitasse, in quem amisso nomine Euphrates receptus desinit *ἐπὶ τὰ ἕλη καὶ τὰς λίμνας τὰς πρὸ τῆς Ἀρραβίας*, ut refert *Strabo* XVI. pag. 1076. A. et plenius *Arrianus* illo vexatissimo loco lib. VII. c. 21. Sic

etiam in *Dione Xiphilini* LXVIII. p. 784. *τὸ ῥεῦμα τὸ τοῦ Εὐφράτου πᾶν ἐς ϑ' ἕλος ἐκπίπτει, καὶ ἐκεῖϑέν πως τῷ Τίγριδι συμμίγνυται.* Tigris etenim et Euphrates pluribus alveis arte factis inter se committebantur, per quorum unum aliquem, ut credi par est, Menippum Mithrobarzanes *ἐπὶ τὸν Τίγρητα ποταμὸν* deduxit: nam inter utrumque flumen quod interjectum erat spatium pedibus emensos fuisse, fidem non habet. *Arrian.* 'A. 'A. VII. p. 282. *ὁ μὲν Τίγρης . . . διώρυχάς τε πολλὰς ἐκ τοῦ Εὐφράτου ἐς αὐτὸν δέχεται·* *Joh. Malelas* in Julian. p. 19. meminit *τῆς μεγάλης διώρυγος τοῦ Εὐφράτου τῆς μισγούσης τῷ Τίγρητι ποταμῷ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν αὐτὸν Τίγρητα ποταμὸν, ὅπου μίγνυνται οἱ δύο ποταμοὶ καὶ ἀποτελοῦσι λίμνην μεγάλην·* quamquam de hoc alveo in Tigrim pervadente rem diversa paulum ratione *Libanius* et *Marcellinus* exponant: ad *Ammian.* XXIV. c. 6. vide *Henr. Valesium.* Ista, ne scriptori nostro nulla lux affunderetur, fuerunt observanda: ceterum in hoc negotio veterum descriptiones non minus, quam ipsi fluviorum nobilissimi circa Babylonem canales divergunt; cujus equidem dissensionis praecipuam esse causam statuo, quod pro temporum ratione regumque vel praefectorum diligentia alii atque alii nunc aperti fuerint alvei, nunc iterum sive de industria sive aggesto temere limo obruti et expleti. Quam ob rem, nisi cursum fluminis per varias aetates mirifice mutatum distinguas, vix in concordiam redigere licebit pugnantes, ut prima quidem fronte videntur, antiquorum opiniones. Interea *Cellarius* est adeundus G. A. III. c. 16. Sect. 1. HEMST.

Ead. l. 12. *Λίμνην*) De artificioso hoc lacu lege *Herodot.* I. p. 47. Sed observandum, errasse hic hujus Dialogi scriptorem, cum lacum hunc infra Babylonem ponit his verbis, *ὑπερφερομένην ἐν τῷ ποταμῷ.* Constat enim ex *Herodoto*, supra urbem fuisse. SOLAN.

Ead. l. 15. *Βόϑρον ὠρυξάμεϑα*) Notus fodiendae scrobis ritus in sacris infernis: sed *Homerum* ipsa phrasi imitatur: vide Od. *K*, 517. *Λ*, 25. plura collegit *De la Cerda* ad *Virgil.* Aen. VI, 243. qui per errorem *Eusebio* adversus Hieroclem tribuit, quod *Philostrati* est de V. A. T. IV. c. 16. *'Αλλ' οὐχὶ βόϑρον,* εἶπεν (Apollonius) *'Οδυσσέως ὀρυξάμενος, οὐδὲ ἀρνῶν αἵματι ψυχαγωγήσας ἐς διάλεξιν τοῦ 'Αχιλλέως ἦλϑον.* *Lutatius* ad *Statii* Theb. IV, 459. *Tria sunt in sacrificiis loca, per quae piationem facimus: scrobiculo facto inferis etc.* *Hesychio* teste constat, *κοτυλίσκον* vocari *βόϑρον εἰς ὃν τὸ αἷμα τῶν τῇ γῇ ϑυομένων ἐνέβαλλον·* quod etsi non plane repudio, fere malim,

τῶν ἐν τῇ γῇ. Verum omittendus non est *Strabonis* locus, qui docet, quibus cerimoniis Persae et magi aquae sacra facerent, XV. p. 1065. B. *Τῷ δὲ ὕδατι ἐπὶ λίμνην ἢ ποταμὸν ἢ κρήνην ἐλθόντες (θύουσι) βόθρον ὀρύξαντες εἰς τοῦτον σφαγιάζονται.* Hemst. Cf. etiam Char. s. Contempll. c. 22. Lehm.

Pag. 15. l. 1. *Τὸ αἷμα περὶ τὸν βόθρον*) Idem eodem libro *Homerus*. Brod.

Ibid. *Βόθρον*) Mos enim erat antiquis, ut *Festus* tradit, in effossa terra Diis infernalibus sacra facere. Vorst.

Ead. l. 4. *Ποινὰς καὶ Ἐριννύας*) Ut ex usu variari solent fabulae, quae disciplinam moralem celant, sic *Ποιναὶ* et *Ἐριννύες* alias apud antiquos eaedem sunt, alias diversae. Noster iternm jungendo distinxit §. 11. quibus usus est *Barthius* ad *Stat.* Theb. VIII, 25. *Arriani* locum proferens in Epict. II, 20. p. 234. ubi primum, *Ὀρέστην ὑπὸ Ἐριννύων ἐλαυνόμενον*, deinde *χαλεπώτεραι αἱ Ἐριννύες καὶ Ποιναί.* *Polybius* in Exc. Vales. p. 117. *τινὰς Ἐριννῦς καὶ Ποινὰς καὶ Προστροπαίους τῶν δι' ἐκεῖνον ἠτυχηκότων.* Pro iisdem habuerit *Aeschin.* in Axioch. c. 21. necne, vix discernas: ibi ducuntur improbi *πρὸς Ἐριννύων ἐπ' Ἔρεβος καὶ Χάος*, atque in infausta regione *λαμπάσιν ἐτιμόνως κυρούμενοι Ποινῶν* aeternum plectuntur. *Hesychius* alterum ad alterius explicationem adhibuit iis verbis, quae quoniam incassum tentarunt *Kuhn.* ad *Paus.* I. p. 105. et *Markland.* Ep. Crit. p. 127. emendata proponam: *Ποιναῖς φρικταῖς, Ἐριννύσι τιμωρητικαῖς.* Similis apud Latinos discordia in Poenis et Furiis. Sed haec jamdudum, et a multis sunt observata: nos illud, quod omnes hactenus, opinor, fugit, addamus, illas Poenas reddi oportere *Plutarcho* de Fluv. c. 19. ubi pro *ὑπὸ Ποινῶν ἐλαυνόμενος* vitiosissime fertur, *ὑπὸ ποιμένων·* nihil afferam emendationi probandae, quam ejusdem scriptoris locum cap. 23. *ποινηλατούμενος δὲ ὑπὸ Ἐριννύων ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Βακτρον.* Hemst.

Ead. l. 5. *Καὶ νυχίαν Ἑκάτην καὶ αἰπεινὴν Περσεφόνειαν*) Apparet satis, desumtum ex vetusto carmine, et esse hexametrum, quod mutare *Lucianus* non solet: idque ut recipiamus, puto legendum, *Ἑκάτην καὶ ἐπαινὴν Π.* Gron.

Ibid. *Αἰπεινὴν*) Pro *αἰπεινὴν Περσεφόνειαν*, lege *ἐπαινὴν Περσεφόνειαν*, ut ostendi in lectionibus Hesiodeis ad Theogon. v. 768. Graev. Secuti sumus emendationem *Graevii*, et ante eum *Vorstii*, de qua controversia moveri non potest. Ed. Fl. *ἐπεινὴν*, quod prope ad veram accedit: *καιπεινὴν* P. Solan. Cum epitheton *αἰπεινή*, quamvis vox sit bene Graeca, Proserpinae nullo pacto conveniat, optime *Graevius* tale

restituit, quod non tantum facili errore in vulgatam lectionem corrumpi poterat, sed etiam apud *Homerum*, quem ubique *Noster* imitatur, in frequenti est usu; atque adeo in ipsa *νεκυομαντείᾳ* Od. *Λ*, 47. unde jam in superioribus huc multa fuisse derivata compertum est. Vid. Od. *K*, 491. 534. 564. In ratione vocis explicanda, ut fere vetustissimae, quarum usus post *Homerum* pedetentim exolevit, plurimum habent difficultatis, Grammaticorum dissensum *Scholiastes* explicat ad Il. *I*, 457. Duplicem interpretationem adnotavit *Hesych.* *Ἐπαινὴ, ἐπαινετή· ἢ δεινὴ καὶ φοβερά·* aliam *Eustath.* p. 1665. v. 7. *Ἔστι δὲ ἐπαινὴ Περσεφόνη ἡ αἰνὴ, τουτέστιν, ἐν σκότει διάγουσα· ἢ μᾶλλον αἰνὴ, ἡ δεινὴ, πλεοναζούσης καὶ νῦν προθέσεως, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις.* Quod ex *Proclo* ad *Hesiod.* *Ἐ. καὶ Ἡ.* v. 643. *Graevius* attulit, ille sine dubio sumserat a *Plutarcho*, cujus commentarios Hesiodeos paene totos sibi vindicavit: audi *Plutarch.* *περὶ Παιδ. Ἀγ.* p. 23. A. *οὕτω δὲ καὶ τὴν ἐπαινὴν Περσεφόνειαν ἔνιοι φασιν ὡς παραινητὴν εἰρῆσθαι.* *Marcell. Empir.* c. XV. p. 112. si os, aliudve quid haeserit faucibus, hos versus dicendos in aurem ejus, qui offocabitur, praecipit: *Μή μοι Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου Ἐξ Ἄϊδος πέμψειεν ἐπαινὴ Περσεφόνεια·* sunt autem plane Homerici: nam praeter alias dotes rarissimas ad incantationem etiam poëtae numeri mirifice valebant, ex Od. *Λ*, 633. hoc solum discrimen interest, quod in editis pro *ἐπαινὴ* nunc legatur *ἀγανή·* neque dicere habeo, utrum illud temere sit mutatum, an priscae lectionis fidem conservet. Idem ego verbum reponendum puto in Orphei versu apud *Diacon.* Alleg. Theog. Hesiodi p. 263. *Εἰνοδίην Ἑκάτην κλήζω, τριοδῖτιν ἐπαινήν·* vulgo scribitur *ἐρανὴν*, quod nullius est pretii. Hemst. Exstat versus a *Diacono* prolatus in *Orphei Εὐχῇ* v. 45. ibique legitur *ἐρανvήν*. Praeferendum arbitror, quod restitui. Idem *in Addendis.*

Ead. l. 11. *Βαρβαρικὰ*) *Nomina . . . ipso paene timenda sono.* *Ovid.* Ep. Her. XIII, 54. et *Noster* de Luct. cap. 3. Solan.

Ead. l. 7. *Ἐκεῖνα*) Non placet: potius habuerim, *πάντα τὰ ἐκεῖ ἀνεσαλεύετο.* Hemst.

Ead. l. 11. *Ἔδδεισεν* etc.) *Homer.* Il. *N.* Brod. *Homeri* versus Iliad. *T*, 16. aemulatus est *Virgil.* Aen. VIII, 243. Hemst.

Pag. 16. l. 2. *Μικροῦ δεῖν*) *Fere.* Brod. Potius *paene, propemodum.* Lehm. *Μικροῦ* legendum cum P. et L. et S. non *μικρῷ*, ut in plerisque legitur. Solan.

Ead. l. 8. *Πολέμου*) Si Lucianeus sit hic Dialogus, scriptum oportuit anno C. 163. Solan. Cogitavit, opinor, *Solanus* de bello Parthico, eo anno a Cassio, M. Aurelii et L. Veri legato, maxima cum crudelitate gesto. Sed facile est in talibus falli. Neque opus definiri. Nam dicas mihi velim, in quam aetatem historiae Romanae, etiam Augustae, non conveniant haec dicta. Facilius, proh dolor! exquiri possunt pacis tempora, passim apud nostrum commemorata, ut Diall. Mortt. IV, 2. Lehm.

Pag. 17. l. 1. *Λειμῶνα μέγιστον*) *Homero* manes debent *ἀσφοδελὸν λειμῶνα.* Od. *Λ*, 538. 572. *Ω*, 13. Aegyptiis *Homerus* et Orpheo, si *Diodoro Siculo* fides I. p. 61. A. Exinde veterum in scriptis celeberrimum est hoc pratum amoenissime consitum. Asphodelus per quietem visus mortem aegrotis praenuntiat: cujus mirabilis effectus causam manifestam cum *Artemidorus* ignoraret, conjecit tamen verosimile videri, *ὅτι νενόμισται τὸ ἐν τῷ Ἅδῃ πεδίον ἀσφοδελῶν εἶναι πλῆρες,* Oneir. III. c. 50. satis quidem caute pro somniorum interprete, cui nihil istarum nugarum incredibile videri debebat. Principem poëtam quantumvis caecum acutissimo tamen auditu *ψυχαὶ* vel *σκιαὶ τετριγυῖαι* itidem auctorem habent: vide Il. *Ψ*, 101. Od. *Ω*. sub initium, ubi facetissime deductas ad inferos procorum umbras cum nexa vespertilionum serie comparat: versu tamen 9. nisi pro *τετριγυῖαι* in quadam editione prisca cujuscunque Grammatici exaratum fuerit *κεκριγυῖαι*, quo spectaverit *Etymologus* p. 538. in *Κρίκε* scribens, *ὁ γὰρ ποιητής φησι κεκριγυῖαι*, expiscari nequeo: praesertim cum *Hipponactis* scazon, *Κριγὴ δὲ νεκρῶν ἄγγελός τε καὶ κῆρυξ,* sine dubio fuerit prolatus ad eam lectionem affirmandam, et *κριγὴ* propria ratione dicatur, ut observat *Schol. Aristoph.* ad Av. v. 1520. *ὁ τῶν ἀποθνησκόντων τρισμὸς τοῖς ὀδοῦσι γενόμενος.* Hoc autem utcunque fuerit existimatum, scripturam *τετριγυῖαι* in plurimis exemplaribus obtinuisse veteres imitando significant: *Philostrat.* V. A. T. II. c. 4. *τὸ φάσμα φυγῇ ᾤχετο τετριγὸς, ὥσπερ τὰ εἴδωλα.* Icon. I. p. 769. *ἡ ψυχὴ ἤδη ἄπεισι, μικρὸν δὲ ὕστερον καὶ τετριγυίας αὐτῆς ἀκούσῃ.* Hemst.

Ead. l. 2. *Τῷ ἀσφοδέλῳ*) Sic in Char. §. 22. Reliqua, usque ad c. 19. continentur in Dial. Mort. Bourd.

Ead. l. 3. *Τετριγυῖαι*) *Homer.* Odyss. *Ω*, 13. Brod. Vid. ad Timon. c. 21. Lehm.

Ead. l. 4. *Τὸ τοῦ Μίνω δικαστήριον*) *Homerus* tantum descripsit Od. *Λ*, 568. *Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα θεμιστεύοντα νέκυσσιν Ἥμενον·* — vid. *Plat.* Gorg. p. 358. E. nihil erat pro-

clivius, quam in hoc fundamento Minoi thronum collocare, quem de suo liberales poëtae sublimem erexerunt. *Claudian.* in Rufin. II, 477. — *quaesitor in alto Conspicuus solio pertentat crimina Minos, Et justis dirimit sontes* —. ibi *Barthius Lucianum* testem advocavit. Vide *Propert.* IV. El. XI, 19. *Stat.* Theb. IV, 530. Sed nulli notior sua domus, quam cunctis tremendum inferorum tribunal, et urnam movens arbiter Orci ac quaesitor Minos: praeterire tamen non possum neglectum ab aliis insignem *Philostrati* locum, ut tum difficultatem ejus obscuram, tum errorem *Olearii* non mediocrem amoliar: sic apud eum *Apollonius* VIII. p. 352. *οὐκ ἄχθεται δὲ οὐδὲ ὁ Ζεὺς ἀκούων καὶ ταῦτα τῶν ποιητῶν . . . . . λεγόντων τε αὖ ἐν Ψυχοστασίᾳ, ὅτι Μίνω τὸν ἀδελφὸν τοῦ Σαρπηδόνος ἀποθανόντα χρυσῷ μὲν σκήπτρῳ ἐτίμησε, καὶ δικάζειν ἔταξεν ἐν τῇ τοῦ Ἀϊδωνέως ἀγορᾷ, Μοιρῶν δ' οὐ παρῃτήσατο.* Ψυχοστασίαν *Olearius* vocari putat Od. *Λ*, *qua Ulysses inferos, h. e.* animorum *defunctorum* sedes *legitur accessisse.* Ut eo nomine, quamquam perraro, non abnuerim insigniri Odysseam *Λ.* nam in Heroic. p. 738. v. 11. *δευτέρα Ψυχοστασία* volumen ultimum sine controversia notans sponte cogitationem excitat *προτέρας*, quae alia quidem esse nequit, quam *Λ.* tum similis argumenti ergo, tum ob communem ambabus *νεκυίας* appellationem: huc tamen neutiquam illud adhibendum reor; quippe manifestum est, nihil eorum, quae *Philostratus* habet, si sceptrum aureum exceperis, in Odyssea tota, nedum in undecimo volumine solo reperiri. Intellexit sophista Lemnius trogoediam *Aeschyli Ψυχοστασίαν*, in qua Jupiter, ut ante fecerat *Homero* jubente Iliad. *X*, 209. libratas Achillis Memnonisque animas aequa lance expendebat, dum utraeque matres adstarent, et pro suo quaeque filio contenderent: v. *Poll.* IV, 130. ubi similiter *ἐν Ψυχοστασίᾳ*, *Aeschyli* nomen reticens, scripsit: doctissimorum vero Pollucis enarratorum opera multum cedit industriae *Stanleji* ad Catal. Fabul. *Aeschyli*; ex cujus itidem notatis facile revinci potest incogitantia *Th. Reinesii* V. L. II. p. 124 haesitatione praepostera non satis in Addendis purgata. Jam quis fuerit Minois exemplo, quem etsi Jupiter juri dicundo praefecerit in inferno foro, fato tamen naturaeque debitum solvere voluit, in illa tragoedia locus, paulo peritiori obscurum esse nequit. Hemst.

Ead. l. 6. *Ποιναὶ*) Supra c. 9. Solan.

Ibid. *Ἀλάστορες*) *Παλαμναῖοι δαίμονες*, vindices scelerum genii, ultores homicidarum. *Mali genii.* Vorst. Aliter

enarrat *Plutarchus* 529, 2. sed minus commode. V. *Clem. Alex.* 12, 2. Solan.

Ead. l. 9. *Τελῶναι*) Non solet *Lucianus* in hos invehi. Vide *Grot.* Flor. 179. C. Solan.

Ead. l. 11. *Τοκογλύφοι*) *Alciphr.* I. Ep. 26. *Μέγα, ὦ φίλε, κακὸν οἱ κατὰ τὴν πόλιν τοκογλύφοι·* plura notat cum hoc ipso *Luciani* loco *Berglerus*. Ut supra *Noster* c. 2. junxit *ὀβολοστατεῖν* et *τοκογλυφεῖν*, sic *ὀβολοστάτην* et *τοκογλύφον Philo Jud.* p. 454. C. *Etymol.* p. 613. *Ὀβολοστάτης οὖν ὁ τὰ μικρὰ δανείζων φίλοις, ἢ ὁ τοκογλύφος λεγόμενος· καὶ ὀβολοστατῆσαι, τόκους λαβεῖν.* Genus hominum Athenis et ubique invisum: haec bina vocabula vulgo in pejorem partem accipiuntur, quam *δανειστής·* utraque vetustatem usus ipsa compositione produnt, quippe ab eo usque tempore deducta, quo pendere solebant pecuniam, et literas in tabulis sculpere. Hemst.

Ibid. *Προγάστορες*) Non ad foeneratores, qui alibi macilenti, hic pallidi inducuntur, sed ad divites refer. Solan.

Ead. l. 12. *Κόρακα*) Tormenti genus videtur. Guyet. Genus esse supplicii *Budaeus* censuit, teste *H. Stephano* in Thes. sicuti nimirum collaria reorum collis injici poenae aut ignominiae causa *Cujacius* ex l. 7. *D. ad Leg. Jul. de vi publ.* notat Obs. XI, 22. quamvis hic loci vincti ad judicem trahantur: neuter, positis duntaxat *Luciani* verbis, ad ipsam vocem illustrandam quicquam amplius expromsit. Mihi quidem adeo videtur insolens hoc in loco, ut parum absit, quin vitio contaminatam putem. Satis constat, *κόρακος* corvique nomen ad non unum machinarum instrumentorumque genus esse traductum ob aduncam figuram, qua rostra corvorum imitantur, et ad comprehendendum tenendumque valent: ita saepius apud veteres Mechanicos, et in *Heronis* Autom. p. 259. *ἐπίστρεπτος κόραξ*, et *τοῦ κόρακος ἐπιστραφέντος*. *Strabo* III. p. 249. B. ex Artemidoro refert, Celtiberorum mulieres *περιτραχήλια σιδηρᾶ φορεῖν ἔχοντα κόρακας καμπτομένους ὑπὲρ κορυφῆς, καὶ προσπίπτοντας* (malo *προπ.*) *πρὸ τοῦ μετώπου πολύ· κατὰ τούτων δὲ τῶν κοράκων, ὅτε βούλονται, κατασπᾶν τὸ κάλυμμα, ὥστε ἐμπετασθὲν σκιάδιον τῷ προσώπῳ παρέχειν καὶ νομίζειν κόσμον·* ubi sane *Casaubonus*, quando vocari *κόρακας instrumenta, quibus mulieres Hispaniae velum adducebant aut reducebant*, censet, minus percepit rationem horum corvorum, qui pone collari ferreo infixi, et super caput ad ipsam frontem reflexi velum attractum sustinebant. Marculus etiam januae, qui *Homero κορώνη*, posterioribus *ῥόπτρον*, *ἐπίσπαστρον*, *κρίκος τῆς θύρας*, vocatur a Graecis *κόραξ* et *κοράκιον*

Gloss. H. Stephani: Uncinus, κόραξ σιδηροῦς. *Κόραξ σιδηροῦς θύρας, uncinus, repagulum.* In his similibusque aliis nihil est, quod cum κλοιῷ commode jungatur, et ad vinciendos reos pertineat. Ad uncos si quis confugerit nocentibus impactos, de quibus *P. Faber.* Semestr. II, 9. et *Baron.* ad Martyrol. Rom. Jan. 19. addideritque egregium *Propertii* locum IV. El. I, 141. *Et bene cum fixum mento decusserit uncum, Nil erit hoc; rostro te premet ansa suo*, fatebor equidem, haec non sine quadam veri specie posse proferri, modo compertum foret, Graecos scriptores unquam illum in modum κόρακας usurpasse: *Dion* certe *Cassius* ἀγκιστρά τινα μεγάλα appellavit LXI. p. 689. quo pacto *uncum* Onomasticon vetus interpretatur: omitto jam, huic explicationi loquendi formam ἐπικείμενος κόρακα vehementer repugnare. Ergo circumspicienti, an quid in locum τοῦ κόρακος apte reponi posset, primum offerebatur χοῖνιξ, quae *Hesychio* πέδη, et Χοίνικες, αἱ βαθεῖαι πέδαι, quas utrasque copulavit *Aristoph.* in Pl. v. 276. apud *Demosthen.* περὶ Στεφ. p. 494. D. Tromes Aeschinis pater Elpiae servivit χοίνικας παχείας ἔχων καὶ ξύλον. Sed deinde, quandoquidem χοίνικες tum plurali numero plerumque soleant efferri, tum pedibus implicandis comparatae minus quadrare viderentur verbo προςήρεσαν, ad σκύλακα delatus sum, huic, ut opinor, loco appositissimum. Quomodo Latini *canem* et *catulum*, ita σκύλακα Graeci vinculum ferreum appellant cervici circumdatum: δεσμὸν σιδηροῦν exponit *Poll.* X, 167. prolatis *Platonis* comici verbis: Λαβὼν μὲν οὖν τὸν σκύλακα τὸν τοῦ Προξένου, Ἔπειτα δῆσον αὐτόν· — ibidem praecedunt κλῳὸς, κλοιὸς et ἅλυσις. *Polyb.* p. 1116. M'. Acilius, cum tergiversarentur Aetolorum legati, φέρειν ἅλυσιν ἐκέλευσε, καὶ σκύλακα σιδηροῦν ἑκάστῳ περιθεῖναι περὶ τὸν τράχηλον· videatur, quem haec ipsa loca non fugerunt, *Theod. Marcilius* ad LL. XII. Tab. c. XVIII. Jam si legeris in *Luciano*, κλοιὸν ἕκαστος αὐτῶν, καὶ σκύλακα, vel, ἢ σκύλακα διτάλαντον ἐπικείμενος, et perquam levis erit mutatio, et nihil amplius restabit, quod ullam in partem offendat. Hemst. Impeditum locum expediturus magis etiam impediisse videtur magnus etiam sic Criticus. Missis χοίνιξι, quarum non potest hic locus esse, ob ipsas illas caussas, quas *Hemsterhusius* attulit, de vero σκύλαξ videamus. Κλοιὸς quum constet esse collare vinculum ferreum, atque sic a *Luciano* nostro usurpatum occurrat Toxar. c. 29. 32. et 33. aut σκύλαξ, quod et ipsum tale περιδέραιον significat, locum habere non potest, quum credibile non sit, unumquemque (ἕκαστον) illorum maleficorum duo simul gestasse collaria; aut

cum eodem *Hemsterhusio*, qui et ipse illud incommodi sensisse videtur, pro *καὶ* legendum *ἢ*. At vero sic non erat, opinor, *perquam levis mutatio*, quae, valde verendum, ut auctoris verba restituat. Quae quum ita sint, subsistendum puto in voce *κόρακα*, eamque explicandam de *corvo* quodam, h. e. de tormentorum quodam genere adunco, Romanis forte tum temporis usitato, mihi vero, fateor, ignoto. Nam etiam cum proverbiali ista exsecratione non arbitror ullam huic corvo nostro intercedere necessitudinem. Sed de hac alias ad Alexandr. c. 46. LEHM.

Pag. 18. l. 3. *Ἀποτελουμένας σκιὰς*) Hoc docet *Plato* in Gorgia. BROD. Conjiciat aliquis haud absurde *ἀποτεινομένας ἀπὸ τῶν σωμάτων*, quomodo locutus est *Aristoteles*; vel, si serves *ἀποτελουμένας, ὑπὸ τῶν σωμάτων*· necesse tamen non puto, ut quicquam immutetur. HEMST. Neque ego putabam. *Ἀποτελοῦνται αἱ σκιαὶ ἀπὸ τῶν σωμάτων* est: *exsistunt, nascuntur, orginem habent umbrae e corporibus, s. de corporibus.* Aliud esset *ὑπὸ τῶν σ.* Quemadmodum aliud est *καλεῖσθαι ἀπό τινος* Diall. Marr. IX, 1., aliud *καλεῖσθαι ὑπό τινος*. *Πρὸς ἥλιον* autem est *sole lucente*, bey Sonnenschein. LEHM.

Ead. l. 8. *Σφόδρα τινὲς αὐτῶν*) An scribendum? *σφόδρα τε αὐταὶ ἀξ.* GUYET. Vid. Varr. lectt. LEHM.

Ead. l. 13. *Πλούτοις*) Paulo post iterum plurali numero. Sic in Hermot. c. 7. et passim apud hunc. SOLAN.

Ead. l. 14. *Προσκυνεῖσθαι περιμ.*) Iisdem verbis utitur in Nigrin. §. 21. ubi multo plura reperies hisce et sequentibus perquam similia. HEMST.

Pag. 19. l. 8. *Ἐφύσα τότε*) Mutaverant *B.* 2. et Par. fecerantque *ἐφύσατο*. Veterem ego eamque genuinam scripturam reposui, quam in reliquis reperio. SOLAN.

Ibid. *Πυλώνων*) Ed. J. *προθύρων*· et sic P. et L. Utrum rectius, viderint architecturae periti: nostrum non est id definire. Si liceat tamen, quod sentio, aperire, huic loco convenientiorem existimo vocem *προθύρων*. Vide, quae hac de re habeat *Lucian.* in de Merc. Cond. c. 21. *οἱ μὲν δὴ ἔξω ἄνθρωποι . . . . ζηλοῦσί σε ὁρῶντες ἐντὸς τῆς κιγκλίδος διατρίβοντα, καὶ ἀκωλύτως εἰσιόντα, καὶ τῶν πάνυ τινὰ ἔνδον γεγενημένον.* SOLAN. Non profunda opus est architecturae peritia, ut intelligas, h. l. *προθύρων* interpretamentum esse genuinae lectionis *πυλώνων*. Scilicet *πυλὼν*, quem nonnunquam etiam *θυρὼν* dictum fuisse testis est *Pollux* I, 77., proprie erat porta solito amplior et excelsior, vel urbis, ut Lystrorum in *Luc.* Actt. Apostst. XIV, 13. et sanctorum Hierosolymorum

Joh. Apocal. XXI, 12. sq., vel palatii, ut summi Judaeorum sacerdotis regiae apud *Matth.* Evang. XXVI, 71., vel balnei, ut apud *Nostrum* in Hipp. c. 5., vel etiam domus privatae haud vulgaris magnitudinis, de qua saepissime occurrit. Insructa autem haec porta erat janua, qua introirent introituri domum; unde *ἡ θύρα τοῦ πυλῶνος* Actt. Apostst. XII, 13. in domo Mariae. Ad eam, quae fere in excelso esset exstructa, adscensus erat magnificus, gradibus amplis utrinque ornatus, ut in Hippiae l. c. balneo illi erat *πυλὼν ὑψηλὸς, ἀναβάσεις πλατείας ἔχων, ὕπτιος μᾶλλον ἢ ὄρθιος πρὸς τὴν τῶν ἀνιόντων εὐμάρειαν.* Super ea infixae erant variae inscriptiones et edicta, ut *πρόγραμμα* illud Dionis philosophi, qui auditoribus suis ediceret in tabula a porta suspensa, se hodie non esse philosophaturum, ap. *Lucian.* Hermot. c. 11., ubi haec leguntur: *πινάκιον γάρ τι ἐκρέματο ὑπὲρ τοῦ πυλῶνος, μεγάλοις γράμμασι λέγον, τήμερον οὐ συμφιλοσοφεῖν.* Ante eam denique area patebat, Romanis sub nomine *vestibuli* nota, Graecis vero *προαύλιον* dicta, ut ap. *Marcum* Evang. XIV, 68., vel *πρόθυρον*, s. *πρόθυρα* plurali numero, vel etiam *προπύλαιον*, quod posterius tamen vocabulum nonnisi de urbium, vel templorum, vel regiarum, vestibulis usurpatum fuisse existimavit *Budaeus*, teste *Henr. Stephano* in Thes. T. I. pag. 1615. F. Jam vero hunc ipsum locum implere mane solebant clientes et parasiti domini, quod dicitur Nostro Nigrin. c. 23. *ἐμπλήθειν τοὺς πυλῶνας*, et ad hanc accommodata phrasi in hoc nostro loco *ἐπὶ τῶν πυλώνων παρεστηκέναι*, neque vero *ἐπὶ τῶν προθύρων*, quod illius est glossema. *Pollucis* verba, in limine hujus notae commemorata, quae sic sonant: *Εἰσιόντων δὲ, πρόθυρα, καὶ προπύλαια. καὶ τὸν μὲν πυλῶνα, καὶ θυρῶνα καλοῦσι· τὸ δὲ τοῦ πυλωροῦντος οἴκημα, πυλώριον*, in editione *Hemsterhusii* male reddita sunt: *Ingredientium vero est vestibulum, porticus, et hanc alii* π υ λ ῶ ν α κ α ὶ θ υ ρ ῶ ν α *vocant: janitoris autem habitatio,* π υ λ ώ ρ ι ο ν *dicitur.* Redde potius: *Ingredientium vero est vestibulum, prothyra dictum, et propylaea: et portam, proprie* π υ λ ὼ ν *dictam, etiam* θ υ ρ ὼ ν *vocant; janitoris vero habitationem,* π υ λ ώ ρ ι ο ν. LEHM.

Ead. l. 11. *Ἀνατείλας*) Quasi Sol, quo nomine reges suos parasiti atque adulatores appellabant. Antigonus Hermodoto poëtae, qui se Solis filium in carmine vocaverat, eleganter illusit: *οὐ τοιαῦτά μοι ὁ λασανοφόρος σύνοιδεν.* Usus est Luciani loco *Barth.* ad *Stat.* IV. Silv. 1, 3. ad *Claudian.* in Rufin. II, 443. *Brodaeus* ad Anth. III. c. XVI. Ep. 2. ubi Isidorus Eumeli aucupio vitam tolerantis fortunam laudans, *Οὔποτε δ' ὀθνείην ἔκυσεν χέρα γαστρὸς ἕκητι.* HEMST.

Pag. 20. l. 2. *Στῆθος*) Vide, quae supra ad Nigr. c. 11. adnotata a me sunt. Solan.

Ead. l. 5. *Διονύσιον*) Vid. *Corn. Nep.* in Dione. Solan.

Ibid. *Ὑπό τε Δίωνος κατηγορηθέντα, καὶ ὑπὸ τῆς στοᾶς καταμαρτυρηθέντα*) *Plutarch.* in Dione. Brod. Mirum, qui ab Stoicis potuerit dici testimonio confixus, quem ipse Aristippus laudandum censuit. Sed alius est accusator apud inferos, et verissimum opinor, quod in mentem venit patri, *ὑπὸ τῆς σκιᾶς*. Propria ipsius umbra eum convicerat praeter Dionem. Id ipse Menippus, hoc eodem verbo etiam usus, paulo ante adfirmavit: *αὗται (σκιαὶ) τοίνυν ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν, κατηγοροῦσί τε καὶ διελέγχουσι τὰ πεπραγμένα ἡμῖν παρὰ τὸν βίον.* Gron.

Ead. l. 6. *Σκιᾶς*) Cl. *Gronovii* emendationem amplector. Solan.

Ead. l. 7. *Ἀρίστιππος ὁ Κ.*) Laërtius in ejus vita. Brod. Aristippum Dionysio patronum advocat, quia ejus parasitus fuisse traditur. V. Parasit. c. 33. Solan.

Ead. l. 9. *Προςδεθέντα*) Lego *παραδοθέντα*· absurde enim Chimaerae alligetur: eleganter traditur excruciandus. Vide Dial. Mortt. XXX. Solan. Quin etiam paucis interjectis versibus *τὸ σπαράττειν* tribuitur Chimaerae, cum quo officio infernali qua ratione conciliari commode possit notio *τοῦ προςδεθῆναι τῇ Χιμαίρᾳ*, neque ego bene perspicio. Mallem itaque ego quoque scripsisset auctor *παραδοθέντα*, vel, quod magis arridet, *παρατεθέντα*, nisi cui praeplacuerit, servato *προςδεθέντα*, voces *τῇ Χιμαίρᾳ* mutari in *τῷ τροχῷ*. Nam *τροχοὶ* etiam apud *Nostrum* saepe, ut Ver. Hist. II, 8. Diall. Mortt. X, extr. in suppliciis infernalibus numerantur; sequuntur et mox *οἱ τροχοί*. Nihilominus quidquam mutare nolebam, ubi omnes libros consentire vidi. Cogitavit fortasse auctor Chimaeram suam, qualem pinxerunt *Homerus* et *Hesiodus*, e naribus flammas efflantem. Verum vel sic in alligatione ista remanserit aliquid inepti. *Jo. Seagerus* in Class. Journ. N. XI. a. 1812. p. 154. vult *προτεθέντα* et conferri jubet similem hujus verbi, quamquam activum, usum ap. *Sophocl.* Ajac. v. 1294. Maneo tamen in vulgata. Lehm.

Ead. l. 10. *Τῶν πεπαιδευμένων*) Quo in numero censetur Plato. Brod.

Pag. 21. l. 1. *Ὀπτωμένων*) Haud temere similia apud Ethnicos scriptores invenias: sed vide *Nostrum* supra Dial. Mortt. XXX. infra in Ver. Hist. II. c. 29. et de Luct. c. 8. Solan.

Ead. l. 2. Ἡ Χίμαιρα) *Χίμαιρα, τρίμορφον θηρίον, ὃ πρόσθεν μὲν λέων, μέσον δὲ χίμαιρα, ὄπισθεν δὲ δράκων. Hesych.* Hujus descriptionem vide Il. Z. Vorst.

Ead. l. 4. *Πένητες, πλ. πτωχοὶ*) *Aristophanes* in Pluto v. 552. egregie inter *πτωχὸν* et *πένητα* distinguit: *Πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος, ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστιν μηδὲν ἔχοντα. Τοῦ δὲ πένητος, ζῆν φειδόμενον καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα. Περιγίγνεσθαι δ' αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέντοι μηδ' ἐπιλείπειν.* Id est, *nihil cum est, nihil deſit tamen. Terent.* Eun. A. II. Sc. II, 12. Vorst.

Ead. l. 8. *Δουλοπρεπές τι*) Eandem lectionem dudum conjectura fueram adsecutus; paulo post simili ratione, *φοβερόν τι καὶ διάκενον δεδορκότων*· hic enim perinde intelligendum est, quod ex *προσβλέποιεν* facile repetas, *προσέβλεπον.* Venerat etiam in mentem, *δουλοπρεπεῖς τε καὶ κολακευτικοὶ,* quod, si scriptus aliquis Codex adspirasset, libenter praetulissem, quia congruere videtur aptissime cum sequentibus *βαρεῖς ὄντες* etc. Eleganter autem orationis animandae causa interponitur *πῶς οἴει. Oenom.* apud *Euseb.* Praep. Evang. v. pag. 214. B. *Ἐγὼ οὖν ὡς ἤκουσα, πῶς οἴει ἠγανάκτησα. Plato* Symp. p. 1203. A. *πόσης οἴεσθε γέμει σωφροσύνης.* Pari modo *πῶς δοκεῖς· Theophilus* apud *Athen.* XI. p. 472. E. ubi male vertitur. Hemst.

Ibid. Τι) L. et ed. J. In aliis *τε.* Solan.

Ead. l. 10. *Διαναπαυόμενοι*) Ex P. et ed. *Junt.* Reliquae *ἀναπαυόμενοι.* Solan.

Ead. l. 12. *Χαλεπῶς ἔχοντα*) Quam frigida haec, et *Luciano* indigna! Plura sunt in hoc opusculo ejusdem farinae, quae maturum judicium minime sapiunt, et scriptorem arguunt aut a *Luciano* diversum, aut certe *Lucianum* ipsum juniorem et nondum subacti ad has res judicii. Solan. Hoc si ad Tantalum solum pertineat, omnino desiderabit *ὑπὸ τοῦ δίψους*· sed literam addi malo, *χαλεπῶς ἔχοντας*, ut Ixionem et Sisyphum simul complectatur. Illud autem frigus orationis, quod in his vir clariss. *Solanus* animadvertisse sibi visus est, ego quidem, qui meus est stupor, nullus sentio. Hemst. Non sufficit *ἔχοντας.* Nunc non patebit, cur solus Tityus eximatur numero *τῶν χαλεπῶς ἐχόντων.* Imo scripsit auctor *ἔχοντα*, de solo Tantalo cogitans, quippe quem pessime omnium in Orco damnatorum ab siti aeterna affici meminisset e *Luciani* sui locis, unde Tantali sors profecto omnium maxime deploranda patet, ut Diall. Mortt. XVII. de Luct. c. 8. e. a. Lehm.

Ibid. Καὶ τὸν γηγενῆ Τιτυόν· Ἡράκλεις ὅσος) Videtur *Τιτυὸν, Ἡράκλεις ὅσον;* Gron. Exclamantis admirationi ma-

gis, opinor, convenit abrupta oratio, *Ἡράκλεις ὅσος* (int. *ἦν*). Ad eundem fere modum in Epist. Saturnn. c. 33. dictum: *μεταξὺ πίνοντες περισκοπείτωσαν* (*οἱ πολλοὶ*) *τὸ ἔκπωμα, καὶ τὸ βάρος ἴστωσαν αὐτοὶ διαβαστάσαντες, καὶ τῆς ἱστορίας τὸ ἀκριβὲς, καὶ τὸν χρυσὸν ὅσος, ὃς ἐπανθεῖ τῇ τέχνῃ.* Sic enim ibi unice recte legitur. Lehm.

Ibid. Γηγενῆ) *Terrae filium.* Brod.

Pag. 22. l. 1. *Τόπον ἀγροῦ*) *Homer.* Odyss. *Λ*, 575.

Καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικύδεος υἱὸν
Κείμενον ἐν δαπέδῳ· ὅδ' ἐπ' ἔννεα κεῖτο πέλεθρα.

Brod.

Ead. l. 5. *Εὐρωτιῶντας*) *Παλαιὸν* et *εὐρωτιῶντα* junxit itidem *Gregor. Nyss.* ad Psalm. p. 364. B. sed voce nonnihil vitiata: *καὶ διὰ τοῦτο παλαιός τις καὶ ἐῤῥυτιῶν ἐγενόμην. Εὐρωτιῶν* legendum ex hoc *Luciani* loco, ubi eadem illa copulentur, se didicisse monet D. *Hoeschel.* ad *Phot.* p. 293. Hemst.

Ead. l. 6. *Ἀμενηνοὺς*) *Homer.* Odyss. *K*, 521. 536. Brod.

Ead. l. 7. *Αὔους*) In libris omnibus legebatur hic *αὐτοὺς*, nullo prorsus sensu. Ego vero *αὔους* scriptum fuisse pro certo habeo. Vide de Luct. cap. 8. Solan. *Αὐτοὺς*) Non diffiteor *αὔους* ingeniose cogitatum, et primo adspectu blandiri. Attamen re diligentius expensa dubitari fere nequit, quin aliud quidpiam requirat *τὸ πολυαρκὲς τῆς ταριχείας*· nam hoc quidem eum in modum ponitur, ut praecedentis cujuscunque vocabuli rationem prodat: jam si forte *αὖοι* commode dicuntur Aegyptiorum *νεκροὶ διὰ τὴν ταριχείαν*, quia condiendo corpora mortuorum exsiccantur, etiamne pari modo respondebit *διὰ τὸ πολυαρκὲς τῆς ταριχείας*; nihil, me judice, minus. Per illa vestigia dum corruptae voci medicinam quaero, incidit *ἀλύτους*, literarum certe similitudine tam propinquum, ut facilis errandi causa sponte in oculos ingeratur: praeterea quam sit opportuna verbi virtus huic loco, pronum est docere. *Λύεσθαι* et *διαλύεσθαι* a Graecis usurpari solent de iis rebus, quae compage soluta dilabuntur ac dissipantur: atque inde *ἄλυτα*, quae vel plane non, vel difficillime solvuntur, disjectisve partibus intereunt. Illa potestas optime patet ex *Aristotel.* Meteor. IV. p. 101. *ὅσα δὲ ὑπὸ θερμοῦ ξηροῦ πήγνυται, τὰ μὲν ἄλυτα, τὰ δὲ λύεται ὑγρῷ*· mox: *οἱ μυλίαι ἄλυτοι· νίτρον δὲ καὶ ἅλες λυτὰ ὑγρῷ*· paulo post: *τὰ μὲν λυτά ἐστιν, οἷον νίτρον· τὰ δὲ ἄλυτα, οἷον κέραμος καὶ λίθος*· ibidemque saepius occurrit. *Plato* Tim. pag. 1054. A. in illa admirabili augustissimi rerum omnium parentis oratione: *Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς, πατήρ τε ἔργων, ἃ δι'*

ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα, ἐμοῦ γε θέλοντος· τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν λυτόν· τό γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ λύειν ἐθέλειν, κακοῦ· δι' ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν, οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε, οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας etc. Hinc ἡ τοῦ σώματος λύσις, quando, migrante anima, collapsum tandem in cineres ac pulverem solvitur; *Aeschin.* Dial. III. §. 19. et corpus humanum natura λυτὸν, quippe quod post mortem in elementa, unde fuerat conflatum, dissipatur; Graeci dicunt λύεσθαι vel ἀναλύεσθαι εἰς τὰ στοιχεῖα. Huic necessariae calamitati obsistere conabantur conditura et odoribus Aegyptii, ut ne post obitum quidem carissimorum pignorum conspectu privarentur; eaque cura quodammodo perficiebant, ut per multa secula lineamentis integris cadavera constarent, neque, ut apud alias gentes ab his moribus aversas, cito diffluerent. *Plato* Phaed. p. 60. F. συμπεσὸν γὰρ τὸ σῶμα καὶ ταριχευθὲν, ὥσπερ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ταριχευθέντες, ὀλίγου ὅλον μένει ἀμήχανον ὅσον χρόνον· ante dixerat, σώματι τάχα διαλύεσθαι προσήκειν, ψυχῇ δὲ αὖ τὸ παράπαν ἀδιαλύτῳ εἶναι· et, τὸ ὁρατὸν σῶμα — ὃ δὴ νεκρὸν καλοῦμεν, ᾧ προσήκει διαλύεσθαι καὶ διαπίπτειν καὶ διαπνεῖσθαι. Hinc patere arbitror, cur *Noster*, postquam memoraverat quosdam mortuorum νεαλεῖς καὶ συνεστηκότας, qui tamen brevi tempore communem sortem subituri videbantur, addiderit apposite, καὶ μάλιστα τοὺς Αἰγυπτίων ἀλύτους, *indissolubiles:* quam vero ob causam? quidve tandem hanc ipsis in longissimum tempus perdurandi virtutem conciliabat? τὸ πολυαρκὲς τῆς ταριχείας. Ista cum aptissime cohaereant, non plane nostra conjectura videbitur improbabilis, eoque forte nomine alteri praeferenda. *Luciani* locum usurpavit *Gataker.* ad *Antonin.* IV. §. 48. Hemst. Egregie fulta et commendata conjectura ἀλύτους pro αὐτοὺς non videbatur tamen adoptanda, dum vulgatam nondum probatum esset abjiciendam videri. *Solanus* quidem αὐτοὺς legi dicit *nullo prorsus sensu.* Quid vero, si tamen sensus aliquis insit, isque commodior, quam quem ἀλύτους offert, modo recte capiantur verba? Age videamus. Narrat Menippus invenisse se in campo Acherusio omnis generis mortuos, alios veteres et putredine jam consumtos, recentes alios, eosque compactos, *maxime vero illos Aegyptiorum mortuos ipsos* (scilicet *compactos:* repete συνεστηκότας) *ob conditurae durabilitatem.* Adduntur haec posteriora, ut Aegyptiorum mortui etiam veteres cogitentur, non modo recentes. Et αὐτοὶ dicuntur, quia eorum cadavera prae ceteris omnibus maxima diuturnitate gaudere constabat. Satis commode autem καὶ μάλιστα cum praecedenti συνεστηκότας

conjungi posse, nemo facile negaverit. Eandem loci explicandi rationem iniit *T. F. Benedictus.* Sed quum pro αὐτοὺς tamen legi vult τοιούτους, nimium sane aberravit a vestigiis inveteratae scripturae, et, id quod majus est, a legitima quoque Graecitate. Saltem exspectabatur tum τοιούτους ὄντας. Concidit sic etiam *Jo. Seageri* conjectura τοὺς Αἰγυπτίους αὐτῶν, prolata illa in Class. Journ. N. XI. a. 1812. p. 134. Lehm.

Ead. l. 8. Οὐ πάνυ τι ἦν ῥᾴδιον) *Gataker.* ad *Antonin.* VI. §. 24. ubi horum multa profert, scripsit οὐ πάνυ ἦν τι ῥᾴδιον· male factum, si de industria separavit particulas, quae Attico more conjungi solent, ut monuit *H. Steph.* App. de D. A. p. 74. Saepe *Noster:* Char. c. 12. *Dion Chrys.* initio Charidemi: οὐ πάνυ τι αὐτοὺς ἐπιστάμενος. Hemst.

Pag. 23. l. 2. Ἀμέλει) P. L. et ed. *J.* ὥστε pro ἀμέλει habent. Solan. Recepta per editiones interpunctio fortasse paucos offendet, neque ipse temere movendam putem: nihilominus, si res mei sit arbitrii, hanc partem usque ad προφαινόντων praecedenti membro adjungi malim; tum porro subsequentis orationis initium addita particula, quae facile creberrimo vitii genere fugari potuit, locupletaverim, ἠπόρουν οὖν πρὸς ἐμαυτόν· sic ἀμέλει decentiorem locum occupabit, et articuli comprehensionis integrae justiore nexu cohaerebunt. Verum πάντων ὁμοίων legatur, an πάντων ὁμοίως φοβερόν τι καὶ διάκενον δεδοκρότων, perparum interest: sic tamen ed. princeps, addita post ὁμοίως majore distinctione: unde ortum videtur, ut postmodum ὁμοίως in ὁμοίων mutandum censuerint. Hemst. Revera sic, ut *Hemsterhusio* placet, interpungi video in B. 1. Neque tamen legitur ibi ἠπόρουν οὖν πρὸς ἐμαυτόν· qua particula ad facilem sententiarum nexum efficiendum nec mihi videmur carere posse. Ceterum in cod. 2957. voci φοβερὸν non inepte praefigitur copula, quae in crebriori ejusdem repetitione facile h. l. absorberi potuit. Quod autem *Belinus* ἀμέλει per *par exemple* reddi maluit, quam, quemadmodum Latinus interpres, *quin imo*, melius profecto tacuisset. Quodsi tamen cui praeplaceat *videlicet, scilicet,* vertere, me quidem is non habuerit refragantem. Lehm.

Ead. l. 6. Τὸν μεταίτην Ἶρον) *Homer.* Odyss. Σ. Brod.

Ibid. Ἀπὸ τοῦ Φ. β.) Ab Alcinoo. Odyss. *H.* Brod.

Ead. l. 7. Πυῤῥίαν) Vid. de Salt. c. 19. et Tim. c. 22. ubi de eo dictum est. Sed quis ille nobilis coquus in historia? nisi forsan ad Comicorum coquos alludit, de quibus ex *Athenaeo* dixi. Solan.

Ead. l. 14. *Διεσκεύασε*) Scenae proprium; qualia sunt σκευὴ, διασκευὴ, κατασκευὴ, συσκευὴ, et inde ducta verba. *Heliodor.* I. pag. 3. μυρίον εἶδος ὁ δαίμων ἐπὶ μικροῦ τοῦ χωρίου διεσκεύασεν· quam locutionem ne dubites unde fuerit mutuatus, paucis interpositis adjicit τοιοῦτον θέατρον ἐπιδείξας. *Oenomaus* apud *Euseb.* Praep. Evang. V. p. 229. B. Εὐριπίδης, ἀνὴρ ἐπὶ τῷ διασκευάσαι αὐτοὺς γενόμενος θεοφιλής· quorum mentem *Vigerus* minime percepit. *Noster* de Mort. Per. sub initium; τοῦ πράγματος, vel potius, ut *Faber* voluit, τοῦ δράματος διασκευὴ, quemadmodum in *Achill. Tat.* II. p. 125. τὴν συσκευὴν τοῦ δράματος· a qua re ipsa diversa non est Cod. Flor. lectio τὴν κατασκευὴν, quam sibi non displicere testatur *Salmasius.* Idem verbum in apparatu pompae, quae choragio scenae simillima, usurpari nihil est quod miremur: potius autem hic loci compositum, quam, uti in aliis Codd. exstat, ἐσκεύασε, probaverim. Jam tiaram et diadema, sive regium insigne candidae fasciae ob tiaram circumvolutae, ut saepe solet, distinxit *Noster*, qua de re monuit *Barn. Brisson.* de R. P. I. p. 32. Simili modo causia regum Macedonum diademate fuit cincta; unde καυσία διαδηματοφόρος *Plutarcho* T. I. p. 941. C. quod illustrat *Arrian.* Ἀ. Ἀ. VII. cap. 22. *Duris* apud *Athen.* XII. pag. 536. A. 537. F. τὴν καυσίαν ἔχουσαν τὸ διάδημα τὸ βασιλικόν. Hemst. In λαβοῦσα et διεσκεύασε Subjecti loco Fortunam esse cogitandam, ex antecedentibus per se patet. Superflua itaque, atque adeo inepta est denuo notata ἡ Τύχη. Et peropportune accidit, quod pro his *Belinus* in tribus codd. elegantem dictionem εἰ τύχοι deprehendit, de qua *Vigerus* de Idiot. p. 301. ed. Herm. Paulo post iterum occurrit, in verbis: καὶ ὁ αὐτὸς, εἰ τύχοι, μικρὸν ἔμπροσθεν etc. Non dubitabam itaque cum *Schmiedero* et h. l. recipere. Lehm.

Pag. 24. l. 4. *Δεῖ*) P. solus: in aliis δεῖν. Solan. Num legendum ἔδει; Lehm.

Ead. l. 6. *Διαπομπεῦσαι*) *In pompa transvehi, pompatice transire*, *H. Stephan.* exponit in Th. L. G. T. III. p. 201. melius interpretes, *pompam finire cum iisdem insignibus et ornatu.* Hemst.

Ead. l. 8. *Μαιάνδριον*) De eodem in Char. cap. 14. At apud *Herodotum* III. c. 123. *Μαίανδρος* dicitur ὁ *Μαιανδρίου*, ἀνὴρ τῶν ἀστῶν, ὃς οἱ ἦν γραμματιστής. De proditione in illo *Herodoti* loco non aliter liquet, quam quia supellectilem Polycratis in templo Junonis suspendisse post ejus mortem dicitur: sed ex seqq. paginis patet, successisse eum Polycrati; et semel atque iterum legitur ibi ejus nomen *Μαιάνδριος*, ut

de emendatione hic cogitare non sit opus. Solan. Vide *Jac. Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XII, 53. ubi *Μαιανδρίου τοῦ Σαμίου*. Simili discrepantia Protagorae pater *Diogeni* L. IX, 50. *Μαιάνδριος*, *Philostrato Μαίανδρος*. Hemst.

Ead. l. 10. *Μετενέδησε*) Scribe *μετενέδυσε*. Brod. *Μετενέδυσε*) Antiquiores fere edd. *μετενέδησε*, quod prima *B.* 2. mutavit; merito. De mendo monet etiam *Gatakerus* ad *M. Aurel.* XI, 24. Solan.

Pag. 25. l. 4. *Ἃ πρὸς ὀλίγον ἐχρήσαντο*) Abripi se passus fuit interpretum errore *J. Jens.* quando L. L. II. p. 302. haec posita censet pro *οὐκ ἀποδιδόντες ταῦτα, οἷς πρὸς ὀλίγον ἐχρήσαντο*. *Ἃ ἐχρήσαντο* nihil aliud quam, *quae mutua sumserant*, vel *acceperant a fortuna*; ut satis est liquidum ex opposito, *ὥσπερ οἰκείων τινῶν στερισκόμενοι*. Plane similem invenies *Cebetis* sententiam p. 61. 63. Hemst.

Ibid. *Ἐχρήσαντο*) *Mutuati sunt.* Guyet.

Ibid. *Οἶμαι δὲ καὶ τῶν* etc.) *Δὲ* mihi visum fuerat mutandum in *σε*· sed cum illud pronomen utique necessarium paulo inferius ostendat MS. augere licet *Lucianum*. Appositi sunt *Petronii* versus c. 30. p. 400 quos *Ant. Schultingius* ad oram libri adnotarat: neque *Jan. Dousam* Praec. l. c. 19. ubi eosdem explicabat, scriptoris nostri locus praeteriit. Hemst.

Ead. l. 5. *Ἑωρακέναι σε τοὺς*) Illud *σε* ex MS. R. in textum recepimus. Solan.

Ead. l. 7. *Κρέοντας*) Confer infra pro Merc. Cond. c. 5. Kuster.

Ead. l. 10. *Προῆλθεν*) De usu verborum *προέρχεσθαι*, *παρέρχεσθαι*, *παριέναι*, scenico notavimus Vol. I. pag. 230. sq. Hemst.

Ead. l. 13. *Καὶ καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν*) Eadem utitur comparatione *Just. Martyr.* Epist. ad Zen. et Ser. Bourd.

Ibid. *Ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν*) *E tragicis aut comicis sublimioribus calceamentis*, ut veterum heroum corporis proceritas repraesentaretur. Brod. Vid. *Ez. Spanhem.* ad *Aristophan.* Plut. v. 759. accuratius alibi de tragicis *ἐμβαταῖς*. Hemst.

Ead. l. 15. *Πῶλος — Σάτυρος*) De priori videsis *A. Gellium* VII, 5. et *Nostrum* pro Merc. Cond. c. 5. Jov. Trag. c. 3. De utroque Jov. Trag. c. 41. Solan.

Ibid. *Σουνιεὺς*) Sunium Atticae vicus est, ac promontorium. Brod.

Pag. 26. l. 1. *Σάτυρος ὁ Θ.*) Cum aliis Satyris hunc etiam recenset *J. Jonsius* de Script. H. Ph. II. c. 11. p. 169. et ab illo Satyro histrione, qui Demostheni fuit aequalis, di-

stinguit. De utroque Polo et Satyro opportuniore loco dicemus. HEMST.

Ibid. *Μαραθώνιος*) E Marathone vico. BROD.

Ead. l. 10. *Ἐν παραβύστῳ που*) *Παραβύειν*, in angulum aliquem infulcire, ut a conspectu et oculis amoveas: hinc *ἐν παραβύστῳ*, *clam*, *occulte*: quod plerumque in deteriorem partem accipitur de iis rebus actionibusve, quae conscientiam aliorum et lucem refugiunt: *Procopio* familiare, ex quo unum alterumque locum *Suidas* protulit. *Demosthen.* in Timocr. p. 780. F. et *Ulpian.* p. 813. B. quo respexit *Harpocrat.* in *Παράβυστον*· quanquam Grammaticis, qui originem significandi contractiorem statuunt, quam necesse sit, non adsentiar. *Σκοτίως καὶ ἐν παραβύστῳ* junxit *Evagr.* H. E. III. c. 1. Epistola, quae *Justini Martyris* dicitur, ad Zen. et Seren. p. 391. v. 46. p. 396. v. 39. *τὰς ἐν παραβύστῳ κοσμικὰς αὐτῶν ἐπιτηδεύσεις*. Mox abesse poterat *παρ'* ante *ὅσον*. HEMST. *Luciani* certe est. dictione *παρ' ὅσον* ita uti, ut sit *nisi quod*, e. g. Qu. Hist. Conscr. c. 18. de Mort. Peregr. c. 1. Verum et h. l. tolerari potest *παρ' ὅσον* in comparatione, non minus, credo, quam *παρὰ πολὺ*, vel *παρ' ὀλίγον* et *παρὰ μικρὸν* in similibus. LEHM.

Pag. 27. l. 14. *Οὐ πλέον ποδὸς*) Eadem in Dialog. Mort. *Philist.* apud *Stob.* Ser. 330. *κἂν μυρίων πήχεων γῆς κύριος ὑπάρχῃς, θανὼν γενήσῃ τριῶν ἢ τεσσάρων.* Utitur his fere verbis *Lucian.* alibi. Sic in Char. *ποδιαῖον λάβοιεν τόπον παρὰ τοῦ Αἰακοῦ.* Tangit *Marcil.* ad *Horat.* BOURD.

Ead. l. 6. *Πτωχεύοντας*) Haec et sequentia omnino puerilia et *Luciano* indigna. SOLAN.

Ead. l. 7. *Τὰ πρῶτα δ. γρ.*) Inter hominum vilissimos hic recenseri notat *Desid. Herald.* Anim. ad *Salmas.* Obs. ad J. A. et R. VII. pag. 603. ubi plura de *γραμματοδιδασκάλοις* et *γραμματισταῖς*. HEMST. Obversabatur auctoris animo, opinor, Dionysii minoris sors, qui, testibus saltem *Justino* XXI, 5. et nonnullis aliis, extorris patria et domo apud Corinthios *ludimagistrum professus pueros in trivio docebat.* Humiliorem etiam quaestum adscribit ei, *Theopompo* auctore, *Aelianus* V. H. VI, 12. et IX, 8. ad quem posteriorem locum adnotarunt nonnulla huc pertinentia *Joh. Schefferus* et *Joach. Kuchnius.* Sed jam vide, qui non sine fastidio Dionysium Corinthi inter puerulos conspexeris ludimagistrum, quo sensu affectus ejusdem adspectum concoquas inter umbras elementa literarum docentis! LEHM.

Ead. l. 11. *Μισθοῦ ἀκούμενος τὰ σαθρὰ τῶν ὑποδ.*) Protulit haec verba *Thomas. Mag.* in *Ἀκεστὴς*, ubi ex *Vascosani*

supplenda est editio novissima: "Ομ. ἐν Βατρ. (v. 183.) ὁ δὲ ἠπήτης μοὶ ἐπέστη. Τὸ δὲ ῥάπτης κοινόν. Σαθρὸς et σαπρὸς quomodo differant, exposuit *Kusterus* ad *Aristoph.* Pl. v. 814. adductis praeter hunc pluribus e *Luciano* locis, ubi prius vocabulum occurrat. Temere vero *Noster* vilissimum opificium, an certa quadam ratione, Philippo tribuerit, compertum non habeo. *Scholiastae* conjectura non inepta est, neque abhorrens. Quod sequitur ἐν ταῖς τριόδοις adhibuit *Pricaeus* ad Apul. Miles. I. p. 4. *stipes in triviis erogare.* Hemst.

Ibid. *Τὰ σαθρὰ τῶν ὑποδ.*) Sic in Catapl. c. 20. Bourd.

Pag. 28. l. 5. *Παλαμήδης*) Congerrones Nestorem et Palamedem Socrati dedit *Lucianus* apud inferos Ver. Hist. II. c. 17. idque jure merito: illum ita descripsit *Homerus,* ut in tanta morum similitudine amicitiam utriusque facile conglutinatam credas: hujus casu acerbo se vivus etiamnum Socrates est consolatus: παραμυθεῖται δ' ἔτι με καὶ Παλαμήδης, inquit in *Xenophont.* Apol. p. 411. ὁ παραπλησίως ἐμοὶ τελευτήσας· atque adeo mirum non est, si infra sapientissimi hominis familiaritatem expetiverit. De Ulysse res est alia: ejus enim facinus in Palamede designatum fuerat exsecratus; sic enim in *Xenophonte* sequitur: ἔτι γὰρ καὶ νῦν πολὺ καλλίους ὕμνους παρέχεται Ὀδυσσέως τοῦ ἀδίκως ἀποκτείναντος αὐτόν. De cruribus ex educta cicuta tumefactis vide *Platonis* extremum Phaedonem. Hemst.

Ead. l. 7. *Ἐκ τῆς φαρμακοποσίας*) *E cicutae potione.* Brod. *Plato* in Phaedro. Bourd.

Ead. l. 10. *Ἀναμετρουμένων*) Angl. ἀναμετρούντων. Bourd. Diversum est, neque adeo probandum, quod unus alterque Codex ingerit, *ἀναμετρούντων. Euripid.* Ion. v. 250. *Μνήμην παλαιὰν ἀνεμετρησάμην τινά.* Or. v. 14. — *τί τ' ἄῤῥητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ·* plura dicentur alio loco. Hemst. Dubium non est, quin scribendum auctori fuerit Medium, quippe quo illud ipsum, quod Menippus vult, significetur, quod quis sibi praeteritorum bonorum usum in memoriam revocet et quasi secum rependat. Alterum *Euripidis* locum ex Oreste *Noster* quoque in Amorr. c. 53. in usum suum convertit. Facit tamen bonorum codd. et Aldinae quoque 2. auctoritas, ut paene credam, scripsisse auctorem *ἀναμετρούντων*, idque ab eruditiori, nescio quo, in elegantiorem formam mutatum. In Diall. Mortt. II. pro eo est *μεμνῆσθαι.* Ibidem quod Croesus dicit *ᾄδων* (Menippus) *ἐπιταράττει ἡμῶν τὰς οἰμωγάς,* conferas sis cum iis, quae hic Menippus de eadem re narrat, *ᾄδει μάλα τραχείᾳ καὶ ἀπηνεῖ τῇ φωνῇ, τὰς οἰμωγὰς αὐτῶν ἐπι-*

καλύπτων etc. neque tamem credas forte scripsisse horum auctorem *ἐπιταράττων* pro *ἐπικαλύπτων*. Nam omnino dialogum illum vere Lucianeum in h. l. a simulato Luciano nostro stolidissime adumbratum apparet. Lehm.

Pag. 29. l. 5. *Προὔθεσαν οἱ πρ. ἐκκλησίαν*) Formula loquendi ad comitiorum apud Athenienses consuetudinem aptissime respondet. Prytanum erat munus senatum aut comitia fixa tabula, quae, quid in deliberationem veniret, continebat, indicere: id *Polluci* est VIII, 95. *προγράφειν πρὸ τῆς βουλῆς, καὶ πρὸ τῆς ἐκκλησίας, ὑπὲρ ὧν δεῖ χρηματίζειν.* *Aristoteles προγράφειν κυρίαν ἐκκλησίαν* dixit apud *Harpocrat.* in *Κυρία ἐκκλησία*· unde sua *Pollucem* descripsisse, quod in pluribus aliis verum est, recte *Valesius* observavit: atque ita *Aeschines* de male obita legatione, *προγράψαι τοὺς πρυτάνεις ἐκκλησίας δύο κατὰ τοὺς νόμους* p. 35. v. 43. p. 36. v. 4. Idem est *προθεῖναι ἐκκλησίας*. *Liban.* Decl. XVI. pag. 466. B. *κλαίω μὲν ὅταν οἱ πρυτάνεις προθῶσιν ἐκκλησίας.* Controversa vis verbi apud veteres in *Demosthenis* initio Phil. I. *Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προὐτίθετο λέγειν*· ibi notat *Ulpianus*, quosdam accipere *ἀντὶ τοῦ προεβάλλετο*· *τινὲς δὲ, ἀντὶ τοῦ προεγράφετο*· sed quae sequuntur, clare rem ipsam exponunt: *ἐπειδήπερ σανίδας τινὰς ἐνέγραφον τὸ πρᾶγμα ἐχούσας, περὶ οὗ ἡ σκέψις, καὶ περὶ οὗ συνεληλύθασι· καὶ προετίθεσαν τῆς ἐκκλησίας, ἵνα γνῶσι πάντες, περὶ τίνος ἐστὶν ἡ ἐκκλησία*· a quibus parum differt additum ad Or. *περὶ Παραπρ.* interpretamentum p. 380. B. *Πρόγραμμα ἐστὶ τὸ προτιθέμενον τῆς ἐκκλησίας ὥςτε βουλεύσασθαι ἢ περὶ τοῦ πέμψαι πρέσβεις, ἢ πρέσβεων ἡκόντων μαθεῖν, ὅ, τι λέγουσι*· nam oratoris verba, quibus haec illustrandis inserviunt, sic sine dubio, quod nec *Valesium* praeteriit, sunt restituenda: *καὶ τοῦθ', ὅταν ᾖ κήρυξι ἢ πρεσβείαις προγεγραμμένον, οὐκ ἀεί*· idque non *Ulpiano* solum auctore, sed Codicibus etiam melioris notae: quantum vero ab horum mente discesserit *Wolfius*, interpres alioqui minime spernendus, facile lector non indiligens per se deprehendet. Jam duplex illa *τοῦ προτιθέναι* potestas, quae *Demosthenis* enarratores distraxit, eandem etiam aliis in locis parit difficultatem: velut in *Isocratis Συμμαχ.* p. 162. A. *ἀποφανούμενος, ἃ τυγχάνω γιγνώσκων πρῶτον μὲν περὶ ὧν οἱ πρυτάνεις προτιθέασιν.* *Thucydid.* III, 38. *θαυμάζω μὲν τῶν προθέντων αὖθις περὶ Μιτυληναίων λέγειν*· forte minus erit dubitationis, quando adjungit *γνώμας* aut *διαγνώμας*· c. 36. Mitylenaei, qui Athenis aderant, *παρεσκεύασαν τοὺς ἐν τέλει ὥςτε αὖθις γνώμας προθεῖναι.* *Τοὺς ἐν τέλει Scholiastes τοὺς στρατηγοὺς* exponit, ego

τοὺς πρυτάνεις. c. 42. *Οὔτε τοὺς προθέντας τὴν διαγνώμην αὖθις περὶ Μιτυληναίων αἰτιῶμαι.* Equidem cum *Ulpiano* sentio, et has locutiones omnes esse profectas arbitror a proposita prytanum tabella, qua non tantum inlicium vocabant Athenienses, sed et qua de re sententiae dicendae forent, ac suffragia ferenda, definiebant. Nunc liquido patet, unde duxerit *Sophocl.* in Antig. v. 165. *Ὅτι σύγκλητον τήνδε γερόντων Προὔθετο λέσχην Κοινῷ κηρύγματι πέμψας·* solemne est ingeniosissimo poëtae phrases a suae gentis moribus derivatas aliorsum apte traducere: cui, praeter illud *προθέσθαι λέσχην*, hisce lectis non statim *ἐκκλησία σύγκλητος* in memoriam venit? neque obscurum est perito linguae Graecae, quare cum in superioribus exemplis *προθεῖναι* conspiciatur, ipse Medium usurparit. *Προθέματα* recentioribus esse *Imperatorum edicta*, ex *Cangii* Gl. M. et I. Gr. constare potest; quam vocem an perinde atque *ἐκθέματα* refutaturi sint *Phrynichus* et *Thomas Mag.* equidem nescio. HEMST. Eodem *indicendi* sensu Bis Accus. c. 4. dicuntur Dii *προτιθέναι αὐτοῖς* (*τοῖς ἀνθρώποις*) *ἀγορὰν δικῶν*, et similiter adv. Indoct. c. 19. *ἀγορὰν τῶν βιβλίων προτιθέναι* eleganter adhibitum occurrit de insano eodemque indocto librorum multorum coëmtore, qui, quum non sit solvendo aeri alieno, auctionem indicere cogatur librorum suorum palam vendendorum. LEHM.

Ibid. *Πρυτάνεις*) Qui sint, vide apud *Etym. M.* VORST.

Ead. l. 9. *Ἐπεὶ γὰρ*) Saepe mutari vidimus *γὰρ* et *γοῦν*· idem ne hic contigerit, valde metuo. HEMST. Fieri quidem poterat, neque tamen probabile vere factum: neque enim elegantissime exciperent sese invicem sententiae deinceps eadem particula indicatae: *ἰδὼν οὖν* etc. *διωκήθη μὲν οὖν* etc. *ἐπεὶ γοῦν αὐτῶν* etc. Ceterum de permutatione particularum *γοῦν* et *γὰρ* cf. Varr. Lectt. ad c. 17. LEHM.

Ibid. *Κατηγόρητο*) Sic scribitur passim. SOLAN.

Pag. 30. l. 3. *Καταλύεσθαι*) Angl. *καταδύεσθαι*. BOURD. *Καταδύεσθαι*) Vulgo legitur *καταλύεσθαι*· quod ferri quidem posset, nisi hanc aptiorem et concinniorem scripturam suppeditarent A. et ed. J. sic *Plutarch.* 1590, 1. *εἰς κιβωτὸν ἐνδυόμενος.* *Plato* p. 32. B. C. *εἰς τὰ τῶν ὄνων γένη ἐνδύεσθαι.* SOLAN. Somn. s. Gall. c. 16. *ἐνέδυν ἐς ἀνθρώπου σῶμα.* LEHM.

Ead. l. 7. *Κρανίων* etc.) Ludit in vocibus *κράνιον, σκέλετος, νέκυς*· mortui *ἀλίβαντες* a poëtis appellantur. BROD.

Ead. l. 8. *Φυλῆς Ἀλιβαντιάδος*) Finxit lepide hanc vocem, ut et illas, quae praecedunt. *Ἀλίβαντες* sunt *νεκροί.* vide *Hesych.* GRAEV.

Ibid. Ἀλιβαντιάδος) Angl. *Ἀλιβαντίδος*. Bourd. *Ἀλίβας* ὁ νεκρὸς, τοῦτ' ἔστι, ζωτικῆς λιβάδος, ἤγουν ὑγρότητος ἄμοιρος ὤν. *Ἀλίβαντες* quare mortui dicti, vide *Galenum περὶ Κράσεων* lib. I. Hinc *Lucianus Ἀλιβαντιὰς* finxit. Vorst. Ἀλιβαντίδος) *Ἀλίβας* est *mortuus*; et, si *Suidae* fides, nomen fluvii apud inferos, unde tribum finxerit *Noster*. Malui autem *Ἀλιβαντίδος*, quod in Angl. et P. legitur, quam quod in vulgatis est *Ἀλιβαντιάδος*. Solan. Ferri poterat *Ἀλιβαντιὰς*, ut *Πελοπὶς*, *Πελοπιὰς*, ejusque generis non pauca: sed alterum melius imitatur formam tribuum Atticarum, *Κεκροπὶς*, *Ἱπποθοωντὶς*, *Αἰαντὶς*, *Ἀκαμαντίς*. Hemst.

Ead. l. 9. *Ἐπεψήφισαν μὲν αἱ ἀρχαὶ*) *Ψηφίζειν καὶ χειροτονεῖν* separant jura civium; notissimum ex oratoribus Graec. Bourd. *Approbaverunt* magno consensu interpretes; quos cur improbaverim, intelligi potest ex notatis ad Tim. c. 44. Hemst.

Ead. l. 11. *Βριμὼ*) *Etymol.* *Βριμὼ*, ἡ *Περσεφόνη* etc. Guyet. V. *Clem. Alex.* 9. f. Hecate, *Apoll. Rh.* III. p. m. 79. Solan.

Pag. 31. l. 2. *Τὰ αὐτὰ γ. ἑαυτοῖς*) Scribendum: ὦ *τέκνον*, φησὶ, *τὴν μὲν αἰτίαν οἶδά σου τῆς ἀπορίας, ὅτι παρὰ τῶν σοφῶν ἐγένετο, οὐ τὰ αὐτὰ γιγνωσκόντων ἐν ἑαυτοῖς*, *O fili, causam scio tuae perplexitatis, a sapientibus istis profectam, qui non eadem inter se sentiunt*: *ἐν* in omnibus editis desideratur. Aliud est *οὐ τὰ αὐτὰ γιγνώσκειν ἑαυτῷ*, nimirum *a se ipso dissentire*. Graevius. Vir cl. *J. G. Graevius* legit *γιγνωσκόντων ἐν ἑαυτοῖς*, *qui non eadem inter se sentiant*. Sed videndum, ne retinenda sit vulgata lectio, ac cum eodem viro cl. recte interpretanda, *Equidem novi haesitationis tuae causam, eam nimirum profectam esse ab his sapientibus, a se ipsis dissentientibus*; qui sibi non constant, nunc hanc, nunc illam de eadem re ferentes sententiam. Eo nempe stolidior erat horum sophorum vanitas, quod non inter se modo, sed ipsi a se dissidebant. Idque jam supra ut *ἀτοπώτατόν τι* declaraverat in eodem hoc dialogo *Lucianus*: *Ἔτι δὲ πολλῷ τοῦτο ἐκείνων* (*φιλοσόφων*) *ἀλογώτερον· τοὺς γὰρ αὐτοὺς τούτους εὕρισκον ἐπιτηρῶν, ἐναντιώτατα τοῖς αὑτῶν λόγοις ἐπιτηδεύοντας* etc. *Praeterea hoc multo in illis erat absurdius: hos enim ipsos, observata eorum vita, comperi suis ipsorum sermonibus admodum contraria agentes* etc. Ad haec videtur respexisse is (Tiresias) qui hoc in loco eum, qui, quae foret optima vita, rogarat, docere vult verissimam haesitationis suae causam. Jens. Sic *Isocrates περὶ Εἰρήνης* p. m. 216. f. *οὕτως ἀλογίστως ἔχομεν, ὥστε περὶ τῶν αὐτῶν τῆς ἡμέρας οὐ ταῦτα* (*ταὐτὰ*) *γινώσκομεν*. Solan.

Ead. l. 6. *Ἀποσπάσας*) Attigi locum ad Diall. Deor. XX, §. 5. Hemst.

Ead. l. 7. *Ὁ τῶν ἰδιωτῶν*) *Privatos* vertunt: non injuria dissentit *J. Alb. Fabricius* B. G. IV. c. 16. p. 498. ubi scriptorum *Luciani* recensionem instituit: *Quod vero Tiresias*, inquit, *Menippo in aurem susurrat, optimam vitam esse τῶν ἰδιωτῶν, nolim intelligere de vita* privatorum, *sed* illiteratorum, *qui* philosophis *a Luciano opponuntur, difficiles nugas magno cum fastu tractantibus:* adjectis pluribus nostri scriptoris exemplis, in quibus eadem potestas valere debeat. Sane nihil est frequentius, quam *φιλοσόφους* et *ἰδιώτας* inter se opponi: notat *Simplic.* ad *Epictet.* Ench. c. LXXI. p. 315. *Τῶν γὰρ ἀνθρώπων οἱ μὲν ἰδιῶται, οἱ δὲ ἐκ διαμέτρου τούτων φιλόσοφοι, οἱ δὲ ἀφιστάμενοι μὲν τῶν ἰδιωτῶν, προσχωροῦντες δὲ τοῖς φιλοσόφοις, οὓς προκόπτοντας καλεῖ.* Crates, teste *Diogen. L.* VI, 88. argenti numerum apud mensarium deposuerat ea conditione, ut, si filii *ἰδιῶται γενηθεῖεν*, ipsis restitueretur; sin philosophi, publico cederet. Nec philosophis solum, sed et philologis contrarii sunt *οἱ ἰδιῶται*. *Sext. Empir.* adv. Grammat. I. §. 235. *ὡς γὰρ ἡ φιλόλογος (συνήθεια) γελᾶται παρὰ τοῖς ἰδιώταις, οὕτως ἡ ἰδιωτικὴ παρὰ τοῖς φιλολόγοις·* atque adeo cujuscunque artis rudes *ἰδιῶται* sunt, si ad artifices comparentur; quod exemplis firmare putidum foret. Nolim tamen hic privatam vitae conditionem, quae procul a philosophorum rixis remota quietem sectatur, et res, quae usu quotidie veniant, commode atque eleganter dispensat, penitus excludi: haec enim *ἀπραγμοσύνη*, quae longe recedit ab operosis philosophorum inanibusque concertationibus, saepe laudatur: quare *diu quaesitum esse Servius* notat ad Georg. II, 475. *utrum philosophiae, an rusticitatis esset vita felicior. Plato Πολ.* X. pag. 765. C. Ulyssis animam narrat *μνήμῃ τῶν προτέρων πόνων φιλοτιμίας λελωφηκυῖαν ζητεῖν περιϊοῦσαν χρόνον πολὺν βίον ἀνδρὸς ἰδιώτου ἀπράγμονος·* ubi jam sine dubio privati hominis tranquillam vitam significat. Hemst.

Ead. l. 11. *Τὸ παρὸν εὖ θέμενος*) *Praesentem fortunam boni consulens.* Proverbium, quo *Plato* in Gorg. utitur p. 302. F. Vorst. Huic formulae loquendi dignitatem proverbii veteres addiderunt: idcirco *παλαιὸν λόγον* vocat *τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν Plato* in Gorg. p. 340. E. eumque imitatus *Procopius* Goth. I. p. 187. v. 35. *Ἐμὲ γάρ τις παλαιὸς εἰσέρχεται λόγος τὸ παρὸν εὖ τιθέναι* (nescio an melius fuisset scripturus *τίθεσθαι* vel *θέσθαι*) *κελεύων·* utrumvis enim *ποιεῖν* et *θέσθαι*, illud

quidem longe rarius, hoc frequentissime in adagio locum tenet: idcirco *Hesychius* etiam in Τὸ παρὸν εὖ τίθεσο, quanquam ibi, non secus ac tot aliis in locis, cladem fuerit passus, ejus paroemiae philosophum in Gorgia citat testem; cum tamen *Suidas* ποιεῖν servaverit. Ad *Antonin.* VI. §. 2. ἀρκεῖ οὖν καὶ ἐπὶ ταύτης (τῆς τοῦ ἀποθανεῖν πράξεως) τὸ παρὸν εὖ θέσθαι, monuit *Gatakerus*, Pittacum, teste *Diogen. L.* I, 77. interroganti, quid optimum esset, respondisse, Τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, idque dictum postea in proverbium abiisse: ibidem praeter alia plura vir doctissimus *Luciani*, qui prae manibus est, locum profert. Similem plane Pittaci sententiam, quae a priore minimum discrepet, consignavit *Diogen.* I. §. 78. συνετῶν ἀνδρῶν εἶναι, πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, προνοῆσαι ὅπως μὴ γένηται· ἀνδρείων δὲ, γενόμενα εὖ θέσθαι. Interpretes, ut solent in locutionibus non explorate cognitis, mire fluctuant: *Ambrosius* ibi vertit, *quod in praesentia occurrit, bene agere, aequo animo ferre: Benedictus* nostrum illud, τὸ παρὸν εὖ θέμενος, *praesentibus contentus*, parum ipse scilicet contentus versione *Mori* minime postponenda; *praesentibus bene compositis.* Utrumque proverbium *Erasmus* explicuit, *Praesentem ſortunam boni consulere, Quod adest aequi bonique facere:* tum porro, *Admonet,* inquit, *adagium, ne nos alienarum rerum cupiditate maceremus, sed quaecunque contigit sors, eam velut optimam amplectamur.* Nec nihil, neque omnia dixerunt: altior enim quaedam potestas eo proverbio continetur, cujus vis et ratio a formula loquendi perspecta pendet. Εὖ ποιεῖν non aliter hic est capiendum, quam in εὖ ποιεῖν τὰ προςτεταγμένα· atque adeo τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν significabit, *res praesentes, et quodcunque ſuerit oblatum, lucro apponere, inque rem suam convertere.* Expende modo *Platonis* locum, ubi non insulse *Ficinus, ut eo, quod adest, pro viribus bene utar,* ipsam disputationis seriem huic virtuti suffragari comperies. *Athenaeus* XII. p. 544. B. Aristippum refert ἐνὶ μόνῳ τὸ ἀγαθὸν κρίνειν τῷ παρόντι, ut qui existimaret, nihil ad se pertinere τὸ ἀπολελαυκέναι καὶ τὸ ἀπολαύσειν, τὸ μὲν ὡς οὐκ ἔτ᾽ ὄν, τὸ δὲ οὔπω καὶ ἄδηλον· ὁποῖον καὶ οἱ τρυφῶντες πάσχουσι τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν ἀξιοῦντες· *omnium rerum aliarum securis esse gnaviter utendum praesentibus deliberate statuentes:* nam ex *Dalecampio* nequicquam veram horum sententiam exquiras. In hac schola *Horatius* cruditus monuit: *Quid sit ſuturum cras, ſuge quaerere; et Quem fors dierum cumque dabit, lucro Appone* — neque alia dote magis Aristippus Dionysio placuit, ceterisque fuit praelatus, quam quod sciret, ut ait *Diog. L.* II, 65. ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ προςώπῳ, καὶ πᾶσαν περί-

στασιν ἁρμονίως ὑποκρίνασθαι . . . . ἀεὶ τὸ προςπεσὸν εὖ διατιθέμενος. Deinde εὖ θέσθαι τὸ παρὸν similem in modum dicitur, ut in *Hesiodo* Οἶκόν τ' εὖ θέσθαι, id est, interprete *Moschopulo*, τὸν ἑαυτοῦ οἶκον καλῶς διοικῆσαι· in *Platone* Πολ. IV. p. 647. A. τὰ οἰκεῖα εὖ θέμενον, καὶ ἄρξαντα αὐτὸν ἑαυτοῦ καὶ κοσμήσαντα etc. Sic *Thucydid.* VIII, 84. τὸν πόλεμον εὖ θέσθαι· IV, 59. τὰ ἴδια ἕκαστοι εὖ βουλευόμενοι δὴ θέσθαι· et, quod rarius est notatumque a Schol. omisso εὖ I, 25. ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο θέσθαι τὸ παρόν· unde manifestum est, male syllaba minus apud *Procopium* legi Vandal. I. p. 102. οἱ Βανδίλοι ἐν ἀπόρῳ εἶχον θέσθαι τὸ παρόν. Ut autem, quam late locutionis usus pateat, intelligi possit, addam pauca diversi generis exempla: *Sophocl* El. v. 1439. Νῦν τὰ πρὶν εὖ θέμενοι. Oed. Tyr. v. 641. — μεθ' ἧς (Ἰοκάστης) Τὸ νῦν παρεστὼς νεῖκος εὖ θέσθαι χρεών. *Dionys.* El. apud *Athen.* XV. p. 669. E. Συμπόσιον κοσμῶν, καὶ τὸ σὸν εὖ θέμενος, id est, *Convivium hilarans, tuisque partibus egregie ſunctus*: quod non fecit interpres *Dalecampius.* Aeque solet usurpari καλῶς θέσθαι, ut in illo *Sophoclis* apud *Stob.* p. 54. Ταῦτ' ἐστὶν ἄλγιστ', ἂν παρὸν θέσθαι καλῶς Αὐτός τις αὑτῷ τὴν βλάβην προςθῇ φέρων· neque minus in ipso proverbio: *Cratini* locum ex Pylaea promsit *Suidas*, quem planius atque ab *Erasmo*, et, qui vestigia summi popularis pressit, *Gatakero* fuit factum, restitui posse arbitror: Ἄνδρας σοφοὺς δὲ (vel γέ· utraeque particulae in citandis versibus vulgo solent ab antiquis omitti) χρὴ τὸ παρὸν πρᾶγμ' ὡς καλῶς Ἐς δύναμιν θέσθαι — Atticae proprietatis ignoratio in ὡς καλῶς ἐς δύναμιν, ut alio mentem converterent, doctissimos homines induxit. *Achill. Tat.* V. pag. 303. Ἀλλ' ἔστίν σοι, ἔφη, καὶ τὰ παρόντα θέσθαι καλῶς, καὶ ἐλεῆσαι ψυχὴν ἐπί σοι φλεγομένην. Alterum adhibuit *Aristid.* T. III. p. 60. B. gubernator non tota, quam percepit, artis nauticae scientia ratem servat, ἀλλ' οἷς εὖ τίθεται τὸ παρόν. Ergo duplex fere potestas, quam tamen causa nonnunquam variat, in hoc adagio residet; prima, *quod in manibus est, solerter dextreque curare et administrare; sapienter rebus praesentibus utendo commodis suis consulere*: quomodo ponitur etiam εὖ διατίθεσθαι, velut in *Appian.* de B. Mithr. p. 173. E. τὸ σφέτερον εὖ διατίθεσθαι, καὶ τοῦ γενησομένου καλῶς τεκμαίρεσθαι. *Zosimus* formam verbi mutans, quae venia recentioribus est danda, I. p. 12. Ulpianum describit τὸ παρὸν εὖ διαθεῖναι, τὸ μέλλον εὐστόχως συνιδεῖν δυνατόν· et *Suidas* in Anatolio, προςῆν δὲ αὐτῷ καὶ τὸ μὴ φείδεσθαι χρημάτων τὸ παρὸν διαθεῖναι ἐσπουδακότι· altera, *si quid tentatum secus ceciderit, arte corrigere, fortunamque sinistram industria sublevare;*

quemadmodum homines prudentes solent, aleatores callidos imitati ex praecepto Micionis Terentiani in Adelph. A. IV. Sc. VII, 22. Haec autem similitudo cum non raro a veteribus usurpetur, *Valesio* persuasit, ut rationem proverbii a tesserarum jactu repeteret, compararetque Gallorum, *Se servir bien de sa chance* in Not. *Maussaci* ad *Harpocr.* p. 221. sensu quidem ex aliqua parte opportuno, sed origine nimis in angustum redacta. Ut ergo quin noster ille modus explicandi sit ad Graecae linguae ingenium accommodatior, minime dubito, sic tamen nullus diffiteor, ita proverbium hoc saepe posuisse scriptores antiquos, ut aperte ad tesserarum ludum cogitationem referrent. Exemplo sint *Sophoclis* versus, quos perperam vir magnus *Alexidi* tribuit, apud *Stob.* p. 570. v. 46. *Στέργειν δὲ τἀμπεσόντα, καὶ θέσθαι πρέπει Σοφὸν κυβευτὴν, ἀλλὰ μὴ στένειν τύχην·* ubi primum restitui placet, *κ' εὖ θέσθαι*, quam emendationem non vereor, ne quis Critices peritus nostris armis oppugnatum veniat: deinde *στέργειν* est *aequo animo ferre, aequi bonique facere*, diversum ab *εὖ θέσθαι*. Sententiam egregiam elegantissime vertit vir maximus in Florileg. p. 456. *Quod casus offert, ponere ex uso suo, Non gemere fortunam, aleatoris boni est.* Alter autem Tragici versus apud *Hesychium* in *Κυβευτὴν* loco valde mutilato corruptus invenitur; in quo refingendo, quia, unde sumtus foret, ignorabat, *Salmasius* operam lusit. Porro quid *Aeschyli* loco clarius, in Agam. v. 32. *Τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι Τρὶς ἓξ βαλούσης τῆσδέ μοι φρυκτωρίας·* audacissima figura, quam castigata *Sophoclis* majestas sibi nunquam permisisset: in *Scholiaste* vero legendum *εὐβολῆσαι* pro *εὐθυβολῆσαι*. Sed metuo, ne quis in re tenui modum excedere me queratur. Hemst.

Ead. l. 12. *Περὶ μηδὲν ἐσπουδακώς*) Plane noster Tiresias cum Simonide sensit, cujus erat praeceptum *παίζειν ἐν τῷ βίῳ, καὶ περὶ μηδὲν ἁπλῶς σπουδάζειν.* Vid. *Theon.* Progymn. p. 84. Mox autem *κλειθρία* si fenestra sit, *clathratam* intelligere oportet. *Κλειθρίδια* dabit *Evagrius* H. E. I, 14. *Πρὸς τῇ ὀροφῇ τοίνυν τῶν λεγομένων στοῶν κλειθρίδια καθεστᾶσι· θυρίδας ἔνιοι καλοῦσι·* pauloque post iterum *κλειθρίδιον·* ibi *Langi* et *Christophorsoni cancellos* repudiat *Valesius*, et *clathros* mavult vertere. In Onomastico, *Κλειθρία, rima;* alii signatius *januae rimam* interpretantur, ut monuit *H. Stephanus* in Th. L. Gr. nullo alio, quam hoc ipso *Luciani* loco adlato. Posses foramen januae vel cistae pervium, in quod clavis immittitur, exponere: *κλεῖθρον* vocat *Numenius* in illa

facetissime narrata Lacydae historia, quae delusum philosophum ad ἀκαταληψίαν adegit, apud *Euseb.* *Εὐαγγ. Προπ.* lib. XIV. τὸν δακτύλιον κατεκύλιε διὰ τοῦ κλείθρου· et saepius in proximis: ὀπὴν vocavit *Diogen. L.* IV, 59. Κλειθρίον paulo diversa potestate reperies in *Heron.* Autom. pag. 251. 262. Hemst. ex *Addendis.*

Pag. 32. l. 1. *Κατ' Ἀσφοδελὸν λ.*) *Homer.* Odyss. *Λ.* Brod.

Ead. l. 8. *Τὸ ἱερὸν τοῦ Τροφωνίου*) Vide *Th. Reines.* ad Inscript. Cl. I. n. 243. Hemst.

Ibid. *Κατέρχονται*) *Ad inferos migrant.* Brod.

Ead. l. 12. *Λεβαδεία*) Lebadia Boeotiae est oppidum, ubi Trophonius dat responsa. Brod.

IN CHARONEM.

Pag. 33. l. 2. *ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΝΤΕΣ*) Habes jam elegantissimum et omnibus suis numeris absolutissimum *Luciani* hoc in genere opus; in quo quod reprehendas nihil est: adeo omnia exacta, et cum urbanitate summa conjuncta severitas: nulla licentiae vel minimae macula, sed castissima omnia; ut hunc sanctissimo cuique adolescenti tuto in manus tradas, unde non ingenium modo, sed et mores absque periculo excolat atque ornet. Solan. Alter libelli titulus: ἐπισκοποῦντες, neutiquam, ut nonnulli recentiores, e. g. *Kleinius*, interpres *Luciani* Germanus, et *Gehrichius*, non sine infelici quadam affectatione verterunt, *visitantes* (die Besuchenden, s. der Besuch) significat, sed, ut veteres interpretes Latini, *contemplantes.* Licet enim ἐπισκοπεῖν non raro de iis dicatur, qui adeunt aliquem visitandi gratia: per hunc tamen dialogum visitationis nulla deprehenduntur vestigia. Certe si quid ejusmodi cogitare velis, Charon fuerit unus visitans. De Mercurio autem, quippe nuntio Deorum terrestri, nemo id cogitaverit. Atqui pluralis numerus ad utrumque, credo, referendus. Denique planus est ac minime dubitatus verbi ἐπισκοπεῖν usus in c. 5. extr., ubi Mercurius ad Charonem: σὺ δέ μοι ἤδη ἐν κύκλῳ περιβλέπων ἐπισκόπει ἅπαντα. Lehm.

Ead. l. 5. Ἐς τὴν παροῦσαν ἡμ.) Miror, ita scripsisse *Lucianum.* Solan. Fidem distinctionis cunctis edd. nixae δεῦρο ἀνελήλυθας εἰς τὴν παροῦσαν ἡμέραν, interpretes violare religioni duxerunt, vertentes, *in hanc lucem ascendisti:* quasi idem hic diceretur, quod paulo post, ἀνελήλυθα ἐς τὸ φῶς. Ego junctis ἐς τὴν παροῦσαν ἡμέραν οὐ πάνυ εἰωθὼς etc. eum in modum rationi linguae Graecae satisfecisse me puto, ut nulla amplius supersit causa, cur miretur *Solanus*, ita scripsisse *Lucianum.* Hemst.

Pag. 34. l. 5. Ὁ Θέττ. ἐκ. νεανίσκος) Protesilaus, de quo supra in Νεκρικοῖς *Lucianus.* Brod. Intelligit Protesilaum, cujus dialogum vide cum Plutone et Proserpina. Cler. Protesilaus. Vide supra Diall. Mortt. XXIII. Solan.

Ead. l. 6. Λειπόνεως) In bonam partem accipitur, impetrato commeatu: alioqui crimen erat λειπόνεω γίνεσθαι, quod actione λειποναυτίου persequebantur: *Poll.* VI, 154. ubi Cod. Pal. λιποναυτίου· VIII, 42. *Hesych.* Λιπόνεως, ὁ τὴν ναῦν ἀπολελοιπώς· ita Herculem, qui, ut amissum Hylan investigaret, Argo navim sociosque deseruerat, — ἥρωες ἐκερτόμεον λιποναύταν *Theocrit.* Eid. XIII, 73. Hemst.

Ead. l. 7. Ξεναγήσεις) Meminit *Moschopul.* Ἐκλ. Ἀ. Ὀ. in Ξενάγησον. Deductus ad limpidum Ilissi flumen, illamque nobilissimae platani umbram Socrates, ἄριστα σοὶ, inquit, ἐξενάγηται, ὦ φίλε Φαῖδρε· tum Phaedrus: Σὺ δέ γε, ὦ θαυμάσιε, ἀτοπώτατός τις φαίνῃ· ἀτεχνῶς γὰρ, ὃ λέγεις, ξεναγουμένῳ τινὶ καὶ οὐκ ἐπιχωρίῳ ἔοικας. *Plato* Phaedr. p. 1211. E. Hemst. Cf. Diall. Mortt. XVIII. in. Lehm.

Ead. l. 11. Τῷ ἄνω Διΐ) Quia, ut supra visum est, et inferis suus Jupiter est. Solan. Diall. Mortt. XXIII, 1. Lehm.

Ead. l. 12. Ὅλον ὑμέτερον) *vestrum prorsus:* nam Mercurius, *Claudiano* teste, *commune est profundis ac superis numen, ac jus per limen utrumque solus habet.* Brod.

Ead. l. 14. Ῥίψῃ κἀμὲ τεταγὼς) *Homer.* Il. *B.* Brod. Imo Il. *A*, 590. Lehm.

Ibid. Κἀμὲ) An χαμαί; Guyet. Minime. Vulgata sancte colenda. Lehm.

Ibid. Τεταγὼν) Sic recte ex *Homero* ipso emendatum a *Benedicto* est: in reliquis enim legebatur τεταγώς. Solan. Reliqui τεταγὼς, quoniam vet. lectionis indicium videbatur: certe τεταγὼς participium proniore cursu manat a τέταγα, quam operosus ille Grammaticorum Aoristus 2. τεταγὼν ab ἔταγον· ideo mihi perquam verisimile fit, scripturam tam facilem in membranis quibusdam antiquis exstitisse. Hemst. Non du-

bitabam, quidquid contradixerit *Hemsterhusius*, formam exhibere, quae non Grammaticorum proprie dici potest, sed vere *Homeri*, ad cujus verba Iliad. 1, 591. noster scriptor, ut solet, hanc Mercurii orationem manifesto confinxit. Neque operosum dixerim hunc Aorist. 2., certe non magis operosum, quam illa πεπίθοιμεν Iliad. *I*, 100. πεπύθοιτο ibid. VI, 50. λελάχωσι ibid. VII, 80. λελάθοιτο *Hesiod.* Theog. v. 471. Est scilicet haec reduplicatio s. Anadiplasiasmus veteribus poëtis passim usurpatus, in iis quoque temporibus, ubi Grammaticae leges intercedere videantur. De verbi τάζειν formatione monuerunt *Scholiastes* ad h. l. et *Fischerus* ad *Weller.* Gramm. T. III. a. p. 176. ex *Etymol. M.* Ceterum ad Diall. Deor. XXIV, 1. *Hemsterhusius* notavit illius et hujus loci dissensum, quum illic Mercurius se dicat nectar infudisse, priusquam Ganymedes in coelum advenisset, atque adeo his non obscure significet ex illo inde tempore a pincernae provincia se amotum esse; hoc vero Charonis loco, ubi de multo seriori aetate agi constat, idem rursus loquatur de pincernae officio tanquam sibi peculiari, ὡς ὑποσκάζων γέλωτα παρέχοιμι καὶ αὐτὸς οἰνοχοῶν. Possit huc etiam referri locus Diall. Deor. V, 2., ubi Juno non ita multo post, quam Ganymedes a Jove raptus fuerat, ironice ad Jovem, exclamat: οὕτως ἠπόρεις οἰνοχόων, καὶ ἀπηγορεύκασιν ἄρα ἥτε Ἥβη, καὶ ὁ Ἥφαιστος, διακονούμενοι, tacens scilicet Mercurii personam inter pincernas coelestes, non tacitura illa, — sic possis dicere — si cum Hebe juvenili juvenilem Mercurium potuisset componere. Neque in Cataplo c. 1. et 2. inter varia Mercurii negotia commemoratur pincernae munus. At vero talia in nostro *Luciano* eo minus ad vivum sunt resecanda, quo magis verendum, ne ita pulcherrimam ejus virtutem, liberam dico ingenii vim ac mobilitatem, improba manu sis violaturus. Lehm.

Ibid. Ἀπὸ τοῦ θεσπεσίου βηλοῦ) *Mosellanus*, *e summo coelo*: *Benedictus*, *e magno coelo.* Pater, *sacro limine.* Gron. Vertit *Benedictus*, *Vereor*, *ne me cunctantem*, *caligini addictum*, *vestrum sinat esse totum*: *vel quemadmodum nuper Vulcanum*, *ita et me correpto pede*, *e magno dejiciat coelo.* Elegantius et verius haec ultima vertit *J. Fr. Gronovius* (ut ex indicio εὐγενεστάτου filii discimus) *a sacro limine*, quam vulgati interpretes, *e summo coelo*, *e magno coelo.* Desumtus autem hic locus ex *Homero*, apud quem ipse Vulcanus Il. *A.* v. 590. narrat, quemadmodum secum egerit Jupiter:

Ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα,
Ῥίψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

Ubi *Eustathius*, quid sit βηλὸς, exponit: *Βηλὸς δὲ συνήθως, ὁ τῆς οἰκίας βατὴρ, παρὰ τὸ βαίνεσθαι. ὡς καὶ οὐδὸς, παρὰ τὸ ὁδεύεσθαι. ὅθεν καὶ τόποι ἀβέβηλοι μὲν, οἱ βατοὶ καὶ τοῖς τυχοῦσι.* His non dissimilia repetit idem commentator ad Il. *O.* v. 23. Caeterum dictionem hanc *Homericam*, qua ille dejectum de coelo memorat Vulcanum a Jove, acutissime transtulit *Menagius* in epigramma de *Lanoio*, qui plurimos a Pontificiis pro Divis cultos nunquam fuisse contenderat:

Τὸν Λαυνοῖον ὁρᾷς, ὃς συρφετὸν Οὐρανιώνων
Ῥίψε, ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

Vide *Anti-baillet* T. II. p. 216. Jens.

Pag. 35. l. 3. *Ἄλλως πλανώμενον*) *Aristoph.* Avib. v. 3. *Τί, ὦ πόνηρ', ἄνω κάτω πλανύττομεν; Ἀπολούμεθ' ἄλλως τὴν ὁδὸν προφορουμένω· Aristid.* T. III. p. 511. B. *περιέρχονται δὲ ἄλλως.* Bene notat *Etymol.* p. 68. *ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀντὶ τοῦ μάτην ἐχρῶντο οἱ Ἀττικοὶ τῷ ἄλλως. Ἄλλως πονεῖν*, id est, *ματαίως*, ut *Schol.* apud *Thucydid.* IV, 36. *Euripid.* Heracl. v. 704. *ἄλλως ἔχειν πόνους* Hel. v. 713. Hemst.

Ead. l. 4. *Καὶ ξύμπλους καὶ συνδιάτορος ὤν*) Difficile dictu est, unde *Palmerius* de *Mosellano* sic suspicetur, ut audimus, fingens vocem et a terminatione vocabuli editi remotam, et a Graecia alienam. Nec felicior est in emendatione sua proponenda, quidquid ille non dubitare se sic legendum esse prodat. Quam facili negotio sanari omnia possunt! Legendum enim *καὶ συνδιάκτορος.* Ejus vocis primitivum habes in Pseudomante: *Πυθαγόρην πολέμων τε διάκτορον ἐσθλὸν ἀοιδόν.* In Dialogo Mercurii et Majae pro eo dicit *συνδιαπράττειν· ἀλλ' ἔτι καὶ νεκρικὰ συνδιαπράττειν μεμερισμένον.* Imperite mox secuta est haec editio distinctionem aliorum, *ἢ εἴ τινα λάλον νεκρὸν εὕροις ἐκείνῳ, παρ' ὅλον τὸν πλοῦν διαλέγῃ*, cum distingui debeat *ἢ εἴ τινα λάλον νεκρὸν εὕροις, ἐκείνῳ παρ' ὅλον* etc. ut bene versiones videntur advertisse. Gron.

Ibid. *Συνδιάτορος*) Haec vox *συνδιάτορος* olet mendum: ita autem eam interpretatur *Mosellanus*: *nostrae reip. ex parte legatus*: et sic videtur legisse *συνδιαίτωρ*, quae vox etiam alibi forte non invenitur, sed quae melius a *συνδιαιτῶμαι* formatur quam *συνδιάτορος*, vel *συνδιαίτορος*, et idem valeret, quod *συνδιαιτητὴς*, id est, *convictor, contubernalis*, vel etiam *arbiter simul cum alio*; nec dubito sic esse legendum, scilicet *συνδιαίτωρ* vel *συνδιαιτητής.* Palm. Simplex *διάκτορος* est epithetum Mercurii apud *Homerum* frequens, quod Grammatici putant deductum *ἀπὸ τοῦ διάγειν τὰς ἀγγελίας*, *a nuntiis ferendis.* Vide *Eustath.* ad *Homer.* ed. Rom. p. 182. et 1393. Hic

sese ei conjungens Charon vocat *συνδιάκτορον*, non quod esset nuntius Deorum, sed quia solebat una cum Mercurio *διάγειν τοὺς νεκροὺς*, *trajicere mortuos*. Quae ad hunc locum habent eruditi viri, plane sunt inania. Cler. *Συνδιάκτορος* omnes, quas vidi, edd. Vir tamen doctissimus (in *B.* 3. credo, quam non consului) cum legisset *συνδιάτορος*, emendare conatus est: frustra; genuina enim est, quam exhibemus. *Διάκτορος* a munere Mercurii epithetum apud *Homerum* frequens, ut Il. *Β*, 103. *Φ*, 497. et Od. *Ε*, 43. unde hic *συνδιάκτορος*, *ejusdem familiae servus:* erat enim, ut apud *Aeschylum* audit Choëph. v. 163. *Κῆρυξ μέγιστε τῶν ἄνω τε καὶ κάτω*. *Spanhem.* p. 169. Solan. Mercurium *Homerus Hesiodusque διάκτορον Ἀργειφόντην* vocarunt: ratio nominis utriusque inter Grammaticos, ut solet, non explorate constat, aliis aliam originem adsignantibus, quam quisque ad suam de modo fabularum explicandarum opinionem accommodare maxime consuevit. Id quidem prorsus ineptum est atque ab analogiae legibus abhorrens, quod *διάκτορον* dici volunt inserto *τ* quasi *διάτορον*, *οἷον διατόρως καὶ σαφῶς διαλεγόμενον*, vel, *διάτορον καὶ σαφῆ κατὰ τὸ λέγειν*, sicut in *Hesychio* et *Etymologo* scribendum est: neque hoc omisit *Cornut.* de N. D. c. 16. *διάκτορος κέκληται ἤτοι ἀπὸ τοῦ διάτορος εἶναι καὶ τρανὸς* etc. Verum duplex sententia potissimum obtinuit, ab ejusdem verbi fonte, sed dispari ductu, vocem illam repetens: prima, quam probandam existimo, *διάκτορον* interpretatur *nuntium mandata perferentem ἀπὸ τοῦ διάγειν τὰς ἀγγελίας·* sic in *Etymologo* refinge, *διάγοντι τὰς ἀγγελίας τῶν θεῶν, ἀγγελιαφόρῳ*, ex *Schol. Homer.* ad Il. *Β*, 103. ex illo vicissim in hoc *ἀγγελίας* pro *ἐργασίας*. *Eustath.* ad Od. *Π.* pag. 1809. v. 33. ex vetustis poëtae enarratoribus: *Ἑρμῆς γάρ φασι πρῶτος, οἷα κῆρυξ καὶ διάκτορος, καθῆρας τὰς ὁδούς*. Altera *transvectorem animarum*, propterea quod Mercurius *ψυχοπομπὸς* umbras deducens Acherontis etiam trajectum procuret: insignis est ad *Hesiod.* *Ἐ. καὶ Ἡ.* v. 84. *Procli* locus, sed, ni fallor, truncatus, quem pro virili parte redintegrabo: *Ἀργειφόντης δὲ ἤτοι ὁ ἄργος φόνον, ἢ ὁ ἀργῶς φαίνων·* (nisi quis praeferendum censeat, *ἐναργῶς φωνῶν*) *εἰρηνικὸς γὰρ ὁ θεὸς καὶ ἀψευδής· οἱ δὲ νεώτεροι, ὅτι Ἄργον ἐφόνευσε τὸν πανόπτην. Διάκτορον δὲ Νέσσος ὁ Χῖος* (hic tamen aliae vocis *διάκτορος* proprietates forte desunt, quibus ultimo demum loco fuerit adjectum, *Νέσσος δὲ ὁ Χῖος* etc.) *ἀπὸ τοῦ διάγειν τὰς τῶν τελευτώντων ψυχάς*. Dubito, an *D. Heinsius* nostram emendationi suae, quamvis eam pro minime dubia putabat, fuisset praelaturus: *εἰρηνικὸς* certe vel in caducei gratiam, licet *ἐρ-*

μηνευτικὸς in *Tzetze* reperiret, mutare non debuerat, nec pacis conciliandae gloriam hic Mercurio eripere: sed magis obstat *Schol. Homer.* ad Iliad. *B*, 104. Quin ipsum διάκτορος a quibusdam eo fuit relatum; et in *Hesychio* legas Διακτόρως, εἰρηνικῶς, sive potius Διακτόρῳ, εἰρηνικῷ. Nessi autem Chii, sic enim quam Νέσος malo, qui rarissimus apud veteres occurrit, mentionem etiam factam invenies a *Diogen. L.* IX, 58. *Schol. Homer.* MS. apud *Ez. Spanhem.* ad *Julian.* Caes. in Prob. Not. p. 74. idem etymon *Etymologus* consignavit: ἐπὶ τοῦ Ἑρμοῦ φασι παρὰ τὸ κέαρ τῶν τετελευτηκότων κομίζειν· ἢ ὁ διάγων τὰς ψυχάς· τοῦ γὰρ Ἑρμοῦ ἐπίθετον. Διάγειν vero, quod est *trajicere, transvehere,* de Charonte posuit *Aristoph.* Ran. v. 140. Ἐν πλοιαρίῳ τυντουτωΐ σ' ἀνὴρ γέρων Ναύτης διάξει δύ' ὀβολὼ μισθὸν λαβών· et commode *Schol. Aeschyl.* ad Ἑ. ἐπὶ Θ. v. 864. ναυστόλον θεωρίδα, quomodo cymbulam inferni portitoris Tragicus appellaverat, exponit τὴν διάγουσαν τοὺς νεκρούς. Hanc postremam interpretationem secutus est, pro tempore saltem, *Lucianus*, ut Mercurium jure Charon non tantum ξύμπλουν, sed etiam ξυνδιάκτορον nuncuparet, quia secum operam in traducendis mortuorum umbris communem exercebat. Hemst. Ad priorem nominis διάκτορος vim illustrandam praeter Scholiastarum et Etymologorum adnotationes, quibus solis usus est *Hemsterhusius*, adhiberi etiam poterat *Musaei* locus Her. et Leandr. v. 6. Λύχνον ἀπαγγέλλοντα διακτορίην Ἀφροδίτης, *lucernam renuntiantem nuntium Veneris.* Lectio autem συνδιάτορος, quae *Palmerio* fraudi fuit, vere, ut *Hemsterhusius* suspicatus est, in B. 3. reperitur. Lehm.

Ead. l. 5. Καλῶς εἶχεν) *H. Stephan.* App. de *D. A.* p. 142. de praeterito imperfecto agens, *quod ut praesenti proximum, ita locum ejus interdum obtinet*, hoc etiam exemplum proposuit: *ubi tamen*, inquit, *dubitari queat, an* εἶχε *pro* ἔχει *positum sit. Suam enim significationem retinere videri queat, quatenus Mercurius hoc officium illi praestare jam recusavit: perinde ac si diceret, Non debebas id officii mihi denegare: par enim erat te meminisse* etc. *Vicissim autem, quatenus illum rogare pergit, tanquam non omnino repulsam passus, videri queat hoc praeteritum imperfectum praesentis significationem habere. Stephano* solemne est in levibus argutari: omissum ἂν, quod saepe fieri consuevit: καὶ μὴν καλῶς εἶχεν ἄν, ὦ παῖ Μαίας, ἐκείνων γοῦν etc. Particula γοῦν eundem hic locum et usum habet, quem §. 7. ὀλίγα γοῦν. Index similia plura suppeditabit. Hemst. In iis, quae modo *Hemsterhusius* de particula ἂν tradidit, non reperio equidem textus vulgati tentationem, quam cogitavit

Schmiederius, quum in Varr. Lectt. indicat conjecturam *Hemst.* *καλῶς εἶχεν ἄν*. Imo usum dicendi consuetum tetigit summus vir, quo *ἂν* non a librariis, sed ab ipsis scriptoribus, saepe omittatur. De Merc. Cond. c. 5. *καλῶς δὲ εἶχε, μὴ τοιαύτας τινὰς ἀφορμὰς ἐπινοεῖν* etc. Nigrin. cap. 10. *ἔοικας γοῦν κἀκεῖνα προςθήσειν, ὡς — — — καὶ ὡς ἄμεινον εἶχεν αὐτοῦ ταῦτα λέγοντος ἀκούειν*. Et sic saepissime. Lehm.

Ead. l. 6. *Πρόςκωπον εἶναι*] Bene restituerant *Polluci* I, 95. *Thucydidis* exemplo I. c. 12. jungatur hicce *Nostri* locus, et alter 9. 7. *ναύτης ἀεὶ καὶ πρόςκωπος ὤν*. Hemst. Cf. Catapl. c. 19. Lehm.

Ead. l. 7. *Ἐπὶ τοῦ καταστρ.*) Non in Charontis tantum cymba *super transtris*, non *sub transtris*, dormiebant, sed et alibi, uti ex *Eustathio* docet *Casaub.* ad *Theophr.* Char. p. 338. cujus textum etiam hinc emendat. Solan. *Is. Casauboni* notam ad *Theophr.* Char. c. XXII. p. 157. vellicaverat *Theod. Marcilius*, vir, praesertim si cum *Casaubono* comparetur, haud magni sane pretii, ad *Pers.* Sat. V, 146. ad eum enim hominem maligne invidum spectat acrior utrobique viri summi increpatio. *Synesius* de servo nequam in patriam navi deportando Ep. XXXII. *πλείτω δὲ δεδεμένος ἐπὶ τοῦ καταστρώματος. μὴ γὰρ εἰς κοίλην ναῦν καταβαίη*. Hemst.

Ead. l. 8. *Ὤμους*) Quia gymnasiorum praeses. Solan.

Ibid. *Ἄλλον νεκρὸν*) Castiga *λάλον, ἐκείνῳ διαλέγῃ*. Brod. *Λάλον*) Secuti sumus, hoc quidem in loco, non veterum Codd. auctoritatem, sed emendationem *Benedicti* certissimam: in omnibus enim ante ipsum editis vitiose legebatur *ἄλλον*. Interpres tamen aut emendarat, aut in suo codice recte scriptum invenerat; vertit enim *loquacem*: ut mirer, *Bourdelotium*, qui hanc versionem una cum Graeco textu edi curavit, retinuisse tamen *ἄλλον*. Vide supra Necyom. c. 18. Solan.

Ead. l. 10. *Τὴν δικωπίαν ἕλκων*) Meminerunt hujus loci *Laz. Bayf.* de R. N. p. 609. B. *Scheffer.* de Mil. Nav. p. 67. et Diss. de Variat. Nav. p. 773. F. *Tan. Faber* ad *Aristoph.* Eccles. v. 1083. ubi *δικωπεῖν*, sed sensu turpiculo translatum, occurrit. *Δικωπίας ἐρέττειν* habet *Schol. Thucydid.* ad IV, 67. modo ne legendum sit *δικωπίᾳ*. *Δίκωπον σκάφος* Charontis in *Euripid.* Alc. v. 252. et *ἐλάτᾳ δικώπῳ* v. 444. Hemst.

Ibid. *Δικωπίαν*) Ob binos, opinor, remos; quod in cymbis videre est, praesertim nautarum singulorum: nam unus tantum remigat duos trahens remos. Gron.

Ead. l. 11. *Ἑρμήδιον*) Imo, invitis libris omnibus, emenda, et meo periculo *Ἑρμίδιον* lege, ut apud *Aristoph.* Pac. v. 381. 923. Apud *Suidam* etiam corrupte legitur *Ἑρμάδιον*,

de quo monuit jam doctissimus editor *Kusterus*. Solan. Vetus etiam h. l. est lectio *Ἑρμάδιον*, quippe reperta in quatuor codd. Pariss. et in Gorl., neque tamen eo magis, opinor, genuina, vel legitimae formae. Multa de formis Deminutivorum Graecae linguae collegit *Fischerus* ad *Weller*. II. p. 24. sq. accuratius paulo distinxit *Matthiae* in Gramm. Gr. p. 126. sq. Consulendus etiam *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 74. Lehm.

Ibid. *Περιηγήσαι*) Verbi potestatem explicuimus ad Dial. Mort. XX. §. 1. pr. Nunc egregius accedat *Basilii* locus Hom. VI. in Hexaëm. p. 50. B. *Δεῦρο δὴ οὖν, ὥςπερ οἱ τοὺς ἀήθεις τῶν πόλεων τῆς χειρὸς λαβόμενοι περιηγοῦνται, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὰ κεκρυμμένα θαύματα ὑμᾶς τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως ξεναγήσω.* Hemst.

Ead. l. 14. *Καὶ διολισθαίνουσι*) P. et J. In aliis legitur pro his *διολισθαίνοντες*. Solan.

Pag. 38. l. 1. *Πάλιν*) Scribendum est *πάλαι*, quod in versione secutus sum: nam illud *πάλιν* quomodo sententiae congruat, nemo facile dixerit: nihil est frequentius isto usu *τοῦ πάλαι* apud *Aristoph.* *πάλαι δήπου λέγω, πάλαι κατηγοροῦσα τυγχάνω* etc. Aliud exemplum dedimus in *Sexto* p. 282. unde pateat, quam proclivis sit utriusque voculae permutatio. Hemst. Probavit *πάλαι* *Gehrichius*. At genuinam lectionem praebent tres codd. Pariss. Hinc cum *Schmiedero* scripsi *ἔμπαλιν*, explicans *contra, vicissim*, ut Timon. c. 29., ad quem locum frustra provocat *Abreschius* Dilucidd. Thuc. p. 142. quum *πάλιν* vulgatum tueri conatur. Conjecturae meae *πάνυ*, quam olim, memor verborum Diall. Mar. V. extr. *ἦν μή τι πάνυ ὁ διαιτητὴς ἀμβλυώττῃ*, proposueram, nunc facile valedico. Sed in antecedentibus verbis *ὡς, ἦν με σὺ ἀφῇς* etc. cave probes T. Fr. *Benedicti* conjecturam, *ὅς, ἦν* etc. Frequentissimum est *ὡς* hac potestate, ut sit *quippe, nam.* Vid. Prom. in Verbb. c. 1. Nigr. c. 8. 10. Judic. Vocal. c. 4. Tim. c. 19. 27. 46. 48. Diall. Deor. XX, 11. Diall. Mortt. XVII, 2. etc. Adde Herodot. VII, 2. Nec praeteriit hunc usum *Hoogeveenus* de particc. Gr. L. p. 771. Schütz. Lehm.

Ead. l. 4. *Ἀκόνδυλον*) *Κονδυλίζειν, stricto acutoque articulo percutere. Petron.* Vorst.

Ead. l. 5. *Τί γὰρ ἂν καὶ πάθῃ τις*) Sic *Themist.* Or. VIII. p. 103. C. *Τί οὖν ἂν πάθοιμεν πρὸς ἀνθρώπους οὕτω δυσκόλους;* Vorst.

Ibid. *Πάθοι*) Haec vox in L. et B. 2. recte habet; in reliquis pessime *πάθῃ*· nota est, et tritissima phrasis. Vide, si lubet, Dial. Mort. XV. et in Tim. c. 39. et passim. Solan. Eadem fere verba leguntur Necyom. c. 3., ubi quaedam sunt

notata. Conjunctivo vero in hujus generis formulis locum non esse, et vulgo h. l. pessime legi *πάθῃ*, facilius credo *Solano*, quam *Hemsterhusio* (an potius *Reitzio?*) in Varr. Lectt. *utrumque probum* dicenti. Notabilem etiam duco tum h. l., tum Necyom. l. l., elegantem verbi *βιάζεσθαι* usum, quo non physicam significat necessitatem, quam alteri imponimus, sed moralem quandam vim, qua efficitur graviter instando, ut alter precibus tandem victus vel fatigatus morem gerere quasi cogatur. Alibi sic usurpatur *ἀναγκάζειν*. *Herodot.* VII, 16. *Ἀρτάβανος δὲ οὐ τῷ πρώτῳ οἱ κελεύσματι πειθόμενος — τέλος ὥς ἠναγκάζετο*, (regis jussis adactus) *εἴπας τάδε, ἐποίεε τὸ κελευόμενον*. *Matth.* Evang. XIV, 22. Jesus dicitur eodem sensu *ἀναγκάσαι τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον*. Hinc famosum illud *ἀνάγκασον εἰςελθεῖν* *Luc.* Evang. XIV, 23. facile patet, quomodo sit intelligendum. Utinam vero semper recte intellexissent istud divini legati praeceptum ejus ministri! Tum, credo, neque cupidius hi, neque laxius alii, munere suo sacro functi fuissent, vel fungerentur. Egregie cum his conspirant Latinorum *cogere*, ut Cicer. ad Famil. V, 6, 2., et nostrum *nöthigen*, in familiari quidem loquendi usu. Lehm.

Ead. l. 8. *Εἶτα ἐμὲ μὲν κηρύττεσθαι δεήσει, καθάπερ ἀποδράντα ὑπὸ τοῦ Διὸς*) Insulse *Mosellanus*: *deinde et ipsi mihi verendum, ne interim tanquam transfugam Jupiter me abdicet*; quasi legisset *ἀποκηρύττεσθαι*. Verior igitur *Benedictus*; et adscripsit pater, (*quasi fugitivum per praeconem investiget.* Vid. *Petron. Mosch.* *Ἁ Κύπρις τὸν Ἔρωτα*.) locum *Petronii* intelligens cap. 58. *At non servus publicus tam languide egit: sed raptam cauponi harundinem subter lectum mittit, omniaque etiam foramina parietum scrutatur* etc. Alter locus est *Moschi* notus. Gron.

Ead. l. 9. *Κηρύττεσθαι δ. καθάπερ ἀποδράντα*) Mercurius apud *Lucianum* saepe conditionem servilem et agnoscit et indignatur: est aliquando, ut praeconis honoratiores partes gerat; ut in Vitar. auct. Hic ipse, ne tanquam fugitivus praeconis voci subjiciatur, metuit: nam si servus aufugisset, aut res quaecunque alia foret amissa, ad praeconem ire moris erat, et *μήνυτρον* commonstranti mancipium reducentive, vel inventori *εὕρετρον* pronuntiare. *Curius Fortunat.* p. 49. *Cujus servus fugerat, libello proposito, vel per praeconem nuntians dixit, daturum se denarios mille ei, qui ad se servum perduxisset.* *Dion Chrys.* Or. VII. p. 123. D. *Οὐκοῦν οὐδὲ κήρυκας ὠνίων, οὐδὲ κλοπῶν ἢ δρασμῶν μήνυτρα προτιθέντας ἐν ὁδοῖς*

καὶ ἐν ἀγορᾷ φθεγγομένους μετὰ πολλῆς ἐλευθερίας. Perfacete Stratonicus, ut erat homo jocorum plenus, apud *Athen.* VIII. p. 350. A. cum citharoedum scite prooemium quoddam canentem audivisset, reliqua vero non aeque commode peragentem, ἀναστὰς ἐκήρυξεν, ὃς ἂν καταμηνύσῃ τὸν τὸ προοίμιον ᾄσαντα κιθαρῳδὸν, λήψεται χιλίας δραχμάς. Exemplum ejusmodi praeconis habes in *Petronii* c. 97. ubi, qui hac de re scripserint, multos indicavit *Erhardus*. Hemst. Lepidissime *Propertius* III, 22. fin. de tabulis suis perditis:

Quas si quis mihi rettulerit, donabitur auro,
Quis pro divitiis ligna retenta velit?
I puer, et citus haec aliqua propone columna:
Et dominum Exquiliis scribe habitare tuum.

Lehm.

Ibid. Ὑπὸ τοῦ Διὸς etc.) Video in membranis Florentinis pro ὑπὸ τοῦ Διὸς ab erudito quodam viro notatum ἀπὸ τοῦ Διός. Sed id minime opus, cum ὑπὸ τοῦ Διὸς ad κηρύττεσθαι, non ad ἀποδράντα, sit referendum. Caeterum aliud quid, ἔμοιγε δοκεῖν, hic latet. In anterioribus rogarat Mercurium Charon, ut sibi omnia, quae in vivis essent ac agerentur, ostenderet. Mercurius caussatus, sibi tantum haud superesse otii, quippe cui uno die non amplius liceret agere apud superos, hanc autem rem non unius esse diei; verum se amici caussa multum velle; non tamen se omnia ostensurum; multos enim ad id requiri annos: pergit in verbis Graece positis, *Deinde ab Jove proclamari me oportebit tanquam fugitivum: te quoque ipsum id impediet, quo minus mortis munia exsequaris, et imperium Plutonis damno afficias, longo tempore nullos ducens mortuos: publicanus quoque Aeacus indignabitur, ne obolum quidem lucrans.* At quid hoc? An ista mora et cessatio ab imposito quotidiano munere prohibebit Charontem, Plutonis imperio damnum inferre? Neque enim video, qui aliter haec Graeca, σὲ καὶ αὐτὸν κωλύσει ἐνεργεῖν τὰ τοῦ θανάτου ἔργα, καὶ τὴν Πλούτωνος ἀρχὴν ζημιοῦν, possint intelligi. At contrarium profecto erat eventurum: scilicet vel maximum erat Plutonis regno damnum illaturus, qui tam longo tempore nullos ducturus esset mortuos. An excidit particula ὡς, legendumque? σὲ δὲ καὶ αὐτὸν κωλύσει ἐνεργεῖν τὰ τοῦ θανάτου ἔργα, ὡς καὶ τὴν Πλούτωνος ἀρχὴν ζημιοῦν, *ut damno etiam affecturus sis Plutonis imperium.* Videtur id maxime vero simile. Jens.

Ead. l. 11. *Καὶ τὴν Πλ. ἀ. ζημιοῦν*) *Jensius* excidisse putat ὡς, et legendum ὡς καὶ etc. Verum ejusmodi incuriam apud optimos quosque scriptores interdum reperias: neque

ea, ut opinor, vitio iis vertenda, si, ut hoc in loco, sensus facilis et apertus lectorem decipi non patiatur. In aliis, ubi errandi periculum est, culpandi. Solan. Reticere aliquando in uno orationis membro verbum, quod in altero vel aperte, vel impeditius sit expressum, non infrequens est: hoc ergo, quod ad implendam sententiam ex proximo arcessi debet, si potestatis fuerit ejusdem, vix ullam habet difficultatem: sin requiratur diversae, vel etiam contrariae, longe majorem. Hic in prima parte positum κωλύσει repeti non potest in sequenti; sed ex eo formandum est aliud illius membri sententiae conveniens ποιήσει, ἀναγκάσει, aut simile quiddam τῷ κωλύσει contrarium. Eum in modum huic loco recte suppetias tulit Latinarum elegantiarum non mediocriter peritus *Th. Wopken.* Lect. Tull. I. c. 8. p. 48. comparans *Pauli* I. ad Timoth. IV, 3. κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, quod intelligi volunt, κωλυόντων γαμεῖν, κελευόντων δὲ ἀπ. βρ. Vide magnum *Grotium*, qui ex *Phaedro* protulit, *Nec veto dimitti, verum cruciari fame* IV, 17. *Liv.* XXXVI, 17. *Rex — condidit se intra rupes; ne ante fauces quidem saltus, ut quondam Lacedaemonios fama est, sed intra penitus retractis castris:* ubi in priore parte supplendum esse *positis*; nam *retractis* ibi locum non habere, monuit eruditiss. *Dukerus* ad *Flor.* II, 7. pag. 361. quem adire operae est pretium. Alia de hoc genere solertissime pertractavit *J. Fr. Gronovius* Obs. IV, 2. p. 26. 27. Hemst. *Τὰ τοῦ Θανάτου ἔργα* videbantur de Orci persona eadem intelligenda, quae in *Euripidis* Alcestide proponitur, quamque et *Noster* passim etiam in hoc libello innuit, e. g. c. 8. ὁ ἀμαχώτατος τῶν ἀνταγωνιστῶν, et c. 17. ὁ βέλτιστος, cujus nuntii et ministri ibi dicuntur morbi, gladii etc. Vid. ibi *Hemsterhus.* Sunt autem τὰ τοῦ Θανάτου ἔργα passive sumenda, *quae ad Orcum pertinent.* Sic in N. T. libris τὰ τοῦ διαβόλου ἔργα, et similia. Lehm.

Pag. 37. l. 4. *Σὺ δὲ — δυνατὸν ἦν*) An cuiquam haec placeant, nescio: mihi certe medica manu indigere videntur. Lego itaque σοὶ δὲ, vel, δυνατὸς ἦς· sed prius magis placet; et ita emendasse virum aliquem doctum in margine sui libri video. Solan. Nominativum tueri licet, si statuas absolutum: *de te vero,* vel, *ad te quod attinet, si potestas tibi foret in coelum adscendendi.* Usitata Graecis structurae forma, quam nec Attici refugiunt. *Isocr.* Panath. p. 257. *Αἱ μὲν οὖν αἰτίαι — διὰ μακροτέρων μὲν αὐτὰς διῆλθον, αὗται δ' οὖν ἦσαν.* *Philostr.* de V. S. II. p. 553. v. 31. ἡ μεσόγειος δὲ — ὑγιαίνει αὐτοῖς ἡ φωνή. *Heliodor.* I. p. 2. Ὁ δὲ αἰγιαλὸς, μεστὰ πάντα

σωμάτων νεοσφαγῶν. *Aelianus*, quippe compositus ad sophisticam normam, nullo alio loquendi more aeque delectatur, quod observant docti Commentatores ad V. H. II, 11. Neque tamen diffiteor, arridere mihi σοὶ δέ. Novit *Plato* non tantum ἄκραν τὴν οὐράνιον ἀψῖδα, et τὸ τοῦ οὐρανοῦ νῶτον, sed etiam coeli περιωπὴν, unde prospectus in omnes terras pateat: in Polit. pag. 538. C. τότε δὴ τοῦ παντὸς ὁ μὲν κυβερνήτης — εἰς τὴν αὐτοῦ περιωπὴν ἀπέστη. Hic ille *summus coeli vertex, quem Jupiter tenet, supra nubila supraque ventos sedens in luce perpetua*, ut ait *Claud. Mamertin.* Genethl. Maximian. c. 14. sed idem quae scripsit in Grat. Act. pro Consul. c. 10. huc tam belle congruunt, ut praetereunda non videantur: *Si quis mortalium in aliquam coelestem speculam nube sublatus, paulo ante vidisset moesta omnia — is si nunc in illud idem editum reponatur, ac despiciat cuncta laetantia* etc. Poëtis nota fuit — *interior coeli qua semita lucet Dîs tantum, et cunctas juxta videt ardua terras: Stat.* Th. IX, 641. Est autem περιωπὴ quodvis cacumen et editior locus, etiam montium, unde longe lateque prospici possit: apud *Philostr.* de V. S. II, p. 553. ἐκ περιωπῆς τοῦ Παρνάσσου· idque ipsum ἐκ περιωπῆς proverbii ferme locum tenet: ἐκ περιωπῆς ἀποσκοπεῖσθαι *Synes.* p. 42. C. Καλῶ γὰρ ἅπαντας ὥςπερ ἐξ ἀπόπτου τινὸς καὶ μεσαιτάτης περιωπῆς μεγάλῳ καὶ ὑψηλῷ κηρύγματι. *Gregorius Nazianzenus* initio Stelit. I. Hemst. Cf. de Merc. Cond. c. 15. Pisc. c. 15. Imag. c. 1. Conviv. c. 11. Σὺ δὲ autem non minus absolute dictum, quam antea τὸ μὲν ὅλον, *ad universum quidem quod attinet, — ad te vero quod attinet.* Unde nec σοὶ admittendum, nec δὴ, quod e codd. Pariss. *Schmiederus* pro δὲ posuit. Exemplis Nominativorum absolutorum ab *Hemsterhusio* allatis addi potest *Xenophonteum* ex Oecon. I, 14. τὸ μὲν δὴ ἀργύριον — οἱ δὲ φίλοι, ἤν τις ἐπίστηται αὐτοῖς χρῆσθαι ὥςτε ὠφελεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, τί φήσομεν αὐτοὺς εἶναι; Vid. etiam *Brunck.* ad *Sophocl.* Electr. v. 480. Lehm.

Ead. l. 7. Εἰδώλοις) Εἴδωλα hoc loco pro umbris defunctorum sumuntur. Id *Virgilius* per vocem *imago* expressit Aeneid. IV, 654. *Et nunc magna mei sub terras ibit imago.* Palm.

Ead. l. 12. Ἐνδοῦναι ὀλίγον τοῦ π.) *Virgil.* Aen. V, 830. *Una omnes fecere pedem*, i. e. extenderunt funes veli, ut recte enarrat interpres. Usurpat iterum eandem aut similem vocem Ver. Hist. c. 45. et Jov. Trag. c. 47. Solan.

Pag. 38. l. 1. Τοῦ ποδὸς) *Pedis*, id est, funis, quo tenditur velum. Brod. Lapogogia. *Una omnes fecere pedem,*

Maro etc. Est enim *μεταφορικῶς* pes *ἱστίου*, ut *εὐνὴ* ancora dicitur. *Ancora fundabat naves.* G. — Ita descripsit *Solanus:* la Pogogia vocem Italicam credo; de qua tamen nihil mihi constat. *L. Bayfio* non latuit hic locus de R. N. pag. 619. B. eundem adhibuit *La Cerda* ad *Virgil.* Aen. V, 830. multos, qui de pedibus veli scripserint, recensens: verior tamen est, quam ejus, *Brodaei* sententia ad Anthol. II. p. 208. *Ποδωτὰ λῖνα Lycophroni* v. 1015. ubi vide, si tanti est, *Meursium* et *Potterum.* Hemst. *Achilles Statius* ad *Catulli* Phaselum adnotavit, Lusitanos la Poja vocare pedem veli. Hoc ex altero contractum. Idem *in Addendis.* In antecedentibus *πλαγίᾳ* male ab interpretibus Latinis ad *τῇ ὀθόνῃ* relatum puto, vertentibus, *in obliquum velum.* Aut enim ventus ipse dici debebat obliquus ut *Ἰάπυξ πλάγιος* Diall. Mortt. XI, 2. aut *πλαγίᾳ* adverbialiter sumendum, ut subaudias *γραμμῇ* s. *ὁδῷ*, quod fieri posse docuerunt ii, qui de Ellipsibus exposuerunt. Sic *ἡ ὀρθὴ* de navis cursu in Navig. c. 9. occurrit. Lehm.

Ead. l. 13. *Τοὺς Ἀλωέως υἱέας*) *Homer.* Odyss. *Λ.* (v. 304. sq.) Brod. Vide *D. Hoeschel.* ad *Origen.* in Cels. IV. p. 174. qui utitur hoc loco. Celsus ibi perquam ridicule dicitur existimasse, Mosem, cum turris ad coelum educendae historiam exponebat, *παραφθείραντα τὰ περὶ τῶν Ἀλωαδῶν ἱστορούμενα τοιαῦτα περὶ τοῦ πύργου ἀναγεγραφέναι·* calumniae depulsio facilis ex temporum ratione: sed quod *Origenes* opinatur neminem *τὰ περὶ τῶν Ἀλωέως πρὸ Ὁμήρου εἰρηκέναι,* neutiquam probaverim. Ante Celsum autem jam diu homines exstitisse impios, et de numero quidem Judaeorum, qui narrationes Mosis de structa turri, Homeri de exaggeratis ad coelum montibus eum in finem inter se compararint, ut pro fabulis utrasque peraeque habendas esse evincerent, ostendit *Philo Jud. Περὶ Συγχ. Διαλ.* p. 320. C. *Εἷς μὲν οὖν ἐστιν (μῦθος) ὁ ἐοικὼς τῷ συντεθέντι ἐπὶ τῶν Ἀλωαδῶν, οὓς ὁ μέγιστος καὶ δοκιμώτατος τῶν ποιητῶν Ὅμηρος διανοηθῆναί φησι τρία τὰ περιμήκιστα τῶν ὀρῶν ἐπιφορῆσαι καὶ ἐπιχῶσαι.* Recte quidem ut *Philo διανοηθῆναι*, sic et *Lucianus ἐθελῆσαι ἐπιθεῖναι·* nam qui revera montes eos montibus involvisse scripserunt, ab *Homero* nescio quo jure dissentiunt; siquidem magnus poëta nihil aliud, quam tam arduae rei et incredibilis aggrediundae consilium voluntatemque indicet: ideo *Themistius ἄτοπα φαντάσματα καὶ ἀλλόκοτα, ὀρῶν τινας ἐποικοδομήσεις καὶ ἀναβαθμοὺς εἰς οὐρανοὺς* vocat Orat. II. p. 56. B. satis erat immanibus pueris pro tenera aetate, quae vix nonum annum attingebat, Martem constrictum in vinculis habuisse.

'Αλωάδαι plurimum appellantur: *Stephanus 'Αλώϊον* urbem esse Thessaliae tradit, *ἣν ἔκτισαν οἱ 'Αλωάδαι καθελόντες τοὺς Θρᾶκας·* hic jam fabula remota tenue veteris historiae vestigium apparet, quod si persequi locus pateretur, in latius validissimorum fratrum imperium nos deduceret. Miror *Berkelium* ibi notantem, nusquam *'Αλωάδης* fieri ab *'Αλωεὺς*, nisi apud *Stephanum*: *Holstenius* etiam, *num 'Αλωεῖδαι*; quin plures insolens forma perculit: ad scriptoris, qui *Aristotelem* mentitur, de Mundo ista verba p. 1. *καθάπερ οἱ ἀνόητοί ποτε ἐπενόουν 'Αλωάδαι*, veriorem esse scripturam *Sylburgius* observat *'Αλωεῖδαι·* idque ipsum jamdudum ante *Nansio* fuerat visum ad *Nonni* P. E. J. VIII, 150. idem in *Origene* tentatum: neque diffitemur, *'Αλωείδας* dedisse *Apollodorum* I. p. 29. pro quo non raro *'Αλωΐδαι* exarari solent. Utrumque *'Αλωάδαι* et *'Αλωϊδῶν Pindari Scholiastes* habet intra paucos versus ad *Il. Δ*, 156. *Themist.* p. 36. *οἵους ᾄδουσι τοὺς 'Αλωάδας οἱ ποιηταί·* sed pag. 79. *ὅστις ἂν μὴ παρίησι τοὺς 'Αλωΐδας εἰς ἀποπληξίαν.* Ego tamen ut in re comperta non vereor adfirmare, multo saepius *'Αλωάδας*, si quis inquirat, in veterum scriptis repertum iri, quam *'Αλωείδας·* adeo ut temeritatis absolvi nequeat, qui morem scribendi receptissimum ad formam patronymicorum, quae ab *ευς* descendunt, vulgarem redigere conetur. Atque etiam vix me contineo, quin credam *'Αλεάδαι* vel *'Αλευάδαι* titulum fabulae Sophocleae, de qua *Casaubon.* ad *Athen.* VII, 4. et *Jo. Meursius*, ubique corruptum esse, refingendumque in *'Αλωάδαι·* cui suspicioni mirifice favent versus inde ab *Aeliano* adducti de Anim. VII, 39. nam ipsa vel cerva, vel Diana in cervam mutata, quae causam interitus Aloidis attulit, designari videtur: drama vero fuisse Satyricum, qui fuerit harum rerum intelligens, facile mihi concedet. Hemst. Praeter *Homeri* locum etiam *Quinti Smyrnaei* L. I. v. 514. citat *Belinus*. Cf. etiam *Virgil.* Aeneid. VI, 582. sq. et Georg. I, 280. Lehm.

Ead. l. 15. *Εἶτα τὸ Πήλιον ἐπ' αὐτῇ ἱκανὴν ταύτην κλίμακα ἕξειν, οἰομένους καὶ πρόςβασιν ἐπὶ τὸν οὐρανὸν*) Sic male distinctus in postrema parte hic locus legitur, etiam in Aldina editione. Interpunge autem, *εἶτα τὸ Πήλιον ἐπ' αὐτῇ· ἱκανὴν ταύτην κλίμακα ἕξειν οἰομένους* etc. Nec aliter video distingui in Florentina. Plana sunt omnia: *Homerus poëta ait, duos Aloeï filios, cum pueri etiamdum essent, olim statuisse radicitus evulsam Ossam Olympo superimponere; deinde et huic Pelion: idoneam hanc arbitrantes se habituros esse scalam, etiam ad in coelum adscendendum.* Jens.

Pag. 39. l. 3. *Νῶ δὲ*) In Cod. Flor. *νῦν δὲ, οὐ γὰρ ἐπὶ κακῷ τῷ θεῶν.* Bourd.

Ead. l. 7. *Δύ' ὄντες*) *Hic δύ' ὄντες pro δύ' ὄντες μόνον dictum esse manifestissimum est*, inquit *H. Stephan.* App. ad Scr. de D. A. p. 105. additis e *Luciano* pluribus ejusmodi locis; in quibus equidem quid opus sit ellipsi, nullus video, atque adeo lubens sequor exactissimum judicium *Dukeri* ad *Thucydid.* IV, 92. Hemst. Eandem Ellipsin Ellipsium venatores etiam in Panis verbis Bis Accus. c. 10. *ποιησάμενοί με* (*μόνον*) *τῆς εὐφροσύνης μάρτυρα*, quaerere sustinuerunt, refutati tamen illi etiam a *Schaefero* ad *L. Bos* de Ellipss. pag. 308. Lehm.

Ead. l. 10. *Τοῖν βρεφυλλίοιν*) Otum et Ephialtem intelligit *Lucianus.* Adi citato nuper libro *Homerum*, ubi et hoc est, *αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον.* Brod.

Ead. l. 14. *Ἰδιώτης*) *Ignarus literarum*, non *rusticus*, ut habet interpres. Cler.

Ead. l. 15. *Οὕτω ῥ. συντιθεὶς*) Nihil est hic, quod magnopere offendat: nescio tamen quo pacto magis blanditur, *ἀμβατὸν ἐποίησε τὸν οὐρανόν· οὕτω ῥαδίως συνετίθει τὰ ὄρη.* Illud autem *ἀπὸ δυοῖν στιχοῖν* pro *δυσὶ στίχοις* non aliter est dictum, quam *ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης, ἀπὸ τροχιλιᾶς ἀνιμᾶν* *Theophrast.* H. Pl. IV. p. 76. *ἀπὸ ῥαβδίου οἰακίζεσθαι* *Strabo* XVII. p. 1184. B. Vide *Kuster.* ad *Aristoph.* Equ. v. 535. *Duker.* ad *Thucydid.* VIII, 87. Hemst. Adde *Morum* ad *Isocrat.* Paneg. c. 22. p. 58. Spohn., et exempli loco *Xenoph.* Memorr. I, 2, 9. ubi est *τοὺς τῆς πόλεως ἄρχοντας ἀπὸ κυάμου* (per fabas, s. fabarum ope) *καθίστασθαι.* Participii cum *οὕτως* et Adverbio juncti elegantiam, qua exclamatio obliqua significatur, non debebat *Hemsterhusius* tollere velle, quum *συνετίθει* legendum censeret. Simili ratione Timon. c. 36. *τέλος δὲ, ἄφνω καταλιπὼν οὕτως ἀπίστως καὶ προδοτικῶς*, ubi nec *κατέλιπε* quisquam correxerit, nec pro *οὕτως* cum *Hemsterhusio* scripserit *οὗτος.* Pro *συντιθεὶς* autem rectius in cod. Gorl. scriptum *συνθεὶς*, quod non dubitavimus recipere. Lehm.

Pag. 40. l. 4. *Ὡς διαδέξοιτό ποτε αὐτὸν*) Postulare videtur legitimus orationis cursus, *ὡς διαδέξαιτό ποτε αὐτὸς ἐκεῖνον τὸν Ἄτλαντα· διαδέξαιτο*, ut *ἀναπαύσειεν· αὐτὸς* vero concinnius ad Herculem pertinebit, quam si cumulate *αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν Ἄτλαντα* scribatur. Hemst. De *διαδέξαιτο* nemini facile in mentem veniat dubitare, eo minus, quum etiam Codicum accedat auctoritas. Sed *αὐτὸς* pro *αὐτὸν* h. l. admodum jejune dictum foret, ac minime Attice. Quae causa fortassis fuit, cur *Seyboldo* omnino haec vox ejicienda videretur. Verum

nec mutanda est, nec delenda. Scilicet αὐτὸν ἐκεῖνον est *illum ipsum*, de quo modo loquebar. Sic αὐτοὶ ἐκεῖνοι (philosophi, quorum modo mentio facta) Diall. Mortt. I, 2. ἐκεῖνος αὐτὸς ibid. VII, 1. *ille ipse*, quem modo dicebas; et sexcenties eadem formula recurrit. Consultius videri possit τὸν Ἄτλαντα pro superfluis exterminanda ducere, ut voluit idem ille *Seyboldus*; idque forte eo probabilius, quum in B. 1. et 3. Articulus desit. At huic quoque consilio intercedam, nisi et infra §. 8. τὸν Μίλωνα exturbaveris in verbis: ὅς αὐτόν σοι τὸν Μίλ. etc., quod nemo quisquam ausit, quamvis novissime Milonis nomen fuerat pronuntiatum. Lehm.

Pag. 41. l. 1. Ἐξειργάσμεθα) Veteres edd. ἐξειργασόμεθα. *B.* 2. *S.* et Amst. ἐξειργασάμεθα. Sed genuinum est, quod reposuimus. Solan.

Ead. l. 12. Τῶν κρανίων) An συντριβέντες τὸ κρανίον; placet. Guyet. Imo vehementer displicet, vel ob Singularem numerum. *Aristoph.* Pac. v. 70. ἕως ξυνετρίβη τῆς κεφαλῆς. Grammaticorum praecepta collegit *Fischer.* ad *Weller.* T. III. a. p. 377. Lehm.

Pag. 42. l. 5. Εἴγε καὶ ἰδεῖν) Particula saepius eum in modum poni solita: ut intelligendum aliquid relinquat: hic non difficulter explebis sententiam: *conandum est aliquid, et cum nonnullo periculo huc adscendendum, siquidem, o Charon, perspicere velis omnia.* Hemst.

Ead. l. 6. Οὐκ ἔνι) *Non licet.* Brod.

Ead. l. 7. Φείδου μὴ) *Benedict. Ne pedem in lubrico ponas:* imo, *ne parcas pedem in lubrico ponere.* Guyet.

Ead. l. 11. Λίμνην) *Mare.* Brod.

Pag. 43. l. 9. Ὅτι γελῴην) Hic iterum ὅτι male conjungitur, ubi legitur, καὶ ἤρου με ὅτι γελῴην· scribe ὅ,τι. *Et rogabat me, quid riderem.* Plane sic in Florentina. Apud *Homerum* quoque Il. *Α*, 64. illud ὅ,τι perperam conjungitur: Ὅς κ' εἴποι, ὅτι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων. Sed scribe, Ὅς κ' εἴποι ὅ,τι τόσσον etc. *Qui dicat, quid* (ob quam causam) *adeo iratus sit Apollo.* Ita distinctum hunc *Homeri* locum olim lectum fuisse, liqueat ex *Hesychio*, non aliter haec verba referente; qui ipse quoque una literula multatus est, Ὅ,τι τόσον, διότι τοσοῦτον· lege ex *Homero* τόσσον. Jens.

Pag. 44. l. 1. Ἐς τὴν ὑστεραίαν) Haec in libris publicatis interpunctio sequentibus adnectit: nec dissentiunt interpretes: ego contra censui κληθεὶς εἰς τὴν ὑστεραίαν jungi oportere: huic ergo distinctioni versio quoque respondet. Hemst.

Ead. l. 5. Ἔοικα δὲ καὶ νῦν ὑποκαταβήσεσθαι] Non accuratissime *Hemsterhusius* vertit: *Videor — descensu-*

rus: rectius olim *Jac. Micyllus: descendendum censeo.* Scilicet primum ἔοικα cum Infinitivo junctum non *speciem* denotat, ut reddendum sit *videor mihi*, quod Graeci dicunt δοκῶ μοι, sed *verisimilitudinem, probabilitatem,* et reddi debet *par est, consentaneum est,* vel similiter pro loci cujusque natura et nexu. Ex infinito locorum Lucianeorum numero, quae maximam partem hactenus in versione Latina non satis bene reddita reperientur, paucis utar ad rem illustrandam. Diall. Mortt. III, 1. Trophonius Menippo dicit: σὺ δ' ἔοικας οὐκ ἐπιδεδημηκέναι Λεβαδείᾳ τὸ παράπαν· quae non hoc volunt, quod in versione dicitur: *haud sane videris unquam invisisse Lebadiam,* sed potius: *te par est non peregre unquam fuisse Lebadiae,* du *musst* aber doch gar nicht in Leb. gewesen seyn. Colligit hoc inde, quod Menippus modo de ipsius divinitate et divinandi facultate dubitaverat. Ibid. X, 11. Ψεύδεται· ἄλλα γὰρ ἔοικε λυπεῖν αὐτόν. quae interpres sic reddit: *Mentitur: nam alia sunt, quae credas eum pungere;* rectius paullo: *alia enim consentaneum est eum pungere.* Quippe conclusionem facit Menippus ex omni philosophi vita ante acta. Plura loca, quum res certa sit, nolo perlustrare: sentiet jam ubique verum, qui subtiliori sit praeditus judicio. Addo modo, etiam has formulas, ὡς ἔοικας, ὡς εἰκὸς, et ejusdem generis alias, ad eandem interpretandi normam esse revocandas. Quod autem ὑποκαταβήσεσθαι redditur *descensurus,* non minus recedit ab eo, quod vere voluit Charon. Infinitivus enim Futuri praeter id, quod futurum est, etiam id nonnunquam Graecis significat, *quod fieri oportet, quod faciendum est;* ubi scilicet a verbo pendet, cui *censendi, arbitrandi, existimandi,* potestas inest. Timon. c. 34. τουτονὶ δὲ τὸν τυφλὸν, ὅστις ἂν ᾖ, καὶ ἐπιτρίψειν μοι δοκῶ τῇ δικέλλῃ, — *etiam comminuendum mihi censeo,* — dem werde ich wohl den Hirnschädel zerschmettern müssen. Deor. Concil c. 8. ὥστε ταῦτα μὲν ἐάσειν μοι δοκῶ, *haec itaque mittenda mihi duco,* dieses werde ich wohl mit Stillschweigen übergehen müssen. Cf. Timon. c. 42. de Mort. Peregr. c. 10. Hunc itaque in modum verba ἔοικα δὲ καὶ νῦν ὑποκαταβήσεσθαι equidem vertere malim: *consentaneum nunc jam mihi paullatim descendendum;* so werde ich mich denn nun nothwendig hinunter verfügen müssen. LEHM.

Ead. l. 12. Ὄφρ' εὖ γινώσκῃς) *Homer.* Il. *E*, 127. BROD.

Ead. l. 13. *XAP. Τί ἐστιν;*) Vereor, ne praeter *Luciani* voluntatem Mercurii sermo sit intercisus: illi, quod nunc incommode Charonti tribuitur, est adsignandum; quid enim aptius, quam ut recitatis *Homeri* versiculis statim quaerat

τί ἐστιν; ἤδη ὁρᾷς; Hemst. Dum versus Homerici a Mercurio recitantur, fingendus Charon paullatim sentire majorem visus sui mutationem; adeo, ut, miram oculorum aciem nactus, priusquam Mercurius alterum versum finivit, admirabundus exclamet: *Quid hoc est? Quae tandem facta est visus mei mutatio?* Convenienter tum fascinator ipse: *Jamne vides?* Et bene se cuncta habent secundum hunc vulgatum dictorum ordinem; minus sane placet is, quem *Hemsterhusius* commendat, et in versione quoque secutus fuit, ordo, quamquam *Wielandio* et *Matthiaeio* probatus. *Seyboldus* et *Gehrichius* non sine idonea causa pristinae rationi immanendum censuerunt. Lehm.

Pag. 45. l. 2. Ὡς πρὸς ἐμὲ) *Si mecum componatur.* Brod.

Ead. l. 3. Προδίδασκέ με) Quorsum spectet προδιδάσκειν, quidve Charon ante doceri velit, non capio; quandoquidem acutissimam aciem repente nactus nihil nunc aliud expetit, quam ut quae in terris ab hominibus gerantur, sibi Mercurius demonstret, interrogantique singula respondeat. Videtur in προ nescio quid haerere vitii. Hemst. Salva est lectio προδίδασκε, modo ne explices, de quo *Hemsterhusius* cogitavit, *ante docere*, neque, quod *Abreschio* visum Dilucc. Thuc. p. 736., *prorsus, omnino, penitus, docere*; sed illud πρὸ statuendum, quod significat in Compositis *palam*, s. quod ex obscuriori loco aliquid in lucem *proferatur*, ut *Horatianum prodocere* Epistst. I, 1, 55. ita, ut, si velis, etiam cum *Brunckio* ad *Aristophan.* Nub. v. 987. et *Hermanno* ad *Viger.* p. 816. contendere quodammodo possis, simplicis vice poni nonnunquam προδιδάσκειν, etiam apud *nostrum* scriptorem. Vid. Pseudol. c. 4. et Soloec. c. 12. Nihil igitur est, quod suspecta videatur lectio; atque adeo tum per se *Schmiederus* erravit, quod Poli Coll. lectionem προςδίδασκε edidit, tum arripuit etiam importunius verbum, cujus quidem potestas aeque aliena ab h. l. sit, ac quam effugere voluerat editor. *Schmiederi* mutationem nimis facile probavit *Traug. Fred. Benedict.* Quod olim conjeceram, πρῶτον δίδασκε, etsi nec per se improbabile, et conveniens etiam cum *Jac. Micylli* interpretatione: *Itaque deinceps hoc primum me velim doceas,* nunc tamen ingenue pro ingenii lusu missum facio. Lehm.

Ead. l. 5. Ἀμελέτητον) Scriptura optima, quam P. L. et ed. J. exhibent. Reliquae ἀμελῆ, quod servari quidem forsan potuerat, ut de Merc. Condd. c. 25. sed ne MSS. Codd. et Juntinae auctoritatem sequi dubites, vide Gall. cap. 18. et Paras. c. 60. ex quibus omnibus, quid inter has voces discriminis sit, facile perspicies. Solan.

Pag. 46. l. 1. *Ὥςπερ τορύνην τινὰ ἐμβαλὼν τὴν τρίαιναν*) Cum vertisset *Mosellanus*, *atque tridente velut unco quodam hamo injecto*, contraxit *Benedictus*, *et injecto tridente tanquam quodam hamo.* Quod cui potest placere? unde hamus ille? aut ad quam rem? An hamus facit ad turbandum? An ignorat ullus, *τορύνην* passim ab Grammaticis exponi *κινητήριον τῆς χύτρας*; quod et commodissime et facete ab ridiculo *Luciano* et Neptunum traducente in persona Charontis videtur dictum, non secus ac si mare esset ejus olla culinaria. Gron.

Ibid. Τορύνην) *Tudiculam.* Brod. Imo *rudiculam. Tudicula* enim, i. e. minor tudes s. malleus (*Pomp. Festus* in *Nic. Perotti* Cornu Copiae Bas. 1526. pag. 1222. v. 1. dicit: Tudites mallei a tundendo dicuntur) *Perotto* teste pag. 422. v. 17. significat instrumentum, quo vasis signa imprimuntur. Unde tudicula imprimere, intundere, sculpere. Videtur igitur tudicula idem fuisse instrumentum, ac *caelum* s. *scalprum*, modo latioris fortasse significationis. Quod quam male aptum sit nostro loco, vel ex Scholio subjecto patet, quomodocunque id restituatur. Hoc si audiamus, *τορύνη* fuit *instrumentum ligneum*, *rotundum et infra incurvatum*, quo in culinis veteres usi sunt ad liquores varii generis facilius commiscendos. Latinis ad eundem finem inserviit *rudis*, vel *rudicula*: vid. *Plin.* H. N. XXXIV, 18. vernacule: Quirl, Rührlöffel. Nisi fallor, similitudo vocum *rudicula* et *tudicula*, quam etiam in *Forcellini* Lexico s. *rudicula* notatam reperi, effecit, ut aberrarent h. l. interpretes. Jam sic vocabulo accepto, sententia Charonis, vel tandem *Luciani* ipsius, commodissima et lepidissima exsistit. Videas sic Neptunum, veluti coquum, linteo praecinctum, tridente, tanquam rudicula, mare funditus miscere et conturbare. In quo simili si quid insit, quod magis *Lucianum*, quam Charonem, referat, id non offendet nisi eos, qui Lucianei ingenii prorsus ignari fuerint. Eadem sententia omnino etiam *Jac. Gronovius* fuisse videtur. Lehm.

Ead. l. 15. *Τὰς θυέλλας*) Sumta sunt ex Od. *E*, 291. ubi pro — *πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας* videri poterat legisse *Lucianus*, *ὀρόθυνε θυέλλας*· sed memoriter haec, verbis non adnumeratis, citasse *Nostrum* credo: quae etiam est causa, cur *ὠρόθυνε* augmento suo instructum non repudiem. *Nicetas* Man. Comn. II. p. 109. *ὡς ἐχανεῖς ἀμπώτιδες καὶ σύρτεις, αἳ κῦμα ὀρθὸν ἐπαιγίζουσιν, εἰς τὰς μάχας ἐπωγκοῦντο καὶ ὠροθύνοντο.* Hemst.

Ibid. Ὀρόθυνε) Ex *Homero* emendavimus, quod in omnibus legebatur *ὠρόθυνε.* Solan.

Ead. l. 6. *Αὐτῇ Σκύλλῃ καὶ Χ. καὶ Κ.*) Id est, *cum ipsa Scylla et Charybdi* etc. Guyet. Charon indicaturus Mercurio, unde et ipse multos memoria comprehensos habeat versus Homericos, facetissime narrat, eo, quo *Homerum* defunctum trajiceret, tempore incidisse gravem tempestatem, *Homerumque* nauseabundum evomuisse plurima suorum carminum una cum Scylla, Charybdi et Cyclope. Ita simpliciter hic locus capiendus. Quid enim? Lubetne interpretem sequi vertentem, *Nauseabundus ille ipsi Scyllae, et Charybdi, et Cyclopi bonam carminum partem evomuit*, et statuere, *Homerum*, ubi ἄνοστον πλοῦν navigaret, *illuc, unde negant redire quemquam*, transvectum esse fretum inter Siciliam et Italiam? Quo quid pote insulsius? Non intellexit bonus *Noster*, τὰ, ἀπήμεσε τῶν ῥαψῳδιῶν τὰς πολλὰς αὐτῇ Σκύλλῃ, καὶ Χαρύβδει, καὶ Κύκλωπι, eadem esse, ac σὺν αὐτῇ Σκύλλῃ etc. quam praepositionem saepe subaudiendam relinquunt Graeci. Jens. Supra c. 6. τὸν Παρνασσὸν αὐτῇ Κασταλίᾳ. Timon. c. 22. ἁρπασάμενός με αὐτῇ δέλτῳ, et saepius apud *Nostrum*. Cf. *L. Bos* de Ellipss. s. v. σύν. Modo τὰ πολλὰ, quod pro τὰς πολλὰς conjecit *Belinus*, quid sibi velit, non adsequor. Neque ὅτεπερ nunc mutandum ullo modo censeo: sequente καὶ non inusitatum *Nostro*, ut valeat *tum jam*. Vid. adv. Indoct. c. 9. et 12. de Mort. Peregr. c. 11. Lehm.

Ead. l. 8. *Ἐκ τοσούτου ἐμέτου*) Haec imago animo *Luciani* primum non est objecta. Pictori Galatoni eam debuit, de quo sic loquitur *Aelian.* V. H. XIII, 22. *Γαλάτων ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν μὲν Ὅμηρον αὐτὸν ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυομένους.* Vide interpretes ad hunc locum. Cler. *Palatonem* hujus fictionis auctorem appellat *Coel. Rhodiginus* L. XXI. c. 44. observante *Belino.* Lehm.

Ead. l. 11. *Τίς γὰρ ὅδ'*) Versus ex Iliad. 3. Bourd.

Ibid. *Ἠΰς τε, μέγας τε*) *Homer.* Il. *Γ*, 226. Brod.

Pag. 47. l. 2. *Μηδὲ ξυνεὶς*) Haec mihi non accommodatissime videntur ad integram, quae praecessit, sententiam respondere: etiamsi mutes tempus ὑποσκελίσει, parum adjumenti, me judice, contuleris. Forte orationis impeditae in ipso *Luciano* haeret culpa: non enim aeque semper stilus, quamvis attento. ad animi cogitata dilucide exponenda procedit. Hemst. Quod ad ὑποσκελίζει, pro quo et *Jo. Seagerus* in Class. Journ. N. XI. a. 1812. p. 134. probat ὑποσκελίσει, attinet, minime id tentandum videtur, quum unice respondeat dictorum indoli. Non enim significare Charon voluit processum ad futurum tempus, sed recessum ad praeteritum:

ne intelligens quidem (tum scil. quum mortuus erit), *quomodo ille* (*Θάνατος*) *ipsum supplantando dejecerit.* Ὑποσκελίσει vero plane alium, eumque alienum, praeberet sensum: *ne intelligens quidem*, (nunc, quum se tantopere inflat) *quomodo ille ipsum dejecturus sit.* Haec patet cum *καταπαλαισθεὶς*, in quo Futurum exactum latet, conciliari non posse. Atqui notus est hic Praesentis usus et Grammaticorum quoque praeceptis stabilitus. Deor. Diall. XXV, 2. Sol se excusans Jovi, quod filio currum suum commiserit, narrat: *ἀναβιβασάμενος ἐπὶ τὸ ἅρμα ὑπεθέμην, ὅπως μὲν χρὴ βεβηκέναι αὐτόν.* Et deinceps ibidem, ubi idem Sol dicit: *εἶπον δὲ καὶ ἡλίκος ὁ κίνδυνος, εἰ μὴ* etc. cavendum, ne, quamquam vertas: *dicebam vero etiam, quantum periculum esset*, Graece substituas ἦν, quod quidem significaret *fuisset*; sed subintellige ἐστί. Quod autem *Hemsterhusius* potissimum verbum ὑποσκελίζει emendandum sibi sumsit, hinc colligi posse videtur, universum locum ab eo non recte esse captum. Vertam igitur, quo pateat neque impeditam esse ejus structuram, neque obscurum sensum: *Ecquanto majori jure* (Graeci) *me laudent*, *qui ipsum tibi Milonem non ita multo post comprehensum imponam cymbulae, quando venerit ad nos, ab invictissimo adversariorum, a Morte, dejectus, ac ne intelligens quidem, qua ratione Mors ipsum prostraverit.* Sic et olim ego locum omnino quidem intellexi, quamquam in singulis explicandis erat, ubi paullulum errarem. Lehm.

Ead. l. 5. *Τί οὖν;*) Vide, quae notavimus ad Diall. Mortt. X, 4. Hemst.

Ead. l. 10. Ἐμπίδα) Male ἐλπίδα. Bourd. Pulchre ἐμπίδα pro vulgato ἐλπίδα reposuit *Bourdelotius*, sed pro ὥπως, quod in editis est, scribendum ὅπως· οὐχ ὅπως est *nedum*: usus etiam est in Prometheo et alibi. Graev. In *B.* 2. quam secutus videtur *Bourdelotius*, mendose legebatur ἐλπίδα· at si alias inspexisset, recte, ut hic vides, legisset. Solan.

Pag. 48. l. 4. Ἐλασείοντι ἐπὶ Α.) Ingenio *Luciani* facetissimisque jocis ita delector, ut qui maxime; neque tamen ejus dotes tam inepte admiror, ut, si quid reprehensione dignum admiserit, excusandum putem. Sane mallem, quando historias veteres, quod saepe solet, attingit, examen accuratius majoremque curam adhibuisset, et partam elegantissimae venustatis laudem hoc quoque non vili titulo cumulasset. Nuper admodum Assyrios ait a Cyro devictos, expugnatamque esse Babylonem; nunc porro meditari Cyrum expeditionem in Lydiam, ut Croesum adoriatur, regnoque spoliet. In his ordo rerum gestarum non constat: nam

quamlibet in historia Cyri scriptores antiqui discrepent, huc tamen omnes simul conspirant, prius aliquot annis, quam Babylon fuerit in potestatem redacta, Croesum Lydosque succubuisse. Si *Xenophon* in hac causa testis idoneus placet, hoc, cum Cyrus annum aetatis ageret trigesimum, acciderit; illud tribus admodum annis post. Ab ea ratione non parum discedit calculus aliorum, qui Sardes captas ponunt in anno aetatis Cyri secundo, vel quinto et quinquagesimo, Babylonem in primo et sexagesimo. Utcunque ea lis fuerit decreta, quod nunc quidem ad nos nihil pertinet, illud certe pro comperto habendum est, *Lucianum*, dum haec scribebat, ad historiae veram seriem animo fuisse minus attento: potuisset alioqui, si eam in curam paulo diligentius incubuisset, et ingenio simul servire, et rerum gestarum fidei. Hemst.

Ead. l. 8. *Τὴν τὸ τριπλοῦν τεῖχος*) Loquendi formulam illustravit *Jensius* Lectt. Lucian. p. 157. *Αἱ δὲ Σάρδεις*, inquit *Strab.* XIII. p. 928. B. *πόλις ἐστὶ μεγάλη, νεωτέρα μὲν τῶν Τρωϊκῶν* (quod ut de nomine *Straboni* forte concedam, de ipsa tamen urbe, vel arce saltem, minime dedero) *ἀρχαία δ᾽ ὅμως, ἄκραν εὐερκῆ ἔχουσα.* Arx sane munitissimi operis, et prorsus inexpugnabilis futura, nisi Meles sive Myles portentosum leonem, ex pellice sibi natum, ea sola parte, quae penitus inaccessa videbatur, circumferre neglexisset: *Herodot.* I, 84. ex quo *Dionis Chrysostomi* non intellectum *Casaubono* locum egregie declaravit *Henr. Valesius* ad Exc. *Nicol. Damasc.* p. 68. Adversus Cimmerios, deinde et Athenienses diu post tuta stetit: *Herodot.* I, 15. V, 100. Cujus arte capta fuerit a Cyro, tradidit *Herodotus*: ab *Herodoto* tamen nonnihil abit *Xenoph. K. Π.* VII. p. 107. ubi *τεῖχος τὸ ἐν Σάρδεσι* commemoratur, et *τὰ ἀποτομώτατα δοκοῦντα εἶναι τῶν Σαρδιανῶν ἐρύματα*, quam lectionem propter triplicem *Luciani* murum servari velim. A *Polyaeno* duplex arcis per fraudem occupatae exponitur narratio ex diversis scriptoribus petita: prior VII. c. 6. §. 3. quem habeat auctorem, ignoro; posterior §. 13. perinde a *Frontino* descripta III, 8. §. 3. a *Ctesia* fluxit, ut ostendunt ejus Excerpta p. 635. v. 30. Sed Croesi filiae Nanidis opera, pactis Cyri nuptiis legitimis, arcem esse proditam cecinerunt *Licymnius* et *Hermesianax*, teste *Parthenio* Erot. cap. XXII. quibus Musarum famulis quatenus habenda sit fides, lectori jus arbitrandi facio: ita vero *Parthen.* *περὶ προδοσίας συνθεμένην τῷ Κύρῳ, εἰ κατὰ νόμους Περσῶν ἕξει γυναῖκα αὐτὴν, κατὰ τὴν ἄκραν, μηδενὸς φυλάσσοντος*

δι' ὀχυρότητα τοῦ χωρίου, εἰςδέχεσθαι τοὺς πολεμίους. Ideo gazae regiae thesaurisque custodiendis munimentum opportunissimum: *Polyaen.* IV. c. 9. §. 4. *Σέλευκος τὴν Σαρδέων ἄκραν ἐπόθει* (ita legendum judico pro *ἐπόρθει*) *τοὺς ἐν αὐτῇ θησαύρους Θεοδότου φυλάσσοντος· τοῦτον θησαυροφύλακα Λυσίμαχος ἔταξε· μὴ δυνάμενος τὴν ἄκραν ἐχυρὰν οὖσαν ἑλεῖν.* Neque aliam ob rem captivi nobiles eo detrusi, ut evadendi spes omnis praecideretur: eundem vide VI. c. 49. Arx autem urbi adjungebatur per *Πρίονα*, (nomen a figurae similitudine sumtum autumo) cujus *τεῖχος ἀφυλακτούμενον* cum Lagoras Cretensis observasset, solerti consilio viam expugnandae post diuturnam obsidionem urbis invenit: historiam narrat *Polyb.* VII. p. 705. meminitque *τῆς προϋπαρχούσης δόξης περὶ τῆς τῶν Σάρδεων ὀχυρότητος.* Arcem *Charon Lampsacenus* vocavit *τὸ τεῖχος τὸ βασιλήϊον*, referens Athenienses Jonibus opitulatos *ἑλεῖν τὰ περὶ Σάρδεις ἅπαντα χωρὶς τοῦ τείχους τοῦ βασιληΐου·* verba nobis descripsit *Plutarch. Περὶ τῆς Ἡροδ. κακ.* p. 861. D. Hemst.

Ibid. *Τὸ τριπλοῦν τεῖχος*) *Ἔχουσαν* subaudio. Brod. *Τὸ περιβεβλημένην*, aut quid simile desiderari videtur post *τὸ τεῖχος.* Guyet. Infra c. 14. *ὁ τὸ διάδημα* (int. *ἔχων*) et c. 23. *ἡ τὸν μέγαν περίβολον* (int. *ἔχουσα*). Lehm.

Ead. l. 9. *Σόλωνι*) Ne quis hic forte ficta suspicetur, quae de Solone cum Croeso habet, adeat *Plutarch.* in Sol. et *Herodot.* I. p. 7. ubi eodem ferme, quo hic, modo disserentem cum Croeso Solonem audies. Meminit et *Diogenes Laërtius* illius colloquii p. 12. *Menagius* tamen addubitat ob rationem temporum. Solan.

Pag. 49. l. 2. *Οὐδὲν ἀγεννὲς*) Quid aliud erat exspectandum ab homine liberrimae indolis, libertatisque amantissimo, cujus summa ferebatur apud Graecos sapientiae fama? *Herodotum* adumbravit *Noster*, qui Solonem fecit adulatione omni procul habita *οὐδὲν ὑποθωπεύσαντα, ἀλλὰ τῷ ἐόντι χρησάμενον λέγειν* etc. Inhumanius est, neque Herodoteum, quo statim Solonem impetit Croesus, convicium *καθάρματος.* Verum ordinem eorum, qui beatissimi judicio Solonis sunt pronuntiati, *Lucianus* invertit: Tellum priore, posteriore loco juvenes Argivos posuit *Herodotus*, sive aequum existimans, ut popularis sui Solon primam rationem haberet, sive potius aetatis, qua vixerunt, intervallum secutus: Charon certe mox, simul atque Cleobin et Bitonem audivit nominari, agnoscit eos *τοὺς ἅμα πρώην ἀποθανόντας·* unde quid aliud colligas, dummodo Luciani fides auctore certo nitatur, quam

utrosque vivente Solone, vel paulo saltem ante, beatam illam mortem obiisse. *Κλέωβις* autem in hodiernis *Herodoti* editionibus impressum est; neque ullam membranarum veterum ab eruditis viris adnotatam reperio variationem: ceteri tamen omnes, etiam illi, qui testem *Herodotum* adhibent, *Κλέοβιν* appellitant; quem scribendi modum necessitate metri probat, quod in *Stobaeo* legitur p. 603. Epigramma: *Οἵδε Βίτων Κλέοβις τ' ἐπὶ σώμασιν οἰκείοισιν Ζεύγλαν ζευξάμενοι* etc. Matrem Cydippen edunt plerique: Theano fuit ab aliis vocata; ut *Suidas* ostendit in *Κροῖσος· τῆς μητρὸς αὐτῶν Θεανοῦς ἢ Κυδίππης ἱερωμένης καὶ μελλούσης πομπεύειν τῇ πατρίῳ ἑορτῇ ἐπὶ ἀπήνης μέχρι τεμένους τῆς Ἥρας·* haec ab alio fonte sunt hausta, itidemque quod *Hyginus* tradit, Cydippen, postquam duplicis domestici funeris exemplo didicerat, nihil esse melius mortalibus, quam mori, mortem obiisse voluntariam. Illorum vero, a quibus haec historia, *fabulam notam Cicero* vocat, sit narrata, indicium petes a viris eruditissimis J. *A. Fabricio* ad *Sext. Empir.* P. H. III. §. 231. *J. Davisio* ad *Cicer.* T. D. I. cap. 47. HEMST.

Ead. l. 4. *Κλέοβιν καὶ Βίτωνα*) De his *Herodot.* I, 32. *Plato* etiam in Axiocho, vel de Morte. SOLAN.

Ead. l. 5. *Τοὺς τῆς ἱερείας π.*) Lege, *ΧΑΡ. Τοὺς τῆς ἱ. π.* venustius enim est haec a Charonte dici, quam a Solone. SOLAN. Potuit sane et sic *Lucianus*, nec invenuste, scripsisse. Verum in libris ipsis hujus disponendi rationis vestigia reperiuntur nulla. Contra voces *τῆς Ἀργόθεν* et ipsae Solonis orationi adjungendae videbantur, quemadmodum praeeunte codice 3011. edidit *Schmiederus*; quae quidem emendatio postea etiam Gorl. codicis auctoritate confirmata est. LEHM.

Ead. l. 9. *Τὰ πρῶτα*) *Primas.* BROD.

Ead. l. 11. *Τέλλος*) *Telus* in quibusdam *Diogenis Laërtii* codicibus scribitur. Apud alios *Telus* vel *Tellus*, ut hic omnes impressi, exceptis Fl. et J. quae *Τέλος* habent: sed eaedem *Τέλλον* recte exhibent Ver. Hist. II. c. 17. SOLAN. Ad *Diogen.* L. I, 50. vide *Menagium*. *Τέλος* scribatur, an *Τέλλος*, parum interest: vetusti Graeci literas geminare vix unquam solebant: *Σέλλος*, *Σέλος· Ἕλλος*, *Ἕλος· Σελλασία*, *Σελασία· Πελλὸς*, *Πελὸς*, nullo discrimine separantur. Antiqua scriptio delusit interpretem *Dionis Chrys.* p. 593. D. ut pulchre *Casaubonus* observavit. *Themist.* Or. XVIII. p. 211. D. *Κροῖσον μὲν οὐκ ἀπέφηνεν ὁ Σόλων ὀλβιώτατον τῶν τότε ἀνθρώπων, ἀλλὰ τὸν Ἀθηναῖον καὶ τοὺς Ἀργείους νεανίσκους.* ubi, tametsi

non ignorem, quomodo defendi possit τὸν Ἀθηναῖον, profecto malim *Τέλον* vel *Τέλλον Ἀθηναῖον*. Hemst.

Ead. l. 15. *Πρὸς τὸ τέλος*) Respicit Solonis dictum, de quo *Auson.* Bourd. Sententiam Solonis, quam *Aristoteles* argumentis sanequam levibus impugnat Eth. Nic. I. c. 10. certatim Tragicos imitari monent *B. Martin.* V. L. I. c. 1. versus *Euripidis* ex Androm. v. 100. qui sunt ipsius Andromachae, perperam Hecubae tribuens, et *Jos. Barnes.* ad eum locum et Heracl. v. 865. Cum ergo Dejanira Trachinias *Sophocleas* sic inciperet, *Λόγος μὲν ἔστ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανείς, Ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοι (ἐκμάθοις) βροτῶν, πρὶν ἂν θάνοι τὶς, οὔτ' εἰ χρηστὸς, οὔτ' εἴ τῳ κακὸς*, notare operae pretium duxit *Scholiastes* esse *μεταχρονισμόν· μεταγενέστερος γὰρ Σόλων ὁ μηδένα μακαρίζειν δεῖν πρὸ τελευτῆς πρὸς Κροῖσον ἀποφηνάμενος*. Vide *Cicer.* de F. B. et M. II, 27. et *Davis.* p. 164. Similes veterum sententias plena manu suppeditabit *Stob.* Ecl. cap. CIII. Porro legendum puto *καὶ τοῦ ἄχρι πρὸς τὸ τ.* etc. *Dion Chrys.* p. 598. C. *ὧν τὸν μὲν ὁ θάνατος ἤλεγξεν.* Hemst. Quum per *τῶν τοιούτων* satis jam clare, quid vellet sibi, Solon significaverit, parum commode sequerentur *καὶ τοῦ ἄχρι πρὸς τὸ τ.* etc. Imo in eo, quod quis ad finem usque vitae feliciter vixit, indicium est manifestum ac certum eorum, de quibus philosopho disputatio cum rege fuit. Neque movet me tantopere Gorlitiensis codicis auctoritas, qui vere exhibet *τοῦ*, ut a sententia mea recedam, quoniam facillimus fuit istius librarii lapsus. Lehm.

Pag. 50. l. 4. *Τὸ πορθμεῖον αὐτὸ*) Inepte haec vertuntur, *ἀλλὰ τὸ πορθμεῖον αὐτὸ ἄξιοῖς γενέσθαι τὴν περὶ τῶν τοιούτων κρίσιν*, *sed cymbam ipsam harum rerum judicio dignam censes:* cum sit, *sed cymbam ipsam existimas esse, ubi de talibus judicium fieri necesse sit.* Graev. Rem tetigit *Hemsterhusius*, reddens *κρίσις*, *judicandi norma.* Quemadmodum ὁ θάνατος modo dicebatur *ἔλεγχος τῶν τοιούτων*, ita jam τὸ πορθμεῖον ipsum commode dici potuit *ἡ περὶ τῶν τοιούτων κρίσις*, h. e. *id, e quo de talibus rebus judicari*, s. *statui*, *debet.* Hac translata vi utitur et *Xenophon* Hist. Gr. II, 4, 41. Weisk. *καὶ τίς ἂν καλλίων κρίσις τούτου γένοιτο, ἢ ὡς ἐπολεμήσαμεν πρὸς ἀλλήλους*, h. e. *de qua quidem re quae possit melior esse judicandi norma, quam ratio, qua nos invicem bellis petiimus?* Neque opus est, ut ibi cum *Weiskio* suspiceris, ante ὡς ἐπολ. excidisse, *εἴ τις σκέψαιτο.* Neque adeo h. l. bene de *Luciano* meruit *Schmiederus*, quod, trium codd. Pariss. auctoritatem et *Belini* judicium secutus, scribi curavit: *ἀλλὰ παρὰ τὸ πορθμεῖον αὐτὸ*

ἄξ. etc. quae ad hunc sensum efficiendum, quem *Belini* verbis proferam: *Tu veux que ce soit sur le bord de ma barque que l'on decide une pareille question*, vix bene Graeca esse videantur. Quod in Gorl. pro αὐτὸ reperitur αὐτὸς, nullius id momenti duco. Lehm.

Ead. l. 7. *Μισθὸν τῶν χρησμῶν*) Notum est oraculum, quod iterum tangit Jov. Conf. c. 14. et 20. ubi vide Notas, et c. 43. Latine apud *Ciceronem* sic exstat:

Croesus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim.

Solan.

Ead. l. 11. *Ὕπωχρον*) Infra vocat ὠχρὸν καὶ βαρὺ κτῆμα· Colorem hunc, qui jam non plane pallidus, sed luteus et flavescens intelligi debet, auro Graeci tribuunt: *Basil. Caesar.* T. II. p. 66. B. ὠχρότεροι τάχα τοῦ χρυσοῦ γενήσονται οἱ τοῦτον σωρεύοντες. Quos *Sappho* ornate dixerat χρυσείους ἐρεβίνθους in Epit. *Athen.* II. p. 54. F. veteres explanarunt τοὺς κατὰ πύξον ὠχροὺς, teste *Eustath.* ad Il. *N.* p. 948. v. 45. Eundem habet usum χλωρὸς, sic ut ab ὠχρὸς saepe minimum discrepet: quod ostenderunt *Foës.* Oecon. Hipp. et *Graevius* ad *Hesiod. Ἀσπ.* v. 231. quam ob rem pari jure auro convenit. *Artemidor.* I. cap. 79. p. 67. χλωρὸς γὰρ ὁ χρυσὸς καὶ βαρύς. scite Diogenes rogatus, διὰ τί τὸ χρυσίον χλωρόν ἐστιν, ἔφη, Ὅτι πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐπιβουλεύοντας, apud *Diogen. L.* VI, 51. quasi pallidum foret a timore; quippe notum est *Homeri* χλωρὸν δέος. Dictum autem sapientissimi canis in jambos redegit nescio quis Comicorum: Τί ποτ' ἐστὶ χλωρὸν, ἀντιβολῶ, τὸ χρυσίον; Δέδοικ' ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ πάντων ἀεί· exstant in *Aristophan. Schol.* ad Pl. v. 204. Latinis itidem *aurum pallidum*: notum est illud *Statii* IV. Silv. VII, 15. *Pallidus fossor redit, erutoque Concolor auro.* In *Paulino* Episc. Nol. ad Nicet. v. 269. legendum, *Pallidos auri legulos in aurum vertis* — pro *callidos*. Hemst.

Ead. l. 13. *Ἀοίδιμον ὄνομα καὶ περιμάχητον*) Importuna his subjicitur nota *Bourdelotii*, quae plane hinc relegari debet, cum nihil τὸ περιμάξαι et περικαθᾶραι ad vocem *Luciani*: ne dicam futiliter citari *Casaubonum* ad *Theophylactum*, pro *Theophrasto*. Gron. Ex poëta aliquo, *Pindaro* forsan, habere videtur. Ni id sit, credo aut πρᾶγμα scripturum fuisse pro ὄνομα, aut pro ἀοίδιμον πάντιμον, ut Rhet. Praec. c. 1. Certe Fl. ἔντιμον hic habet. Solan. Si quid omnino mutandum foret, pro πρᾶγμα maluissem χρῶμα *), vel κτῆμα· sed

*) Voluit, nisi egregie fallor, χρῆμα, quamquam et in

sarta tecta maneat optima lectio. *Ἀοίδιμον* autem eo minus est sollicitandum, quod in Fl. quoque planissime reperiatur: alius est loci, ut mox videbimus, illud *ἔντιμον*, et huc per culpam errantis oculi relatum. *Περιμάχητον* vero, quod tam acri studio petitur, ut ejus possessionem mutuis certaminibus et dimicando alter alteri praeripere conetur. Proprie *Noster* in Tim. c. 21. *περιμάχητος ταῖς γαλαῖς*· et *Strabo* XIV. p. 945. Samos *εὐδαίμων, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ περιμάχητον γενέσθαι.* Helenae, quae *Luciano οὕτω δή τι περισπούδαστος, ὥςτε καὶ πόλεμον ἀμφ' αὐτῇ γενέσθαι*, Vol. II. p. 73. *περίβλεπτον καὶ περιμάχητον τὴν φύσιν ἐποίησε* Jupiter: *Isocrat.* p. 211. C. unde *περιμάχητον εἶδος* vocatur ab *Agatharchide* apud *Phot.* p. 719. v. 34. Haec ipsa ab Alexandro rapta tripodem aureum, Pelopi donatum a Vulcano nuptiale munus, in mare projecit *εἰποῦσα ὅτι περιμάχητος ἔσται*, *Diogen.* L. I, 32. *Thucyd.* VII, 84. *καὶ οὐδὲν ἧσσον ἐπίνετό τε (τὸ ὕδωρ Ἀσσινάρου) ὁμοῦ τῷ πηλῷ ᾑματωμένον, καὶ περιμάχητον ἦν τοῖς πολλοῖς*· non male *Schol. σπουδαιότατον, desideratissimum. Demades* p. 180. v. 13. Athenae *τὸ περιμάχητον καὶ θαυμαζόμενον ὑπὸ πάντων ἄστυ*· quod palam *Dionys. Halic.* imitatur A. R. V. p. 326. v. 16. *τοῖς περιμαχήτοις καὶ θαυμαζομένοις ὑπὸ τοῦ κοινοῦ βίου πράγμασι.* Apud *Xenoph.* Symp. p. 513. v. 30. paupertas *πρᾶγμα ἥκιστα περιμάχητον*, res, quam pauci vel nemo valde sibi expetendam statuat, aut adipisci laboret. Contra divitiae, atque ipsum illud, quod Charon miratur, aurum: *Aeneas Soph.* Ep. V. *Χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ περιφανεῖς ἐσθῆτες τοῖς μὲν πολλοῖς περιμάχητον, ἀβέβαιον δὲ χρῆμα, καὶ οὐχ' ἑστηκὸς, οὐδὲ τοῦ ἔχοντος ἀληθῶς.* Hemst. Prorsus incogitata sunt, quae *Solani* calamo ad h. l. exciderunt, ipsiusque elegantia et gravitate, aliunde cognita, indigna. Praeterquam enim quod falso retulit Florentinae lectionem *ἔντιμον*, ut jam *Hemst.* animadvertit, verba *ἀοίδιμον ὄνομα* neque per se poëtica haberi possunt, neque ulli mutationi obnoxia; neque etiam, utrum mutandum esset *ἀοίδιμον*, an *ὄνομα*, ipsi constitit. Recte itaque *Hemsterhusius* quam brevissimis talem judicem absolvit, neque tamen ita *Seyboldo* satisfecit, qui, relatis summi viri verbis: *sarta tecta maneat optima lectio*, haec effutit: „Exspectandum jam erat, ut dicat Hemsterhusius, cur

---

Bip., et in principe edit. Reitz. *χρῶμα* scriptum video. *Seyboldus*, hanc adnotationis partem ad verba referens in nota ad h. l., *χρῆμα* scripsit nihil omnino monens, perinde ac si vere ita scriptum reperisset. Lehm.

„*maneat optima* haec lectio? aut qui explicanda sit? Postu-„lare enim sensus videtur *το χρημα* ut, *χρημα νυκτων*, *Ari-*„*stoph.* Nub. v. 2. aut tale quid. sed is, qui paullo ante mul-„tis Veterum locis, *aurum χλωρον vel pallidum esse* demon-„straverat, heic verbum non amplius! — Et nos *το ονομα* „retinemus, et interpretamur ita. Servit hoc verbum heic „*περιφρασει*, et locutio plena haec est: *το αοιδιμον ονομα του* „*χρυσου και περιμαχητον*. *Ονομα του χρυσου* itaque idem est, „quod *χρυσος*. Ex Graecis occurrit jam *το ονομα της δουλειας*, „apud *Polyb.* L. 9. c. 23. Latinorum quoque *nomen* sic usur-„pari meminimus. *Drakenb.* ad *Sil. Ital.* ex *Petronio* affert „*nomen amicitiae*, quod et *Ovid.* habet, ex Pont. Epist. II, „3, 29. et, *imperii* deserto *nomine* fugit. ubi vid. eum, p. 255. „Cfr. *Fechner.* Hellenol. p. 520. ed. M. Heusing." Non magis h. l. sensus postulat *χρῆμα*, quam in Rhet. Praec. in. ubi *σοφιστὴς*, *σεμνότατον καὶ πάνδημον* (aut *πάντιμον*) *ὄνομα* dicitur, ad eandem quidem loquendi normam, secundum quam h. l. aurum significatur eadem voce. Scilicet *ὄνομα*, quod omnino vel *nomen* denotat, quo aliqua persona ab aliis discernitur, vel *vocabulum*, quo res insignitur, vel *titulum*, quo ornatur aliquis, vel *aliquid*, h. l. nihil aliud esse potest, quam *vocabulum auri*, quam omnium ore celebratam, omniumque studiis expetitam Mercurius dicit vocem, ita sane, ut non sonus vocis ipse, sed res, quam ille sonus significat, intelligenda sit. Neque tamen sic *periphrasis*, quam *Seyboldus* voluit, statuenda: nam *ὄνομα χρυσοῦ* per se aliud est, aliud *χρυσὸς*, quemadmodum et *Seyboldi haud ignobile nomen* aliud vult, aliud *Seyboldus haud ignobilis.* Neque etiam *poëtica* haec dicendi forma cum *Solano* habenda est, quum prosae cuicunque, modo elatiori illi ultra vulgarem sermonem, optime conveniat. Vel unus ille locus Rhet. Praec. supra laudatus, cui plura in Indice adjicientur, e. g. Phalar. I, 7., id satis clare docuerit. Denique vox *ἀοίδιμος* scriptori nostro in deliciis fuit. Sic de fulmine Jovis Timon. c. 1. *ἀοίδιμον ὅπλον*, de Timone ipso ibid. c. 38. *περίβλεπτος, καὶ ἀοίδιμος, καὶ περισπούδαστος*, de Delphis Alexandr. c. 8. e. a. LEHM.

Pag. 51. l. 1. *Τοῦτο μόνον ὅτι*) Dilucide Florentina sola, *ἔντιμον τι*· ceterae omnes quasi de compacto *τοῦτο μόνον ὅτι*, quod e membranis fluxerit, necne, mihi sane non liquet. Primum dubitabam, an idem sensus aeque eleganter minima lectionis Florentinae mutatione posset obtineri, *εἰ μὴ ἄρα ἕν τι μόνον, ὅτι βαρύνονται* etc. Deinde non difficile videbatur ipsam illam lectionem tueri et integram conservare, modo

unica tantum litera, cujus spatium vacabat, ex reliquis edd. adderetur, *εἰ μὴ ἄρα ἔντιμον, ὅτι βαρύνονται* etc. Sententia planissima, nisi fallor, et perquam opportuna: *Equidem non video, quid in isto auro boni insit, nisi forte honorificum existimetur, honorem aliquem afferre videatur, quod ferentes gravet, suoque pondere premat.* Equidem, si libri veteres addicant, nihil esse causae video, cur scriptura proba, et intellectu neutiquam obscura, repudiari debeat. Hemst. At mihi quidem, quid *honorifici* in eo inesse possit, quod quis auri pondere prematur, non liquet; quid *boni* habeat, clarius intelligo: sic enim vult Charon molestias talium professionum gravius sentiri, hisque (, si Diis placet!) a cupidiori earum studio deterreri posse mortales. Itaque illud *ἔντιμόν τι*, quod praeter Fl. etiam codex Gorl. habet, corruptum manifesto et ortum ex ea lectione, quam duo Pariss. exhibent, *ἕν τι μόνον, ὅτι.* Verum quum *τοῦτο μόνον, ὅτι*, omisso ab initio *ἓν*, in omnibus vetustis Edd. legatur, excepta sola Fl. quumque etiam codex 1428., id quod e *Belini* certe silentio colligi posse puto, eandem vulgarem lectionem habere videatur: conciliatis inter se his duabus lectionibus, rescribendum arbitror, *ἓν τοῦτο μόνον, ὅτι* etc. Diall. Mortt. XII, 2. *ἓν μὲν τοῦτο ὠνάμην, ὅτι.* Ibid. XXV, 1. *ἓν μὲν ἤδη τοῦτ' ἔχω, ὅτι.* et quod ad *ἓν μόνον* attinet, Hipp. 3. *ὡς ἓν αὐτὸ μόνον ἐπιστάμενος*, et Icarom. c. 9. *ἑνὶ μόνῳ τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἀπένεμον.* Utrumque autem conjunctum Adv. Indoct. c. 4. in. *Ἀλλ' ἑνὶ τούτῳ μόνῳ πάντα ἐκεῖνα ἀναδραμεῖσθαι νῦν ἐλπίζεις.* et Pseudolog. c. 6. *ἓν τοῦτο μόνον ἔργον ἔχοντες* etc. cf. ibid. c. 13. Vid. omnino egregii *Schaeferi* Meletemm. p. 19. Lehm.

Ead. l. 8. *Ἐκλέγων*) Usus est verbo proprio in cogendis colligendisque vectigalibus et pensionibus: quare de publicanis est frequens *ἐκλέγειν φόρους* vel *τέλος*. *Poll.* VIII, 114. IX, 31. *Harpocrat.* in *Πεντηκοστή*. *Aeschin.* in Timarch. p. 17. v. 3. *μαρτυρίαν τελώνου τοῦ παρὰ Τιμάρχου τοῦτο ἐκλέξαντος τὸ τέλος.* Structura minus usitata fraudem interpreti fecit apud *Plutarch.* *περὶ Πολυπρ.* p. 518. E. *τοὺς τελώνας βαρυνόμεθα — οὐχ ὅταν τὰ ἐμφανῆ τῶν εἰσαγομένων ἐκλέγωσιν· publicanis succensemus, non quando vectigal eorum, quae palam importantur, exigunt.* Hinc *ἐκλογεῖς* non solum apud Athenienses *οἱ ἐκλέγοντες καὶ εἰσπράττοντες τὰ ὀφειλόμενα τῷ δημοσίῳ*, ut *Harpocration* ait, quanquam accuratius a *Suida* duplex eorum ordo distinguatur, sed alibi quoque noti. *Aristides* de se T. I. p. 611. B. *ᾑρέθην ἐκλογεύς·* et Capito *φόρων ἐκλογεὺς* *Philoni* *Πρ. πρὸς Γ.* p. 1020. E. qui postea de eodem homine rapacis-

simo subjungit, ἐξ ὧν νοσφίζεται καὶ παρεκλέγει, ποικίλον τινὰ καὶ πολὺν πλοῦτον ἠθροικώς· sicut a *Demosthene* dicitur παρεκλέγειν τὰ κοινά· apud hunc rectene *Gelenius quaestorem*, apud illum *Canterus coactorem* verterint, jam non disquiro: coactoris certe ministerium Charonti non inepte conveniat, quandoquidem Aeacum habuimus τελώνην supra c. II. Praeterea ἐν θαύμασι τοὺς χαλκοῦς ἐκλέγειν *Theophr.* Ch. Eth. c. VI. p. 30. ad quae *Casaubonus* hunc *Luciani* locum adhibuit, sed per errorem scribens χαλκοῦν ὄβολον· et p. 32. τοὺς τόκους εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν, id est, τοὺς ἐκλελεγμένους ἐγκάπτειν, ἐμβάλλειν· ubi secus olim ad *Poll.* IX, 63. n. 70. existimavi reponendum ἐπιλέγειν· quod etsi per me jampridem ipse animadvertissem, eo tamen haud minus gratias habeo monenti doctissimo *Needhamo*: τόκους ἐκλέγων *Pollux* adnotavit III, 85. Μισθὸν οὐκ ὀλίγον ἐκλέγων *Liban.* T. I. p. 793. C. Ἐκλογὰς χρημάτων dabit *Dion Cass.* XLII. p. 208. D. alibique. HEMST.

Ead. l. 12. Ὥςπερ ὁ μόλιβδος] Difficile est, utrum μόλιβδος, an μόλιβος, μόλυβδος, an μόλυβος, in quoque loco scribendum sit, definire, quum non modo unius ejusdemque dialecti et aetatis scriptores variare inter se deprehendantur, sed ne iidem quidem scriptores classici constare sibi in hac re soleant. Sic *Lucianus* noster ipse, praeter hunc locum, in quo tamen cod. 3011. μόλυβδος habet, etiam pro Merc. Cond. c. 11. Quom. hist. Conscr. c. 34. et Epist. Saturn. c. 20. scripsit, siquidem librariis consentientibus fidem habere licet, μόλιβδος. In Lexiphane vero c. 5. et Alexandr. c. 25. legitur μολύβδαινος et Gymnas. c. 27. μολύβδινος. Quodsi igitur decernere quid velis, in Codicum tum fide tum copia existimo acquiescendum esse. Si quis vero Grammaticorum varias sententias cognoscere cupierit, adeat is *Wassium* ad *Thucyd.* T. I. p. 62. *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* L. II. p. 125. *Pierson.* ad *Moerid.* Attic. p. 256. sq. et *Fischer.* ad *Weller.* T. I. p. 167. sq. Mox sequentis vocis ἀβελτηρίαν formam vulgatam, etiam in locis de Luct. c. 21. et de Mort. Peregr. c. 2., pro vitiata emendandam censebam. Vitium esse liquido patet; unde vero probabiliter origo ejus repeti possit, minus mihi quidem constat. LEHM.

Pag. 52. l. 6. Τῶν πλίνθων) *Herodoto* sunt ἡμιπλίνθια, quorum studiose mensuram exegit I, 50. Πλίνθους χρυσᾶς plurimi vocant: *Euseb.* Προπ. Εὐ. V. p. 211. D. *Gregor. Nyss.* T. III. p. 319. A. τῶν πολυταλάντων τοῦ Κροίσου πλίνθων. Utrumque jungit *Themist.* Or. XIX. p. 226. ubi Apollinem dicere facit, se Croesum utique vilipendisse, καίτοι ἐμπλήσαντα

τὸν σηκὸν πλίνθων χρυσῶν καὶ ἡμιπλινθίων. Modo *ἐπακούσωμεν οὖν*, etsi vix quicquam refert, Charonti libens dedero. Hemst. Adnotat haec *Seyboldus:* „*Ἐπακούσωμεν οὖν* tribuenda videntur Charonti, et, secus quam *Hemsterhusio*, „referre aliquid putem, an Charon haec dicat, an Mercurius? — Enumerarat omnia, quae aurum effossum humano „generi induxit, mala Mercurius. Miratur dementiam hominum Charon. Esse tamen, regerit Deus, qui id respuant. Ais? inquit Charon. sitne tamen unus alterve ita „sapiens? id *meis hisce auribus* me oportet. Taceamus itaque, „ut audiam, quae dicit Solon!" Sit suum cuique judicium. Equidem, qui aeque atque *Hemsterhusius* vix quidquam referre putem, impetrare a me non possum, ut verba illa contra omnium librorum consensum a Mercurii sermone divellam. Lehm.

Pag. 53. l. 5. *Τοῦ βελτίονος*) Confer adversus aurum et argentum pro ferro disputantem *Tertullian.* de Cult. Femin. c. IV. Idem fecit *Clemens* in Paedag. aliique Patrum, philosophos, praesertim Stoicos, imitati. Hemst.

Ead. l. 13. *Ἐπὶ ἢ Λυδοῖς*) Haec ita sunt scripta, ut Cyrum priorem arma Lydis intulisse significent: ab omnibus tamen historicis Croesus auctor belli perhibetur, sive sociis Babyloniis auxilium laturus, sive nimio plus, quam sibi tutum foret, crescere rem Persicam ratus. Hemst.

Ead. l. 18. *Εὐφήμει*) Hoc est, *utere verbis meliora ominantibus. Favere lingua* dicunt Latini; quo fit, ut Glossae vertant *Εὐφημῶ*, *faveo: Εὐφημεῖτε*, *favete.* Huic verbo contrarium est, *δυςφημῶ.* Eaedem Glossae: *Δυςφημεῖ*, *infausta loquitur.* Cler. Formula quaedam solemnis, cum aliquid infauste dictum vel factum abominantur, et procul a se facessere jubent; in qua ne ipsum quidem illud *ἄνθρωπε* incassum ponitur. Celebrem *Sophoclis* sententiam refert *Theon* Progymn. p. 14. is rogatus, vacaretne senex adhuc Venereae voluptati, respondit: *Εὐφήμει, ὦ ἄνθρωπε· ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὰ ἀπέφυγον, ὥςπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποδράς·* depromta sunt ex *Plat.* de Rep. I. p. 573. A. ubi pro *ἀποδρὰς* pejus, ut quidem puto, legitur *ἀποφυγών·* audi *Ciceronem* interpretem Cat. maj. §. 47. *Dii meliora: libenter vero istinc, tanquam a domino agresti ac furioso profugi.* In *Arriani* Epict. III, 5. p. 274. Socrates *καθ᾽ ἡμέραν χαίρει παρακολουθῶν ἑαυτῷ βελτίονι γινομένῳ· πρὸς τί; μή τι πρὸς λεξείδια; ἄνθρωπε, εὐφήμει.* Apud *Platonem* de LL. III. p. 816. E. *Εὐφήμει· hoc Dii avertant: id ne unquam contigerit:* et

in Conv. p. 1201. E. *Οὐκ εὐφημήσεις; Julian.* Caes. p. 330. D. Hemst.

Pag. 54. l. 7. *Φωκεῦσι*) A quibus multoties spoliatum est templum Delphicum: *Βοιωτοῖς,* qui cum his pro templo Delphico bella gesserunt. Brod.

Ibid. Βοιωτοῖς) *Justin.* VIII, 1. Solan..

Ead. l. 8. *Τυράννῳ λῃστῇ*) Excidit particula ἢ, quam repones, licet Ms. non praeciperet; in quo tamen legitur, *ἕρμαιον ἔσῃ ἀνατεθεικὼς Φωκεῦσιν, ἢ Βοιωτοῖς, ἢ Δελφοῖς αὐτοῖς, ἤ τινι τυράννῳ ἢ λῃστῇ·* vulgo *ἤ τινι τυράννῳ λῃστῇ.* Graev. Illud ἢ, quod in vulgatis deerat, ex ed. J. et MSS. G. P. et L. restituimus. Solan. Secutus est *Hemsterhusius*, nec non recentiores editores et interpretes, in his etiam *Belinus*, qui, quum *Hesterhusiana* editione usus nihil h. l. de lectionis varietate moneat, utrum Hemsterhusianam lectionem *ἤ τινι τυράννῳ, ἢ λῃστῇ,* an vulgatam et veterem *ἤ τινι τυράννῳ λῃστῇ* in Mss. suis repererit, prorsus incertum est. Quidquid illi suppeditent, A. 2. facit cum Junt., praemittens ἢ voci *λῃστῇ.* Nihilo magis pristinam meam sententiam muto, qui vulgatum restituerim; idque eo minus, quum etiam doctissimus *Joh. Seagerus* in Classical Journal a. 1814. Num. XVII. p. 158. eandem lectionem veterem probaverit. Scilicet exquisite simul ac significanter dictum *τύραννός τις λῃστὴς*, quo non tam Dionysium majorem, qui, etsi impudentissimus sacrilegus, tamen, quantum ego quidem scio, Delphicum templum non attrectavit; cf. *Cicer.* de Nat. Deor. III, 34. unde sua habet *Valer. Max.* I, 1, 3. *Aelian.* V. H. I, 20. neque Sullam, de quo *Plutarch.* in Vit. et *Valer. Max.* I, 2, 3., quam potius Neronem Imperatorem, utpote *Luciani* aetati longe propiorem, innui cum *Wielandio* existimo. Is enim, *Pausania* teste L. X. c. 7., aeneas quingentas, partim Deorum, partim hominum, abstulit imagines, donariorum loco in templo Pythico depositas. Neque vero sic Anachronismum, uti *Wielandius* dicit, sed vaticinium quoddam Solonis, in his inesse arbitror, majus illud Lucianeae sapientiae qualiscunque, quam Soloniae divinationis, monumentum. Variis autem temporibus variisque modis sacrilegia in Pythium commissa fuisse, ex eodem illo *Pausaniae* loco discimus, ubi etiam c. 6. extr. latronis cujusdam Euboeensis mentio injicitur, quem vix credo a quoquam, qui sani sit judicii, cum nostri loci latrone conciliatum iri. Ceterum pro *Boeotis*, quos textus edit, *Belinus* les Bactriens substituit, singulari quodam fato abreptus. Lehm.

Ead. l. 9. *Χρυσοποιῶν*) Corruptam hanc vocem arbitror: nam si *χρυσῶν πλίνθων* scribere noluerit, debuit aut metalla ipsa, aut *χρυσοχόους* dicere, quorum ope aurum purgatur. Nisi forsan ut Latini olim aurifices, ita et veteres Graeci *χρυσοποιοὺς* dixerint. *Cicer.* de Orat. II, 38. Solan. Qui sint aetate seriore *χρυσοποιοὶ*, quae *τέχνη χρυσοποιητικὴ*, sive *χρυσοποιΐα*, compertum habemus: verum ut Latini *aurifices*, sic pari potestate Graecos usurpasse *χρυσοποιοὺς*, mihi nondum liquet: certe *aurifex* in optimis Glossis redditur *χρυσοχόος*, non, quod propius ad Latinae vocis rationem accederet, *χρυσοποιός*. *Budaeus* etiam, teste *Stephano*, non alia, quam unius *Luciani*, auctoritate id verbi munire potuit. Idcirco animus inclinat, ut credam, scripsisse Nostrum *χρυσοχόων*. Hoc vocabulum pro fabris aurariis admodum est familiare: *Dioscorid.* V, 173. *Εὑρίσκεται δέ τις ἐν τῇ Σαμίᾳ γῇ λίθος, ᾧ οἱ χρυσοχόοι χρῶνται πρὸς τὸ λεαίνειν καὶ στιλβοῦν.* *Clem. Alex.* Paed. II. p. 190. v. 3. *λύχνος κεραμέως οὐ χρυσοχόου ἔργον·* vide *Hesych.* in *Θερμαυστρὶς*, *Suid.* in *Χαλκεὺς*, qui hoc nomen etiam *χρυσοχόον* complecti observat. Inde aurificum officinae *χρυσοχοεῖα*, vel, ut saepe scribuntur, *χρυσοχόϊα·* *Polyb.* apud *Athen.* V. p. 193. D. de Antiocho Epiphane: *μάλιστά δὲ πρὸς τοῖς ἀργυροκοπείοις εὑρίσκετο καὶ χρυσοχοΐοις εὑρησιλογῶν·* eadem a *Libanio* juncta T. II. p. 647. C. *ἀργυροκοπεῖά τε καὶ χρυσοχόων ἐργαστήρια.* *Zenonis Cittici* a *Clemente* locus egregius adfertur Paedag. III. p. 297. v. 7. quo modestae virginis imaginem efformavit: *ἀπέστω δὲ καὶ ὁ ἀπὸ τῶν μυροπωλίων, καὶ χρυσοχοΐων καὶ ἐριοπωλίων ἄλυς·* ubi vocem ultimam interpres dum *caliginem* vertit, *ἄχλυς* se legisse, vel saltem voluisse legi, manifeste significat, sed errore magno lapsus: gravius offendit in eodem vocabulo p. 192. v. 5. et pravam mirificae versionis striblíginem ab editore novissimo, quod miror, impune tulit. Hemst. Et infra Deor. Conc. c. 7. salsissime Momus *τοὺς χρυσοχόους* metuit, ne forte Jovem, si quando libidinis caussa aurum sit factus, malleo subactum ex universi mundi gubernatore monile faciant, aut armillam, aut inaurem. Jam quum illic noster usus fuerit proprio ac solenni vocabulo, hic non poterat facile idem de iisdem uti malae notae voce *χρυσοποιοί*, et hinc corruptam esse vocem apparet. Pejus etiam est *Seyboldianum χρυσοποιητῶν*, a *χρυσοποιητὸς* scilicet deducendum et intelligendum de *donis ex auro conflatis*. Equidem praetulerim, quod dudum conjeci, *χρυσοφόρων*, quibus respiciatur ad illos *τοὺς πλίνθους χρυσᾶς ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντας* 9. 11. in. nisi quis in ambiguitate vocis offendat, quae fere eos significat, cui

auratas vestes gestant, ut Diall. Mortt. XIV, 2. Alioquin levissimam nec incommodam habuerim mutationem, si quis *χρυσοχοΐων* malit. Lehm.

Pag. 55. l. 3. *Τὸ δὲ παριστάμενον*) *Quicquid ei in mentem venit.* Consule in Cleio *Herodotum.* Brod. Non bene vertitur, *ea, quae urgent, libere dicere;* hoc enim voluit *Lucianus, mentis cogitata libere dicere: παρίστασθαι* est *in mentem venire, animo obversari. Plat.* in Phaedone: *ὥςτε μοι παρίστασθαι, ita ut mihi videtur, ut sentio.* Graev. Jure *Graevius* in interpretes animadvertit; sed quae notat vir eximius, a *Budaeo* sunt derivata, qui dudum illam potestatem verbi *παρίστασθαι* explanaverat C. L. G. p. 217. 218. Saepe quae ex praesenti rerum statu cogitationes nobis oriuntur, *παρίστασθαι τῇ ψυχῇ* et simpliciter *παρίστασθαι, obversari animo, menti esse praesto,* dici solent. *Sophocl.* Oed. Tyr. v. 921. — *δόξα μοὶ παρεστάθη·* quod itidem frequenter *Dionysius Halic.* usurpavit. *Aristid.* T. III. p. 507. A. *εἰ γὰρ ἑκάστῳ τοῦτ᾽ ἐν τῇ ψυχῇ παρασταίη, καὶ τοῦτο πάντες πεισθεῖεν.* Hinc *τὸ παραστὰν* et *τὸ παριστάμενον, quod subito menti occurrit, e re nata cogitatio. Ctesias* in Exc. p. 647. v. 4. Artaxerxes *τῇ μητρὶ τὸ παριστάμενον αὐτῇ πράττειν ἐπιτρέπει, matri quicquid placuerit, ut Apollonide medico faciat, permittit. Dion Chrys.* Or. XII. p. 213. B. *πλείστη μὲν οὖν ἐξουσία καὶ δύναμις ἀνθρώπῳ περὶ λόγον ἐνδείξασθαι τὸ παριστάν·* Or. XXXIII. p. 410. B. *τελευταῖον ὀκνῶν, μοὶ δοκεῖ, τὸ παριστάμενον λέγειν·* utrobique peccat interpres: sic autem ille posteriore loco, *cunctatus, opinor, quicquam ex tempore dicere:* nonnihil vidit; nam *ἐκ τοῦ παρισταμένου λέγειν* valet, *non meditatam, sed subitam et extemporalem orationem habere: Plutarch.* V. Demosth. p. 850. A. *τὸ μὴ ταχέως, μηδὲ περὶ παντὸς ἐκ τοῦ παρισταμένου λέγειν,* quam Periclis prudentiam Demosthenes aemulabatur. Parem usum habet *ἐκ τοῦ ἐπελθόντος εἰπεῖν· ἐπέρχεσθαι* enim sive *ἐπελθεῖν* et *παρίστασθαι* in hoc negotio tam propinquae sunt virtutis, ut, quia alterum alterius explicationi conducit, illud per injuriam in hujus sedem nonnunquam immigraverit. Editur in *Aristide* T. II. p. 297. *ἐπέρχεταί μοι δεδιέναι, μὴ πλείω τῶν ἱκανῶν διειλέχθαι δοκῶ·* atqui sine controversia legendum esse, *παρίσταταί μοι θαῤῥεῖν τε καὶ δεδιέναι* etc. *Thomas Mag.* arguit in *Παρίσταται·* ne dicam, orationem nunc incedere splendidiorem. *Dion Cass.* LXXVII. p. 875. D. de Antonino Caracalla: *τῷ πάνθ᾽ ὁμοίως τὰ ἐπελθόντα οἱ ἀπερισκέπτως λαλεῖν·* haec *Suidas* v. *Ἀντωνῖνος* p. 234. istum in modum descripsit: *τῷ πάνθ᾽ ὁμοίως τὰ προϊστάμενα οἱ* etc. Apud *Dionem* rectius legi, *Ku-*

sterus pronuntiat: mihi, dummodo refingas παριστάμενα, secus videtur. Praeterea, quod jam ex uno alteroque exemplo intelligi potuit, observandum est, accedere nonnunquam huic locutioni vim quandam ingenuae fiduciae animique libertatis, qua quis nixus, potentiam aliorum atque opes nihil reformidans sensa mentis sine ambage palam profitetur: sic in *Luciano* capiendum est. *Plutarch.* Dion. p. 960. B. τὴν παῤῥησίαν ἔφερεν αὐτοῦ (Dionysius Dionis) μόνου σχεδὸν ἀδεῶς λέγοντος τὸ παριστάμενον. Hemst.

Ead. l. 5. Πυρὰν) *Herodot.* I, 86. Aliter longe et verius, ut puto, *Xenophon*, quem vide. Solan.

Pag. 56. l. 1. Τώμυρις) Tomyrin nobilitavit reportata de Cyro victoria sive vera, sive, quod multo potius credo, conficta. Primae vocalis exarandae discrimen ex *Herodoto* et *Luciano* monstravit *Fr. Fabricius* ad *Oros.* II, 7. In *Herodoto* quamquam publicatae scripturae vetusti Codices accedere videantur, *Suidas* tamen eadem historici verba sub utroque Τόμυρις et Τώμυρις proposuit; quo indicio patet, hoc aeque atque illud in Lexicis antiquorum inventum fuisse. Cum in *Amm. Marcellino* XXIII, 6. pag. 398. *Lindenbrogius* exprimi jussisset *Tamyris*, repudiavit illam lectionem fide membranarum nixus *Henr. Valesius*: idque jure factum arbitror, neque adeo reprehendi debuisse ab *Is. Vossio* ad *Just.* I, 8. apud quem et alios item Latinos scriptores licet fluctuare libros *Bongarsius* admoneat, *Franciscus* tamen *Oudendorpius*, vir accuratissima doctrina praeditus, ad *Frontin.* II. cap. 5. §. 5. *Tomyrin* inveniri testatur in duobus MSS. Justini a se collatis, et plerisque optimis *Frontini.* Βασιλευούσης Τεμύριδος *Eustathii* ad *Dionys. Perieg.* v. 739. sine dubio vitiatum est. *Theon* Progymn. p. 211. Οὐ γὰρ εἰ Τόμυρις ἡ Μασσαγέτις, ἢ Σπαρέδρα ἡ Ἀμώγου τοῦ Σακῶν βασιλέως γυνὴ κρείττων ἐστὶ Κύρου — ἤδη συγχωρητέον, καὶ τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος εἶναι ἀνδρειότερον· ab *Herodoto* alteram, alteram a *Ctesia* sumsit; cujus in Excerptis p. 635. Ἀμόργης τῶν Σακῶν μὲν βασιλεὺς, ἀνὴρ δὲ Σπαρέθρης, quin idem sit, ac *Theonis* Ἀμώγης, dubitari non potest; neque repugnabo, si quis hunc emendandum censuerit; eoque minus, quoniam serius etiam sub Dario Sacas invadente commemoratur a *Polyaeno* VII. cap. 11. §. 8. inter eorum reges Ὁμάργης, qui ab Amorge, ut perspicuum est, solo literarum ordine discrepat: ceterum haec ipsa quoque *Ctesiae* deberi, mihi non est ambiguum. Tomyridis autem depravatissimum in *Theophilo* nomen ad Autol. III. c. 26. correxit *Simson.* ad A. M. 3476. cui *Fellus* obsecutus bene

publicari curavit, *Κύρου οὖν βασιλεύσαντος ἔτεσι κθ', καὶ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Τομύριδος ἐν Μασσαγετίᾳ*, sive potius, quod magis arridet, *Μασσαγετίδι*· nisi tamen deliberandum aliquis putet, quod mihi sane veterem scripturam attendenti contigit, an non a *μεσαγγίᾳ* facilius oriatur *μισγαγκίᾳ* vel *μισγαγκείᾳ*, siquidem in *Hesychio* quoque *Μισαγγία* istius Homericae vocis locum occuparit: significat autem *convallem aquosam et palustrem montibus interjectam, quae delatos inde torrentes recipiat.* Jam multum abest, ut ceteri cum *Herodoto* conspirent, qui aperto Marte, et atrocissima pugna Cyrum superatum tradidit; imo, si fides constat illis, quos auctores habuerunt *Trogus* et *Frontinus*, ad notas Massagetis angustias perductus, ibique, positis in montibus insidiis, cum ducentis Persarum millibus trucidatus interiit: quae tam incredibilis clades accidere non potuisset, nisi maximum imperatorem locis iniquissimis deprehensum fuisse statuas. Ergo abhorrere non videtur, ut historicus aliquis Graecus a *Theophilo* descriptus Cyrum dixerit interfectum *ἐν μισγαγκείᾳ*· hujus autem conjecturae, cui ne a me quidem ipso plurimum tribuitur, arbitrium esto penes lectorem. Porro menda non dissimilis in reginae nomine apud *Schol. Dion. Chrys.* p. 106. *τὴν Κύρου ὑπὸ τῆς Μούριδος τῆς Μασσαγέτιδος σφαγὴν ὁ αὐτὸς Ἡρόδοτος ἀναγράφει.* Meminit etiam *Hieronym.* ad *Zachar.* c. 1. *Interfecto igitur apud Massagetas Cyro, qui triginta annos regnaverat in Persis, a Tomyri regina Massagetarum.* Saepe vero recentiores historici confundunt duas expeditiones Cyri diversas, primam contra Sacas susceptam, secundam adversus Massagetas et Tomyrin, quaeque a superioribus de alterutra fuerant memoriae mandata inter se permiscent; sicut facili negotio licebit animadvertere, si quis componat *Strab.* XI. p. 780. *Polyaen.* VIII, 28. *Frontin. Justinum*, *Amm. Marcellinum*, atque alios. Illud enimvero vel inprimis admirationem habet non mediocrem, quod mortis genus, quo tantus rex totque populorum victor obierit, in obscuro lateat: praecipue cum ejus aetas in ista inciderit tempora, quibus jam Graeci florentibus ingeniis scribendi studium frequentabant, et Asiae rebus quotidie magis magisque immiscebantur. Longe discedentes in hoc casu mirifico veterum narrationes adnotavit *Jo. A. Bosius* ad *Corn. Nepot.* de Reg. cap. 1. Cur *Noster Herodoti* fidem potissimum fuerit secutus, ratio est in promtu: nimirum singularis illa fortunae vicissitudo, Cyrum etiam multo gravius, quam Croesum, prosternens, ad hanc ingeniosam fragilitatis humanae picturam optime conveniebat: quamvis alioqui de historiae veritate secundum *Xeno-*

phontem dederit *Humphr. Prideaux* ad A. ante Ch. N. 530. vbi egregia doctiss. *Driebergius*. Dicemus ad Macrobios. HEMST.

Ead. l. 2. *Ἐς ἀσκὸν*) *Justin.* I, 8. SOLAN.

Ead. l. 6. *Ἀποκτείνας τὸν Ἄπιν*) *Justin.* I, 9. SOLAN. *Herodot.* III, 28. 29. de ejusdem insania capp. sqq. de morte denique fatali c. 64. sqq. LEHM.

Ead. l. 8. *Ὑπερφρονοῦντας*) Vel *Xenophontis* in gratiam eximendus erat ex hoc numero Cyrus, quem *ἀνθρώπων πατέρα* fuisse dictum ferunt: *Pausan.* VIII. p. 690. Exemplum boni civilisque non minus, quam strenui, regis passim apud veteres proponitur. *Plato* de LL. III. p. 815. HEMST. Nihilominus jure suo etiam hunc vellit *Lucianus*, siquidem vera sunt, quae *Herodotus* narrat de iis, quae Cyrum ad bellum Massagetis inferendum moverint L. I. c. 204. in quibus *πρῶτον μὲν ἡ γένεσις, τὸ δοκέειν πλέον τι εἶναι ἀνθρώπου· δεύτερα δὲ ἡ εὐτυχίη ἡ κατὰ τοὺς πολέμους γενομένη* etc. En tibi hominem superbiae Polycrateae, Croeseae, Milonianae, haud parum consortem! LEHM.

Ead. l. 11. *Πορφυρᾶν*) *Πορφυρὰν* antea scriptum erat, ut et adv. Indoct. c. 7. SOLAN.

Ibid. *Ἐφεστρίδα*) *Ὁ τὴν πορφυρᾶν ἐσθῆτα ἐμπεπορπημένος* legendum. GRAEV. *Πορφυρᾶν* sine dubio: etiam alibi apud *Nostrum* similiter peccatum, ut Timon. c. 20. Sed cur pro *ἐφεστρίδα* *Graevius* legendum putaverit *ἐσθῆτα* (nisi forte error est scribendi, vel memoriae), non intelligitur. *Πορφυρᾶ ἐφεστρὶς* idem est, quod infra extr. cap. *πορφυρὶς*, amiculum purpureum, insigne scilicet regium. Mortt. Diall. X, 4. in. Lampichus, Gelensium tyrannus, dicitur *ὁ τὴν πορφυρίδα*, int. *ἔχων*, et deinceps in ead. §. a Mercurio jubetur deponere *τὸ διάδημα, καὶ τὴν ἐφεστρίδα*, quae quidem *ἐφεστρὶς* jam idem illud purpureum amiculum est, quod antea dicebatur *πορφυρίς*. LEHM.

Ead. l. 12. *Ὁ τὸ διάδημα*) Scribe *ᾧ τὸ διάδημα*. BROD. Idem tamen *Brodaeus* supra §. 9. ad verba *τὴν τὸ τριπλοῦν τεῖχος* recte subaudivit *ἔχουσαν*, ubi vid. Adnot. Quid igitur h. l. vult, in re vix uni *Luciani* lectorum ignota, vel dubia? LEHM.

Ibid. *Δακτύλιον*) Notissima doctis est historia, quam *Lucianus* hic quasi in tabella artificiosissime pictam proponit. Eam autem in tironum gratiam, quibus ad manum non est *Herodotus*, paucis narrabo. Polycrates in omnibus prospera usus fortuna monetur ab Amasi Aegypti rege, ut fortunam *sacro lactam negotio* placet, re tum pretiosissima, tum

sibi carissima ita a sese ablegata, ut ejus compos nunquam fiat. Is itaque annulum, quo maxime gaudebat, in mare magna cum pompa projicit. At is paucis post diebus ab ejus coquo in eximiae magnitudinis pisce, qui Polycrati a piscatoribus muneri missus fuerat, repertus ad ipsum defertur. Quibus ad Amasim perlatis, male de Polycratis exitu ominari coepit. Haec tu ab *Herodoto* enarrata legito lib. III. p. 113. et 131. SOLAN. Propter id ipsum, quod haec Polycratea tanquam in tabula picta proponuntur, necessarii fuerunt Articuli, *ὁ τὴν πορφ. ἐφ. ἐμπ.*, *ὁ τὸ διάδ.*, *ᾧ τὸν δακτύλιον ὁ μάγειρος εὗ.*, *τὸν ἰχθῦν* etc. atque adeo sine judicio damnavit *Belinus* Articulum ante *ἰχθῦν*, quem in cod. 3011. librarii incuria omiserat. LEHM.

Ead. l. 13. *Νήσῳ ἐν ἀμφιρρύτῃ*) *In Samo insula:* est autem Homericum hemistichium Odyss. *Α*, 50. Hoc vero, *βασιλεὺς δέ τις εὔχεται εἶναι*, ex eo poëtae sumtum est Odyss. *Α*, 180.

Μέντης Ἀγχιάλοιο δαΐφρονος εὔχεται εἶναι
Υἱός·

aut Odyss. *Ε*, 450. *ἱκέτης δέ τοι εὔχομαι εἶναι.* BROD.

Ibid. *Ἀμφιρρύτῃ*) Sic mendose vulgo legitur; cum metri lex, ut jam probe vidit *Graevius*, postulet *ἀμφιρύτῃ*· et ita recte editio Flor. Recte quoque idem hoc in Philopatride c. 9. Sed et alibi, ubi vel integri versus, vel hemistichia usurpantur, in metro peccatum est. Sic in iisdem his Contemplantibus c. 22. legendum,

Κάτθαν' ὁμῶς ὅ, τ' ἄτυμβος ἀνὴρ, ὅς τ' ἔλλαχε τύμβον.

Non *ἔλαχε*, ut editum. Similiter in Reviviscentib. c. 41.

Κεῖται δ' ἐν μέσσοισι δύο χρυσοῖο τάλαντα,

Non *μέσοισι*, scribendum. Versus is est Homeri Il. *Σ*, 500. JENS. *Ἀμφιρύτῃ* scribas simplici *ρ* cum *Fl.* non duplici, ut in reliquis. SOLAN.

Pag. 57. l. 1. *Πολυκράτην*) *Herodotus* in Thalia. BROD.

Ead. l. 3. *Μαιανδρίου*) Hic herum prodit; supra tyrannidem ipse occupasse dicitur Necyom. c. 16. SOLAN.

Ead. l. 4. *Ὀροίτῃ*) *Dion Chrys.* Or. XVII. p. 251. *Καὶ μὴν Πολυκράτη φασὶ — διαπλεύσαντα πρὸς Ὀρόντην, ὡς χρήματα λάβοι, μηδὲ ῥᾳδίου γε θανάτου τυχεῖν, ἀλλὰ ἀνασκολοπισθέντα ὑπὸ τοῦ Βαρβάρου διαφθαρῆναι*· idem, uti vides, quod *Lucianus*, verbum usurpavit; Satrapae nomen unius literae discrimen habet. Quia *Herodotus* *Ὀροίτην* vocavit, eam formam post *Victorium* ubique restitutam volunt eruditi viri: lege notas *Jo. Davisii* ad *Ciceron.* de F. B. et M. V, 31. Ego,

qui persuasum habeam, a diversis auctoribus non prorsus simili modo Polycratis historiam esse memoriae proditam, utrumque *'Οροίτην* et *'Ορόντην* retinendum judico, et MSS. duces sequor: *Suidas* neutrum omisit. *'Ορόντου τοῦ σατράπου τῆς 'Αρμενίας* meminit *Polyaen.* IV, 8. §. 3. et alterius VII, 13. et 14. De Maeandrio vide ad Necyom. c. 16. Qui *Μαίανδρος* erat in priscis *Herodoti* edd. *Μαιάνδριον* fecit ex Cod. Med. *Jac. Gronovius.* Hemst.

Ead. l. 7. *Εὖγε, ὦ Κλωθοῖ, γενικῶς*) Ms. *εὖγε Κλωθοῖ γενικὴ*, vulgo *γενικῶς*. Quae autem generositas in capitibus hominum truncandis, et palo suffigendis? Sed forte scrib. *γεννικῶς*, *strenue, fortiter.* Mox scribe *νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ* ex *Homer.* Odyss. A. v. 40. minuta haec sunt, sed tamen omnes, quas vidi, editiones deturpant. Quae de Maeandrio dominum suum Polycratem prodente scribit, non leguntur apud *Herodotum*, sed ex alio Historico illa hausit. Apud *Herodotum* sponte sua proficiscitur Polycrates ad Oroetem. Graev. Aut aliter vertendum, quam fecit *Benedictus*, nempe *generose*; aut scribendum *γεννικῶς*, ut in Tyrannicida: *οὐδ' ἐπιχειρεῖν τις ἐτόλμα τῶν γεννικῶν.* In Vitarum auctione: *βίον ἀνδρικὸν πωλῶ, βίον ἄριστον καὶ γεννικόν.* In Pseudomante: *πάνυ γεννικῶς καρτερήσας.* Nam placuit ea vox auctori. Gron. *Γεννικῶς*) Sic, ut emendare jusserant viri docti, ed. *J.* Reliquae vitiose *γενικῶς*, nisi quod G. et P. *γενικὴ*, etiam prave. Solan. Quae ad Somn. Vol. I. p. 184. sq. observata sunt, adverbium hoc unius literae accessione locupletandum esse satis probant: opera mea supersedere licuisset, si tum ad manum fuissent, quae docte scripsit vir eximius *Laur. Norrmann.* ad *Thomae Mag.* Laudat. Gregor. Nazianz. pag. 167. 168. ubi, postquam de *γενικὸς* et *γεννικὸς* egit, *ne adverbio γεννικῶς, hactenus sine certo lare ac patrono oberranti, ἀπροστασίου fortassean impingatur dica, suos illi etiam penates vindicesque reddit.* Ne hic quidem locus ejus diligentiam effugit; quo posito, *Junta*, inquit, *γεννικῶς· Aldus, γεννική.* Hemst. Corruptissimus locus, in quo genuina *Luciani* verba difficulter detegas. Jam primum per se ipsa damnatur codd. trium Pariss. lectio: *"Αγαμαι Κλωθοῦς γεννικῆς· καὶ αὐτοὺς* etc. et exploratum est, compellari a Charone Clotho, legendumque esse, ut vulgo legitur, *εὖγε, ὦ Κλωθοῖ.* Item de sequenti voce nunc post eruditorum disputationes constat, *γεννικῶς*, non *γενικῶς*, nec *γεννικὴ*, multo minus *γενικὴ*, huic loco convenire; non item constat, quorsum *γεννικῶς* referendum sit, utrum per se positum, an cum sqq. junctum, cogi-

tari debeat. Illud quidem dubitatione caret, bene quidem εὖγε dici absolute posse, ita, ut intelligas ποιεῖς. cf. c. 21. an vero εὖγε γεννικῶς recte dicatur plena sententia, dubitari potest, vel potius, non potest. Nemo enim facile εὖγε invenerit unquam cum Adverbio alio arctius junctum. Igitur hactenus recte in Edd. optimis, excepta *Matth.*, legitur: εὖγε, ὦ Κλωθοῖ, γεννικῶς καὶ αὐτοὺς etc. Sed de reliquis quid censes? B. 3. interpungit post αὐτοὺς, nullo sensu. *Micyllus* contra in versione recte egit, quiescens post Κλωθοῖ. Jam vero, si legatur: γεννικῶς καὶ αὐτοὺς, ὦ βελτίστη, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπότεμνε, καὶ ἄν. quis non videt, quam absurde καὶ αὐτοὺς ad ἀπότεμνε referatur. Quid enim hoc sibi vult: *Et ipsos* (illos superbos homines) *et capita eorum fortiter amputa?* In his manifestum inest vitium. Quod quum etiam *Seyboldus* et *Jacobsius* vidissent, tolli id posse sperabant, ille mutando: γεννικῶς κατ' αὐτούς. Ὦ βελτίστη etc. quae mutatio ad sensum insulsa et languida, ad linguae leges incommoda, quin etiam soloeca, est; hic corrigendo (in *Porson.* Adverss. p. 289.): γεννικῶς καῖε αὐτοὺς, ὦ β., καὶ etc. Verum ut taceam, pro καῖε *Lucianum* Attica forma κάε usurum fuisse, et formam hanc vel etiam illam non facile a librariis cum figura copulae καὶ decurtata, qua antiquitus fere usi sunt, commutari potuisse; hiulci nescio quid et asperi immanet orationi, quod vide, an alia ratione radicitus tollatur. Scilicet καὶ αὐτοὺς ad ἀνασκολόπιζε pertinere puto, quemadmodum τὰς κεφαλὰς ad ἀπότεμνε. Quid igitur, si huic nexui accomodemus letionem hunc in modum, Εὖγε, ὦ Κλωθοῖ· γεννικῶς, ὦ βελτίστη, καὶ αὐτοὺς ἀνασκολόπιζε (hoc respicit ad Polycratem) καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπότεμνε (hoc ad Cyrum). Sic levi transpositione verborum facta bene procedit oratio. Etiam *Micyllum* vidi, postquam de emendandi modo jam constitisset mihi, sic interpretatum: *ita et ipsos suffige, et eorum capita generose detrunca.* — His a. 1811. publici arbitrii factis aliquantum momenti addidit *Joh. Seageri* assensus, qui in Classical Journal Num. XVII. a. 1814. p. 159. eandem prorsus loco afferendam judicavit medicinam. Tanto facilius nunc sic edi curabam. Lehm.

Ead. l. 9. Ἐν τοσούτῳ) Errorem interpretum perstrinxit *L. Bos* Ell. Gr. pag. 200. Hemst. Cf. ad Timon. Vol. I. p. 395. sq. Lehm.

Ibid. Ἐπαιρέσθων) Ἐπαιρέσθωσαν. Brod. Probanda omnino est emendatio *Brodaei* in Miscell. IX. c. 10. legentis ἐπαιρέσθωσαν. Praeterquam enim quod et in praecedentibus,

et sequentibus, non nisi in plurali fit sermo, non ad duos tantum id, quod hic dicitur, referendum, sed ad omnes illos impotentes et tumidos terrarum dominos, de quibus Charon et Mercurius ante fuerant locuti; ad Croesum nempe, Cyrum, Tomyrin, Cambysen, Polycratem. Hi ut ad altissimum adscendant fastigium, precatur Charon Clotho, quo miserius postea, et lapsu graviore ruant. Qui tamen vulgatam lectionem velit defendere, possit inferre, *Lucianum* hic ποιητικῶς uti duali, quo nihil apud *Homerum* frequentius. Jens. Lectionem optimam ἐπαιρέσθων, utpote Atticam, frustra sollicitant *Bourdelotius* et *Jensius*. Vid. Diall. Mortt. X, 2. Solan. Mox ἀλγεινότεροι, quod tres codd. Pariss. et Gorl. pro ἀλγεινότερον praebent, et *Schmiederus* recepit, insolentius dictum de personis, quae dolore afficiuntur: vulgo de rebus occurrit, quae dolorem creant; et h. l. Neutrum adverbialiter intelligendum: *acerbius, gravius, decisuri.* Quod autem praeter ἀλγεινότεροι *Belinus* etiam καταπέσωσι legi vult pro καταπεσούμενοι, vehementer deprecamur hanc licentiam: ὡς ἂν — καταπεσούμενοι est *quippe* — *decisuri.* quemadmodum c. 1. ὡς ἂν εἰδὼς ἅπαντα, *quippe qui cuncta noris.* Paullo post pro κλίνην idem *Belinus* fingit χλαῖναν, quod alii videant, qui concoqui possit. Scribit autem Criticus Francogallus: Quel que soient la liberté et les privilèges de la langue grecque dans les métaphores, celle que présente le texte, tel qu'il est, me paroit un peu forcée. Equidem nullam h. l. video metaphoram, nedum talem, qualem somniat *Belinus.* Κλίνη χρυσῇ commemoratur Charoni, quia modo Croesum viderat ἐπὶ κλίνης χρυσῆς καθήμενον c. 9. Hunc vero *lectum* (non *ornatum*, ut *Hemst.* interpretatio habet) negat Charon aeque ac tiaras et purpureas vestes a mortuis in Orcum adlatum iri. Quo quid magis proprie dici possit? Uberius hanc materiam tractat *noster* in Diall. Mortt. X. cf. II. Ceterum vere etiam κλίνην aliquam *Lucianus* pro tribunali infernali apparere jussit simul cum lucerna tanquam testes Megapenthis flagitiorum, in Cataplo c. 27. Verum hic de fictionis, non dictionis, audacia quaeritur: et omnino *Lucianus* prius capi, quam judicari corrigive vult. Lehm.

Pag. 58. l. 7. Ἴδιόν τι κ. ἕ. καὶ τὸν πλ. κ.) Huc faciunt versus *Lucilii*, quos *Lactantius* habet Inst. Divin. V. cap. 9. quibus mores Romanorum describuntur perquam graphice:

Nunc vero a mane ad noctem, festo atque profesto,
Toto itidem pariterque die populusque Patresque
Iactare indu foro se omnes, decedere nusquam,

Uni se atque eidem studio omnes dedere, et arti,
Verba dare ut caute possint, pugnare dolose,
Blanditia certare, bonum simulare virum se,
Insidias facere, ut si hostes sint omnibus omnes.

Ejusmodi homines egregie describuntur instar apum, quae invicem se pungunt. Cler.

Ead. l. 8. Ὥςπερ σφῆκες) Illa vesparum imago aculeis nocentissimis armatarum ex *Aristophanis* fabula cognomine videtur adumbrata; ubi chorus senum vespas simulans in scenam procedit. Adeo noxium animalis genus, ut vel per quietem oblatum malos homines ac crudeles significet, interprete *Artemidoro* II, 22. Hinc sycophantae et vespis comparantur, et aculeis instrui solent: *Philostr.* de V. A. T. VII. p. 273. v. 27. τοὺς δὲ τοιούτους ἀποβλίττουσιν (editur ὑποβλίττουσιν) οἱ συκοφάνται κέντρα ἐπ' αὐτοὺς ἡρμένοι τὴν γλῶτταν. Conferendi sunt *Platonis* illi κηφῆνες κεκεντρωμένοι et δεινὰ κέντρα ἔχοντες de Rep. VIII. pag. 716. C. de quibus ad *Themist.* Or. XXIII. p. 287. D. *Petavius.* Hemst. Nec *Lucianum*, neque *Hemsterhusium*, intellexit *Seyboldus*, alias haud inelegans utriusque cultor, qui ita scribat: „Lucianus, paucas tantummo„do vespas depraedari tenuiores, ait. poterat forte ita dice„re suis temporibus. at nostra aetate *gens vesparum* mirum „quantum crevit. — Ceterum, qui *Hemst.* de vespis, *adeo* „*noxium* (est) *animalis genus, ut vel per quietem oblatum malos* „*homines ac crudeles significet, interprete Artemidoro II,* 22. „haec ita serio potuerit scribere, miror.“ Non miratus fuisset, si *Hemsterhusium* vidisset his verbis peropportune jocari, infectum h. l. paullulum Momi arte Lucianea. Et *Lucianus paucos* illos non poterat dicere, nisi comparatos cum *vulgo*; quae ratio omnino quidem omnibus temporibus par reperitur: modo aculei vesparum aetatibus diversis diversi esse possunt acie. Veruntamen et mihi forte accidit, ut *Seyboldi* jocum non penitus capiam. Quod autem cum hac comparatione idem *Seyboldus* ait (in proxime superiori nota) *ad unguem* congruere illam *Virgilii* Aen. I, 430. sq. ipse non videtur rem ad unguem expendisse: toto coelo enim differunt, quod *Virgilius* agit, et quod *Lucianus.* Lehm.

Ead. l. 11. Ἄγνοιαι) Sic necessario legendum, tum quia mox ita nominat ἄγνοιαν, ut qui de ea jam verba fecerit, tum quod ceteris omnibus intermixtam esse addit. Fl. ἄνοια· reliquae ἄνοιαι. Solan. Florentinum ἄνοια mutarunt, quia singularis unus inter tot plurales ferendus non videbatur. Hoc quidem leve: illud fere certum, utroque loco reponi al-

terutram vocem oportere: utra vero sit in possessionem integram immittenda, sine Codicibus arbitris decerni nequit; nam si veterum philosophorum auctoritate stabimus, ἄνοια non minus quam ἄγνοια vitam humanam infestat. Ἄνοιαν equidem, adsiduam mortalium comitem et pestem, quamvis me non fugiat *Cebetis* illud poculum πλάνης καὶ ἀγνοίας, cui ἀφροσύνην alibi jungit, hinc removere nolui: mox autem ideo magis placet, τούτων δὲ ἡ ἄνοια μὲν, quod statim ἀμαθία nihil admodum ab ἀγνοίᾳ differens subsequatur: vide tamen c. 21. Hemst. Ibi alia est ratio, nec ἄγνοια καὶ ἡ ἀπάτη illa conferri potest cum his verbis, in quibus ἀμαθία manifesto discernitur ab eo, quod praecedit, vitio, sive ἄνοιαν, sive ἄγνοιαν cogites. Atqui hanc non facile discernas, nisi subtilius rem exigas, ab ἀμαθίᾳ. Ergo legendum puto ἄνοια, idque eo magis habeo persuasum recte fieri, quum ἄνοιαι, quod cum hoc vitio prorsus congruere auctor vult, secundum vulgarem lectionem praecedat. Codd. 3011. et Gorl., qui exhibent ἄγνοιαι, non magis me h. l. movent, quam *Solani* judicium et *Schmiederi* auctoritas. Nam facile pro ἄνοιαι scribi poterat ἄγνοιαι. Ceterum cum loco Charon. c. 21. conferri potest Timon. c. 27. quemadmodum cum hoc nostro Timon. c. 28. ubi ob praecedentia ἡ ἄγνοια καὶ ἡ ἀπάτη *Lennepius* pro ἄνοια legi voluit ἄγνοια, sine ulla necessitate, codicibus non addicentibus. Nam quae supra dicta erat ἄγνοια hominum, eam Plutus declaraverat illis insidere, priusquam ipse ad eos veniat, et impedire, quo minus ipsius foeditatem agnoscant: sed quae deinde sistitur ἄνοια, in iis vitiis est, quae simul cum Pluto in domicilia et animos hominum sese insinuant: diversos igitur *Lucianus* vult habitus intelligi, *Ignorantiam* caussam, *Amentiam* effectum recepti Pluti. Utiliter comparabitur etiam locus De Sacriff. extr. Jam in h. l. Amentia dicitur ξυναναμεμίχθαι αὐτοῖς, καὶ ξυμπολιτεύεσθαί γε, νὴ Δία, καὶ τὸ μῖσος etc. h. e. *conversari cum hominibus, quin etiam, quod vix credas, domicilium inter eos figere; ac praeterea odium* etc. Pervertit sententiam codicum 2954. et 3011. lectio — ξυμπολιτεύεται, καὶ νὴ Δία καὶ τὸ μῖσος, quasi jurisjurandi formula ad τὸ μῖσος et sq. sit referenda, quae necessario ad antecedens ξυμπ. pertinet: γε in hac formula saepius a librariis neglectum, ut Dial. Mortt. X, 8. Omnino vid. Adnot. ad Prom. in Verb. c. 6. Vol. I. p. 227. Lehm.

Pag. 59. l. 4. Ἐκπλήττει) Ἐκπλήττω, inquit *Thom. Magister*, οὐ μόνον τὸ εἰς ἔκπληξιν ἄγω, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκπλήττομαι· ἅπαξ Λουκιανὸς ἐν τῷ Χάρων ἢ Ἐπισκοποῦντες· ἐκπλήττειν ἐνίο-

τε καὶ ὑποπτήσσειν ποιεῖ. Decepit *Thomam* vernaculi sermonis non callentissimum prava, quam suo in codice reperit, *Luciani* verborum lectio: bonum est, et indoli linguae Graecae conveniens, quod in nostris edd. vulgatur. Hemst. Praeterea notandum, non perinde esse, quomodo haec verba interpungantur. Falso interpunxerunt Basileenses 1. et 3. post *ἐνίοτε*, rectius multo Aldina utraque post *ἐκπλήττει*, ita ut *ἐνίοτε καὶ* conjuncta ad sequentia referenda sint, quemadmodum *ἐνίοτε καὶ* vel *ἐνίοτε δὲ καὶ* etiam alibi occurrit, ut Prom. in Verb. c. 6. Timon. c. 8. et passim, ubi gravius quid additur. Sed quum non solum *Thomas M.*, sed etiam interpretes nonnulli, vim loci non adsecuti sint, quae potissimum in discrimine verborum *ἐκπλήττεσθαι* et *ὑποπτήσσειν* posita est: age jam de discrimine illo videamus. *Ἐκπλήττεσθαι* ubi metaphorice de animo dictum occurrit, semper de subito animi affectu usurpatur, quum quis re aliqua externa ita est consternatus, ut, quid agat, cogitetve, in hoc certe temporis puncto nesciat; quum obstupefacto et extra se posito mox tamen colligendi sese facultas datur. Sed *ὑποπτήσσειν* dicuntur, maxime apud nostrum scriptorem, ii, qui perpetuo quodam timore capti tenentur, adeo, ut, a quo timent, servili eum animo colant revereanturque, quod quidem usu fit apud gentes a tyranno crudeli subactas. Unde Mortt. Diall. XII, 6. Alexander Macedo Hannibalem dicit terras occupasse — *ὑποπτήσσοντα ἤδη, jam depressas, καὶ δεσπότην ὁμολογοῦντα.* Et Somn. c. 9. Doctrinae deae Lucianus puer, si Artem Statuariam sectatus fuerit, exstiturus videtur *ἀεὶ τὸν προὔχοντα ὑποπτήσσων, excellentissimum quemque usque demisso animo venerans.* Cum *προσκυνεῖν* conjungitur Timon. c. 5. Supra c. 13. Croeso videbatur nova res esse *πένης ἄνθρωπος οὐχ ὑποπτήσσων, non submittens sese aliis prae metu.* Atque hujus ipsius, nisi egregie fallor, loci respectu haec, de quibus jam agitur, verba Mercurius dicit, hoc sensu: *Metus, quoties in hominem incidit, consternat et obstupefacit confestim, nonnunquam vero etiam cum ita afficit, ut potentioribus, praestantioribusque, uti Croeso Lydiae cives, se submittat, et humili animo eos sectetur revereaturque.* Brevius: *Metus incidens consternat, nonnunquam etiam prorsus deprimit.* Lehm.

Pag. 60. l. 1. *Ἐπιπεπλεγμένα)* P. et ed. J. melius, quam *ἐπιπεπλεγμένον*, quod in reliquis est. Solan. Bene etiam vulgata habet, ut mutatione non sit opus. Codicum duorum Pariss. *περιπεπλεγμένον* vel propter sequens *ἐπιπλοκὴ* in Mercurii verbis rejiciendum. Lehm.

Ead. l. 7. *Ἀπὸ λεπτοῦ*) *Νήματος, μίτου, λίνου*, subaudiendum. *Erasm.* in Paroemia, *De filo pendet.* Brod. Navig. c. 26. *ἀπὸ λεπτῆς κρόκης*, qui locus conferendus. Lehm.

Ead. l. 11. *Κείσεται*) Mallem scripsisset *πεσεῖται*, nisi revera, quod magis credo, sic scriptum reliquerit: postulare videntur sequentia *μόγις καὶ τ. γ. ἐξακουσθέντος τοῦ πτώματος*. Hemst. In *κείσεται* inest id, quod quis lapsus est, et facile mente subaudiri potest *πεσὼν*, *sine strepitu jacebit* (*lapsus*). Sequentia autem proverbii instar dicta esse, optime docuit *Beierus* vir multae et exquisitae lectionis, ad *Cic.* de Officc. T. I. p. 170. collatis locis ejusd. *Ciceronis* Cat. II, 10, 21., hoc *Luciani*, et *Platonis* Alcib. I. p. 121. d. Ed. *Steph.* ubi *Olympiodorus* p. 158. Ed. *Creuzer.* hoc proverbium *Platoni* Comico adscribit. Lehm.

Pag. 61. l. 2. *Τοῦ βελτίστου θανάτου*) Morti personam accommodari notum est: notavit pluribus et ex hoc loco *Barth.* ad *Stat.* Th. IV, 528. Irritatus in Sisyphum Jupiter *ἐπιπέμπει αὐτῷ τὸν Θάνατον*· sed ut omnium erat post homines natos versutissimus, tam validis constrictam vi[illegible]lis tenuit, ut elabi nequiret, munusque suum fungi; donec Mars Morti liberatae Sisyphum in potestatem dederet. Rem memorabilem ex *Pherecyde* narrat *Schol. Homer.* ad Il. Z, 153. Cum Hercule quoque impari proelio congressus Orcus Alcestidem remisit, prout docet *Euripides* in illa fabula, *ἄνακτα τὸν μελάμπεπλον νεκρῶν Θάνατον* vocans v. 843. et *δαιμόνων τὸν κοίρανον* v. 1140. Non itaque mirum, si Deum fecerint, cui hymnorum postremum cecinit *Orpheus*: *Hesychio Θάνατος — ὁ σωματοειδὴς θεός*. *Xenoph. Ephes.* III. p. 49. *δυοῖν ἀνάκειμαι θεοῖς Ἔρωτι καὶ Θανάτῳ*· scite *Lucianus ἀγγέλους* illi et *ὑπηρέτας* valde formidabiles adposuit. In miseriis, quae vitam humanam undiquaque circumstant, expingendis veterum industria figuras non minus multiplices quam elegantissimas adinvenit: quem non capiat *Aeschinis* exactrix natura, quae, nisi debitum vitae mature reddatur, *ὡς ὀβολοστάτις ἐπιστᾶσα ἐνεχυράζει τοῦ μὲν ὄψιν* etc. Dial. III. c. 9. Paulo aliter Bion se velut ex conducto *ἐκ τοῦ σωματίου ἐξοικίζεσθαι* ajebat, *ὅταν ἡ μισθώσασα φύσις τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφαιρῆται, τὰ ὦτα* etc. in illis apud *Stobaeum* reliquiis p. 19. v. 44. quas ego *Teletis* esse duco e libro *περὶ περιστάσεων* depromtas. Multa non aliena dabit *Hipparchus Pythagoreus* apud eundem p. 573. quorum partem aliquam adscribere juvat, tum quia cum Lucianeis et sententia, et verbis ipsis apte congruunt, tum ut labes simul, quibus elegantissimus locus est infectus, deter-

gam: πολλῶν οὖν τοιούτων περικρεμαμένων μήτε ταῖς κατὰ τὸ σῶμα εὐαμερίαις ποτέχοντες σεμνυνόμενοι ἐπαιρώμεθα, αἵ τινες, ὀλίγῳ πυρετῷ ἐπιγινομένῳ, ἀνθέων τρόπῳ συντόμως μαραίνονται· μήτε ταῖς ἐκτὸς νομιζομέναις εὐτυχίαις, αἳ καὶ αὐταὶ πολλάκις τάχιον ἀπόλλυσθαι ἢ γίνεσθαι πεφύκασι· πάντα γὰρ ταῦτα ἄστατά τε καὶ ἀβέβαια Εὐρίπου τρόπον ἐν πολλαῖς καὶ ποικίλαις μεταβολαῖς γινόμενα παρειλήφαμεν, καὶ οὐδὲν αὐτῶν μένον, οὐδὲ ἀκίνητον, οὐδὲ βέβαιον, οὐδὲ ἀδιαίρετον. Ceterum quod infra *Noster* habet ἐπιδημήσαντες τῷ βίῳ unde derivatum sit, disces ex notis ad Dial. Mort. XXVI. §. 1. Ad illos autem ἀγγέλους et ὑπηρέτας Orci accedunt ἀπεψίαι καὶ δυσκινησίαι καθάπερ πρόαγγελοι καὶ πρόδρομοι καὶ κήρυκες νόσων apud *Plutarch.* T. II. p. 127. D. et p. 128. F. ὑφ' ὧν ἔνιοι μόλις, ὥσπερ ὑπ' ἀγγέλων ἢ κλητόρων, πυρετοῦ περὶ θύρας ὄντος, ἤδη θορυβούμενοι συστέλλουσιν ἑαυτούς. *Hipponactis* Scazon apud *Etymol.* p. 539. Κοινὴ δὲ νεκρῶν ἄγγελός τε καὶ κῆρυξ. Hemst. Etiam supra ὁ ἀμαχώτατος τῶν ἀνταγωνιστῶν ὁ Θάνατος. unde in utroque loco hanc vocem majori initiali scripsi. Lehm.

Pag. 62. l. 5. Ἄπιοι) Melius ad ἕξει conveniat ἄπεισι· nihil tamen muto. Ὁ δὲ pro αὐτὸς δέ. Hemst. Confirmant tres codd. ἄπεισι, atque adeo jure suo recepit *Schmiederus.* Lehm.

Ead. l. 9. Ἑπτέτης) Perperam in omnibus editionibus legitur ἑπτέτης pro ἑπταέτης. Graev. Quamquam ἑπταέτης habet 2954. et hinc recepit *Schmiederus*, tamen nolebam vulgatam formam indicta caussa damnari. Utraque forma usu erat recepta. Certe in Toxar. c. 61. sine variatione legitur ἑπτέτις κόρη. Etiam Latini et *septennis* scripserunt, et *septuennis*, et utrumque quidem recte. Lehm.

Ead. l. 11. Ἀλλὰ τὸ αἴτιον) *Hoc sane in causa est.* Brod.

Pag. 63. l. 3. Ἀφ' οἵας αὐτῷ κρ) An scribendum? ἀφ' οἵας αὐτὸς κρόκης ἐκκρέμαται. Guyet.

Ibid. Αὐτῷ) Ut de Luct. §. 15. οὐδ' ὅ,τι πέπονθεν αὐτῷ ὁ παῖς εἰδότα. Legi posset αὐτὸ, scilicet παιδίον, genere ad proxime praecedens nomen inflexo. *Plutarch.* Phoc. p. 755. E. ἐπιφανῆναι τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ Μακεδονίαν ἐκ παλαιοῦ καὶ σαπροῦ κρεμαμένοις στήμονος· sic Demades Antipatrum senem designabat. Hemst. *Guyeti* αὐτὸς, ad patrem referendum, non aptum sententiae loci, quia non de patris ipsius, sed de filiorum vita quaeritur. Contra *Hemsterhusii* emendatio tum necessaria omnino ob ambiguitatem loci, qualis vulgo legitur, tum levis per se, tum denique ejusmodi, ut claram aptamque sententiam praebeat hanc: *neque scit, a quantulo illc* (puer mortuus) *stamine pependerit.* Ergo (sic

jam concludi Mercurius vult) neque hoc scit, quam tenue sit illud filum, a quo infans ipsi nuper natus pendeat. Lehm.

Ead. l. 10. *Τις αὐτῶν*) *Αὐτοὺς* forte. Guyet. Absit hoc! Si Charonis haec verba sunt, rectius dicuntur *eorum* reges, quoniam id agit Charon, ut, si reges jam hominum miseri sint, quales universos homines esse par sit, ratiocinando videat. Lehm.

Ead. l. 11. *Ἔξω τοῦ ἀβεβαίου*) Observandus omnino hic usus vocis ἔξω a vulgari longe dissitus. Sic ἔξω φθόνου. Vid. *Tacit.* H. I, 15, 7. Solan. *Xenoph.* Hieron. I, 7. ἔξω τούτων, ὧν εἴρηκας σύ γε, οὐδ' — ἔχοιμ' ἂν εἰπεῖν, *praeter haec, quae tu quidem dixisti, neque — possim dicere. Terent.* Phorm. I, 2, 28. *Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam, quisquam aderat.* Cf. Zeux. c. 6. Lehm.

Ead. l. 12. *Ὡς φῄς*) Haud minus est, quam quod in edd. exstat, incommodum ὥς φασιν· quorsum enim referas, aut quem sensum congruentem inde extundas? Non dubito, quin verum sit ὥς ἔφην. Ante locutus erat de Croeso, Cyro, Polycrate, quorum exemplis abunde constabat τὸ ἀβέβαιον καὶ ἀμφίβολον τῆς τύχης. Imo vero suspicionem eam aliquando cepi, ac si omnis haec oratio Mercurii, ἦν γοῦν — τῶν ἰδιωτῶν ἂν εἴη, sedibus suis exturbata huc nescio quo casu pervenisset: inserueris enim c. 15. post ista, καὶ τὰ μὲν τούτων ὧδε ἕξει, nemo facile negabit, aptissime dictorum ordinem cohaerere. Attamen videndum est, ne cuncta haec, deleta Mercurii persona, Charonti melius adscribantur: nihil enim in his apparet, quod Charon pro singulari ingenii solertia jam rerum humanarum, quas simul omnes oculis habebat subjectas, non mediocriter peritus, dicere non potuerit: egregie favet totius orationis nexus: sic eadem opera servare licet ὥς φῄς, *ut tu, Mercuri, dicis;* quanquam opportunius existimem, ὃ ἔφης, *quod tu nimirum ante dicebas,* cum magnos reges inopinato fortunae impetu eversos demonstrares. In hanc opinionem postremam propendere me fateor. *Dion* autem *Chrysostomus* quae scripsit in Charid. pag. 302. 303. omnino digna sunt, ut cum *Luciano* componantur. Hemst. Hanc sermonis dispositionem probavit quidem *Seyboldus,* neque vero ea in ipse textu usus est, quemadmodum etiam *Hemsterhusius* ipse veterem rationem retinendam duxit. *Wielandius* vero tacite *Hemsterhusii* judicium secutus atque ita interpretatus est. Neque sane erat, quod inveteratum loci vitium diutius foveremus. Res ipsa clamat. Neque tamen eo secius servatam velim vulgatam lectionem ὥς φῄς, in

quo Praesenti notio inest continui, vel modo dicti, ut pro ὡς ἔφης dictum videatur. Eodem modo usurpatum reperitur Deor. Diall. VI, 4. XIX, 2. et passim, ita, ut et usus ipse constet. Inepta vero est Longol. Excc. lectio ὥς φασιν, nec digna omnino, quae respiciatur; orta fortassis e scriptura compendiaria. LEHM.

Ibid. Φασὶν) L. In reliquis φῄς. SOLAN.

Pag. 64. l. 2. Ἐῶ πένθη) *Praetereo luctus.* BROD.

Ead. l. 3. Ἐξ ἰσοτιμίας) Id est, ἐξ ἴσου, ἴσως. GUYET.

Ibid. Ὅπου δὲ etc.) Ὅπου δὴ forte. GUYET. Non possunt his verbis respondere, quae eis Latina appinxit *Mosellanus: usque adeo, ut non minoris fuerit et temporis et negotii, horum hic recensere mala, quam et privatorum.* Neque enim in his Graecis tale quid agnosco. Nec melior *Benedictus Mosellanum* circumludens: *quandoquidem horum mala recensere non minus temporis exigeret, quam quae sunt privatorum;* qualis comparatio prorsus non exstat in Graecis. Verto: *Cum*, vel, *ubi vero haec sint regum mala, opportunum*, vel, *praesto est colligere, qualia sint privatorum.* GRON. Δὲ respondet particulae μὲν, in verbis: ἣν γοῦν τοὺς βασιλέας (μὲν) ἴδῃ τις subintelligendae. Neque adeo *Guyetus* audiendus. LEHM.

Ead. l. 4. Λογίζεσθαι) *Chrysostom.* Hom. ad Pop. Antioch. XVIII, 274, 2. Τοσαῦται δὲ τοῖς βασιλεύουσιν ἀθυμίας ἀνάγκαι, ὅσα τῇ θαλάττῃ τὰ κύματα· εἰ δὲ βασιλεία οὐκ ἂν ἄλυπον ἐργάσεται βίον, τί ἕτερον δυνήσεται κατορθῶσαι τοῦτο; τῶν μὲν βιωτικῶν οὐδέν· τὸ δὲ Παύλου ῥῆμα μόνον τὸ βραχὺ τοῦτο — χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε. SOLAN.

Ead. l. 6. Πομφόλυγας) Ex *Homero* postea vocat φύλλα, φυσαλλίδας, φύσημα. BOURD. *Homo bulla:* eoque magis senex, inquit *Varro* de R. R. I. c. 1. annum agens octogesimum. *Erasmus* in isto adagio et *Luciani* nostri meminit, et ad deplorandam humanae vitae fragilitatem ingenio fraena laxavit. Πομφόλυξ autem ἡ ἐπιπεσόντος ὕδατος ἐν ὑποκειμένῳ ὕδατι ἐπανάστασις, definiente *Arati* Schol. ad Διοσ. v. 248. Vide *Hesych.* qui praeterea docet, ἐπὶ τῶν διακενῆς φυσιωμένων λέγεσθαι τὴν λέξιν. Sententiam valde appositam habet *Suidas:* Ὥςπερ πομφόλυξ ῥαγεῖσα ἀφανίζεται, οὕτω μνήμη ὑπερηφάνου ὄλλυται μετὰ θάνατον. HEMST.

Ead. l. 10. Ἀπέσβησαν) Σβεννύω. Hinc adagium: *Homo bulla est.* BROD. Id est, ἀποσβῆναι εἰώθασι. De illo Aoristi primi usu frequentissimo praecipiens *H. Stephanus* App. de D. A. p. 144. hunc *Luciani* locum posuit, atque insuper observari jubet, *cum* Noster *usus sit aoristo, deinde*

praesenti, tandem ad aoristum redire in verbis, quae proxime sequuntur, ἐξεῤῥάγησάν ποτε. Eundem loquendi morem plures explicarunt, *Is. Casaubon.* ad *Diogen. L.* I, 71. ad *Pers.* Sat. II, 5. ubi tamen quando *libabit* alteri lectioni *libavit* ideo praefert, *quia non sic Latini loquuntur, verum Graeci*, viro magno non adsentior: *Fr. Nansius* ad *Nonni* P. E. J. XI, 73. *J. G. Graev.* ad *Hesiod.* *'E. καὶ 'H.* v. 185. et denique *P. Horreus* ad *Aeschin.* Dial. I. p. 28. Hemst.

Pag. 65. l. 5. Φύλλοις) *Homer.* Il. Z, 146.

Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν·

et Φ, 464.

— οἳ φύλλοισιν ἐοικότες, ἄλλοτε μέν τε
Ζαφλεγέες τελέθουσιν —.

Brod. Decantatissimum Glauci dictum apud *Homer.* Il. Z, 146. passim veteres laudant. *Simonides* dolet saluberrimam sententiam a paucis in animum demitti: apud *Stob.* p. 530. v. 53. Ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνὴρ, Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν, Παῦροι μὲν θνητῶν οὔασι δεξάμενοι Στέρνοις ἐγκατέθεντο. — Neque hoc fugiebat Aves *Aristophanis* v. 686. ubi argutissime philosophantes mortale genus hominum istis titulis compellant: Ἄγε δὴ φύσιν ἄνδρες ἀμαυρόβιοι, φύλλων γενεᾷ προσόμοιοι etc. ubi vide *Scholiasten*, et *Junii* Adag. in *Foliis similes homines.* Hemst.

Ead. l. 10. Παμμέγεθες) Ut *Plauto exclamare maximum*; quod notat *Davis.* ad *Cicer.* T. D. II, 23. *Lucian.* Necyom. c. 9. et de Luct. c. 19. παμμέγεθες ἀνακαγχάσαι. Protulit hunc locum *L. Bos* Exerc. Phil. in I. ad Timoth. VI, 7. *Tatian.* p. 64. Διόπερ, ὦ Ἕλληνες, κεκραγότος ὥςπερ ἀπὸ τοῦ μετεώρου κατακούσατέ μου. Hemst. Gorl. βούλει — — παραινέσω ἂν αὐτοῖς, contra solennem dicendi formam, quae merum conjunctivum requirit sine ἄν. Supra c. 7. Ἀλλὰ βούλει (int. ὅπως) κατὰ τὸν Ὅμηρον κἀγὼ ἔρωμαί σε; c. 9. Βούλει ἀκούσωμεν αὐτῶν; Diall. Mortt. X, 9. βούλει μικρὸν ἀφέλωμαι καὶ τῶν ὀφρύων; et, qui locus nostro propior est natura, Diall. Mortt. XX, 3. βούλει σοὶ ἐπιδείξω καὶ τοὺς σοφούς; Lehm.

Pag. 66. l. 2. Τὸν μὲν] Quia sequitur τὴν οἰκίαν δὲ, cape pro αὐτὸν μὲν, *ipsum* dominum, distinctum a domo reliquisque possessionibus. Similiter supra c. 17. ἡ μὲν (οἰκία) refertur ad sequens ὁ δὲ, quod *Hemsterhusius* quoque explicat αὐτὸς δέ. Lehm.

Ead. l. 9. Οἷόν περ Ὀδυσσεὺς) *Homer.* Od. *M.* Brod.

Ead. l. 12. Ἡ Λήθη) *Lethes fluminis aqua.* Brod.

Pag. 67. l. 1. Ἐμβοήσωμεν) Sic omnino legendum, non

ἐμβοήσαιμεν, ut in libris est. Vid. Notam ad Navig. c. 10. et sensum hujus verbi de Luct. c. 15. Solan.

Ead. l. 2. *Περιττὸν τοῦτο λέγειν, ἃ ἴσασιν*) Ne quem offendat haecce constructio, videat ejus exempla ap. *F. L. Abresch.* in animadv. ad *Aeschyl.* p. 186. ubi ἃ observat referri ad τοῦτο, collective, ut in *Aeschyl.* Pers. 217. *Εἴ ΤΙ φλαῦρον εἶδες, αἰτοῦ ΤΩΝ ΔΕ ἀποτροπὴν λαβεῖν.* Et *Xenoph.* VII. Anab. p. 243. ult. *ΣΠΑΝΙΑ δὲ ἔχοντες ''ΟΤΟΥ ὀνήσεσθε. Demosth.* in Lept. p. 302. *Οὐκ ἔστιν ''ΟΤΟΥ οὐ τυχεῖν ῞Ων ἐβουλήθησαν.* Et illud *Luciani* etiam addit, non male: etsi enim id posset construi, *λέγειν ἃ ἴσασιν, τοῦτο περιττόν ἐστι*, tumque nihil singulare haberet: tamen alterum non displicet. Reitz. Nonnihil tamen h. l. offensionis habet τοῦτο, ἅ. Multo simplicius et clementius est, quod Gorl. suppeditat: *Περιττὸν καὶ τοῦτο*, (int. ἐστι) λέγειν etc. quod reponere non dubitabam. Lehm.

Ead. l. 3. *'Αποσπάσαντες*) P. et ed. J. pro vulgato ἀποστάντες. Solan. *'Αποσπάσαντες* quid causae sit, quare admiserim, luculenter patebit ex notis ad Vol. II. p. 64. praeterquam enim quod genus hoc loquendi *Luciano* familiare, vix erit, ut ullus librarius vulgatissimum ἀποστάντες mutare aggrediatur: contra cur ἀποσπάσαντες abierit in ἀποστάντες, non una reddi potest ratio: ea quidem praecipua, quod interpretamentum genuini verbi sedem invaserit. *Aristid.* T. III. p. 577. A. *πολὺ τῆς ὄχθης ἀποσπάσας τοῦ ποταμοῦ. Poll.* Praef. libri V. *εἰ μέλλει καθαιρήσειν τὰ ἀποσπῶντα ἀφ' ἵππου·* quae *Kuhnius* ab Interprete perperam intellecta recte exposuit. Hemst.

Ead. l. 10. *'Εν ἔτι*) Scribe ἓν ἔτι. Brod.

Ead. l. 12. *Θεάσασθαι*) Aut haec vox, aut εἰδέναι abundat. Solan. Cursus orationis paululum impeditus; nec facile dicas, studione an imprudens eum in modum scripserit *Lucianus*: repetendum ex prioribus ἐπόθουν θεάσασθαι· tum cape, quasi hunc ordinem verborum instituisset, *τὰς ἀποθήκας, ἵνα τὰ σώματα κατορύττουσι.* Quoniam vero *τὰς ἀποθήκας τῶν σωμάτων* Charon, tanquam ignarus, quibus propriis vocabulis insigniantur, commemorat, idcirco non noluit Mercurius varias tumulorum apud Graecos appellationes obiter sodalem optimum docere: qua quidem in re nullum naevum video, qui venustatem hujus libelli imminuat. Hemst. Neque ego video. Imo vero ut per totum hunc dialogum, ita in hoc quoque vocum recensu, non doctam magistri institutionem, sed sermonem familiarium hilarem ac jocosum

video. Quippe non intellexit *Solanus*, hac copia, hac varietate, hac magnificentia monumentorum sepulcralium com memoranda Mercurium Charoni materiam ridendi praebere velle. Nomina quidem scire, non poterat Charonis interesse. Verum dum Mercurius varia ista sepulcrorum genera ei recensebat, et forte etiam digitis monstrabat, docuit eum simul brevibus hisce verbis mirificam ridiculamque curam, quam in mortuis colendis ponere solerent mortales. De structura Charonis verborum prorsus facio cum *Hemsterhusio*. Neque θεάσασθαι abundat, quod εἰδέναι τὰς ἀποθήκας minus propie dicatur, et objectum sic etiam nimis longe a verbo suo per satis amplam parenthesin sejunctum fuerit; neque etiam εἰδέναι superfluum videri potest, quoniam ante adnexam parenthesin requirebatur Infinitivus ad plenitudinem enuntiationis. Quodsi est abundantia, est saltem simplex et perspicuitati orationis inserviens. Verte sic: „*Unum adhuc desiderabam scire, Mercuri — et hoc mihi monstrato, perfeceris tandem mihi enarrandarum rerum humanarum officium — scilicet conditoria corporum, in quibus ea defodiant, spectare. Jacobsianum* itaque εἰ δοκεῖ pro εἰδέναι admitti non facile potuit. Lehm.

Pag. 68. l. 1. Ἠρία) Friget haec vocum enarratio: quasi vero Charon de monumentis apud inferos nihil unquam inaudiisset: et quasi naevus est in tam venusto opusculo. *Suidas* et *Harpocration* docent, ἠρία esse sepulcra humilia, et in plano sita. Extra urbes sepeliebant, quod Athenis lege Solonis cautum erat. Confer cum his, quae Conc. Deor. c. 15. habentur. Solan. *Lucianum* testem citant *Herald.* in *Salmas.* Obs. ad J. A. et R. II. c. 1. §. 15. et *Reines.* ad Inscr. Cl. VII. n. 28. Ἠρία vero et ἱερὰ male nonnunquam permutari, *H. Valesius* indicavit Not. ad *Harpocr.* p. 88. Ὅρια similiter et ἡρῷα violatorum ἠρίων pluribus in locis arcessi posse alias ostendemus. Hemst.

Ead. l. 2. Πρὸ τῶν πόλεων) Recte: nam *intra muros civitatis corpus sepulturae dari non potest, vel ustrina fieri,* ut *Paulus* ait lib. I. Sent. Rec. T. XXI. §. 3. Ex Solonis axonibus manavit lex XII Tabb. *Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito.* Vide *Th. Marcilii* Interpretam. et quos ad *Ciceron.* de LL. II, 23. indicavit doctiss. *Davisius.* Hemst.

Ead. l. 5. Τί οὖν ἐκεῖνοι στ. τοὺς λ.) Multa in hanc sententiam dixere veteres. Vide Comparationem *Menandri* et *Philemonis*, et quae ad eam habet *Dan. Heinsius* in Variis Lectionibus Rutgersianis. Cler.

Ibid. *Στεφανοῦσι*) Hujus moris meminit iterum Alex. c. 30. Conc. Deor. c. 12. et *Athen.* XV. p. 679. D. eamque coronam dictam fuisse *πόθον*. Solan. Appositum est Anth. II. c. 47. Epigramma tertium:

Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λιθίναις στήλαισι χαρίζου,
Μηδὲ τὸ πῦρ φλέξῃς· εἰς κενὸν ἡ δαπάνη.

Ibi *Brodaeus*, homo sua aetate et perdoctus et plurimae lectionis, hunc prae ceteris eximium *Luciani* locum adscripsit. *Stratonis* Epigramma septimum parilem habet sententiam:

Καὶ στεφάνοις κεφαλὰς πυκασώμεθα, καὶ μυρίσωμεν
Αὐτοὺς, πρὶν τύμβοις ταῦτα φέρειν ἑτέρους.

Sed hic columnas sepulcrales et tumulos ornandi venerandique mos dudum cura virorum eruditorum est pervulgatus. *Nostri* quoque meminit *Heraldus* ad *Martial.* X, 61. et quis non eorum, qui hanc funebrem antiquitatis partem illustrarunt? *Theophrasti* locum de *πόθῳ* productum ab *Athenaeo* reperies Hist. Plant. VI, 7. p. 130. sed deterius editur, *ᾧ χρῶνται περί τε τάφους*, quod auctore *Athenaeo* refingi debet, *ᾧ χρῶνται πρὸς τοὺς τάφους*. *Plinium*, dum vertit H. N. XXI, 11. p. 706. *qui fere nascitur in tumulis*, talem aliquam invenisse lectionem mihi persuadeo, *ὃς ὁρᾶται περὶ τοὺς τάφους*, verum minime probandam. Usu et significandi potestate non multum distat *Ἔρως, ὁ στέφανος παρὰ Νικαεῦσιν ἐκ πάντων ἀνθέων τοῖς νέκυσι πωλούμενος*, teste *Etymol.* p. 379. v. 54. vox ultima suspicionem movet vitii; nam durius erit, si capias, *ad coronandos mortuos vendi solitus*: nihil succurrit, quod aeque commodum videatur, ac *πλεκόμενος*. Hemst. De more hoc veterum epitaphia coronis sertisque ornandi cf. etiam Nigr. c. 30. Lehm.

Ead. l. 7. *Καίουσι — δεῖπνα*) Hoc est nempe, quod *περίδειπνον* vocant, Latine *silicernium*, et *exsequium*, et *καθαρίσματα*. Vide de Luct. c. 9. et 19. et Demonact. c. 33. Solan. Coenam feralem, quae cum corpore simul in rogum ingesta cremari solebat, intelligere videtur propterea, quia mox ait animas sursum emissas, quatenus liceret, *δειπνεῖν τὴν κνίσσαν καὶ τὸν καπνόν*. *Cornutus Eliae Vineti* ad *Pers.* Sat. VI, 5. *Nam in funeribus coenam deliciosam* (*δεῖπνον πολυτελὲς*) *apparare solebant, quae ad rogum allata cum ipsis corporibus cremabatur: quod et Virgilius commemorat, dicens,* (Aen. VI, 225) — *congesta cremantur Turea dona, dapes, fuso crateres olivo.* Vide *Theod. Marcilium* et *Kirchmann.* de Funer. Rom. IV. c. 4. 5. Diversum est, contra atque alii volunt, opinione mea *silicernium*: primum *coena, quae infertur Diis ma-*

nibus, quod eam silentes cernant, id est, umbrae possideant, teste *Donato* ad *Terent.* And. A. IV. Sc. II. ubi *cernere* sumendum est, quod eruditos homines praeteriit, ea possidendi virtute, quae a cernenda hereditate ducitur: hoc usu parum a χοαῖς differt, illave libatione vini mulsique, quae in scrobem effossam invergitur. Deinde ipsa circumpotatio, sive, ut in Glossis est, περίδειπνον· ex eo autem, quod additur, λύχνους γὰρ ἅπτειν ἐν πένθει οὐ θέμις, *Scaliger* ad *Festum* acute detexit, *silicernium* auctorem eum dici voluisse, quasi *selucernium*: nam *Jan. Gulielm.* Veris. III, 12. *arbitratus literulae mutatione recte restitui λίχνους*, mirum errorem committit, ἅπτειν existimans idem apud Graecos valere, quod ἅπτεσθαι· et tamen alios invenit, qui sibi, tanquam re bene gesta, plauderent. Fateor equidem, aliquando mihi visum fuisse, coenam hanc funebrem a *Luciano* denotari; praesertim quoniam ipse sic scribit de Merc. Cond. c. 28. ἔοικας γὰρ τότε στήλῃ ἑώλου τινὸς νεκροῦ ἄγοντος ἐναγίσματα· καὶ γὰρ ἐκείνου καταχέαντες μύρον, καὶ τὸν στέφανον ἐπιθέντες αὐτοὶ πίνουσι καὶ εὐωχοῦνται τὰ παρεσκευασμένα· prorsus ut *Augustinus* a *Kirchmanno* citatus: *parare aliquis suis caris dicit, quod ipse devorat: quod praestat ventri, imputat pietati. Varro* Meleagris apud *Nonium* p. 48. *Funus exsequiati laute ad sepulcrum antiquo more silicernium confecimus:* quae nec *Heraldum* fugerunt Digress. I. c. 18. Ideo suspectum habebam καίουσι, tanquam errore natum ex αἴουσι pro ἄγουσι, de quo vitii genere monuimus Vol. II. p. 403. vel potius ex δαίουσι· non enim tantum δαίειν γάμους, quod *Euripidi* familiare, notante *Barnesio* ad Iphig. in Aul. v. 123. et Hel. v. 1455. sed et δαίειν τάφον dici solet. *Menecrates* apud *Dionys. Halicarn.* A. R. I. p. 38. ὅμως δὲ τάφον αὐτῷ (Ἀχιλλεῖ) δαίσαντες ἐπολέμεον τῇ πάσῃ· ita legendum, non γῇ· absurde vertunt, *exstructo sepulcro*; cum oportuisset, *epulis ipsi funebribus apparatis*. Haec olim: nunc, si quis, servata lectione vulgari, rationem priorem sequi maluerit, haud obnitar. Hemst. Recte habet καίειν· nam quae scrobi immissae erant dapes, comburebantur ita, ut earum nidore et fumo animae quasi advolantes delectari existimarentur. Conferas, quae deinceps Charoni respondet Mercurius. Omnino digna sunt, quae de his inferiis conferantur, loca *Homer.* Odyss. X, 517. sq. XI, 25. sq. cum *Eurip.* Iphig. Taur. 159. sq. et *Homer.* Iliad. XXIII, 19. 179. 221. cum *Eurip.* Orest. 112 — 126. Uberius id exposuit *Natalis Comes* in Mythol. L. I. c. 12. et 13. Lehm.

Ead. l. 11. Πεπιστεύκασι) Festo quodam et stato die, qui νεκύσια dicebatur, defunctorum manibus parentabant; quos

tum, ut audis, ab inferis sursum remeare credebant. Hujus loci non meminit *Castellanus*, qui hunc morem tamen recte observat AG. VII, 682. Alia in eam rem testimonia qui volet, *Meursium* adeat ib. 834. 824. *Eustath.* ad Od. I. καταχαλεῖν αὐτοὺς εἰς τρὶς, καὶ δέεσθαι ἀνελθεῖν, ὡς μετάσχοιεν δαιτὸς, Bithynorum mos peregre defunctis. SOLAN.

Ead. l. 12. Ὡς οἷόν τε) Ed. J. P. et L. ὡς οἴονται pro his habent: sed cave mutassis. SOLAN.

Ibid. Περιπετομένας) In diversa hic abeunt Edd. Parisiensis habet περιπεπτομένας· reliquae περιπεττομένας. Omnes mendose: rectum est, quod adscripsimus, quamvis in nullo libro exstet. SOLAN.

Pag. 69. l. 1. Κατάγον αὐτοὺς) Leg. κατάγοντι αὐτούς. BROD.

Ead. l. 4. Ἔπασχες] Sic dudum conjeci scribendum. Nunc minime mihi dubium, quin ἔπασχον ab aliena manu sit profectum. Primum neque κατάγειν, neque ἀνάγειν, verba sunt, quae *Lucianus* Charoni suo tribuere solet: imo κατάγειν semper est Mercurii proprium, qui quidem umbras in Orcum *deducat*. Et modo κατάγοντι αὐτοὺς praecesserat de hoc Mercurii munere. Deinde etiam haec verba in re nautica aliter usurpata fuisse constat, quam h. l. nauta ipse iis uteretur. Denique, quum Charon modo de Mercurio locutus sit, scribendum certe erat: ἐπείτοι κἀγὼ παγγέλοια ἂν, ὦ Ἑρμῆ, ἔπασχον etc. quo transitus ad aliam personam significaretur. Dixit ergo Charon ἔπασχες, et verba κατάγειν et ἀνάγειν de duplici Mercurii provincia intellexit, altera *deducendi umbras ad inferos*, altera vero, siquidem homines isti vera statuissent, *ad superos reducendi*. Quod sic dicitur Mercurius οὐκ ὀλίγα πράγματ' ἔχων, ipse adtestatur miserrimus omnium deorum Diall. Deor. XXIV. LEHM.

Ead. l. 7. Κάτθαν' ὁμῶς) Parodia ex his *Homeri* Il. I, 319. versibus: Ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς, ἠδὲ καὶ ἐσθλός, Κάτθαν' ὁμῶς ὅ, τ' ἄεργος ἀνὴρ, ὅ, τε πολλὰ ἐοργώς. BROD. *Homer.* Odyss. BOURD. Hos sex versus *Lucianus* ex variis *Homeri* locis παρῳδούμενος contexuit. GRAEV.

Ibid. Ἔλλαχε) Ex *Homero* hanc vocem emaculavimus. Vid. I, 319. unde potissimum hi centones consarcinati. *B.* 2. et *Par.* recte ἔλλαχε, ut edidimus. SOLAN.

Ead. l. 9. Ἐν δ' ἰῇ) Consentiunt edd. nostrae: in *Homero Barnesius* dedit Ἐν δὲ ἰῇ, quoniam istius voculae syllabam primam poëta nunquam producit. HEMST.

Ead. l. 11. Ἀμενηνὰ κάρηνα) Odyss. *K*, 521. BROD.

Ead. l. 12. Κατ' ἀσφοδελὸν λ.) Od. *Λ*, 538. 572. BROD.

Pag. 70. l. 3. Σίγειον) *Duo sunt Trojae promontoria*, inquit *Servius*, *Rhoeteum et Sigeum.* De hisce vide *Strab.* XIII. Vorst. Rhoeteum et Sigeum parvo intervallo dissita promontoria notissimum est tumulis inclaruisse hoc Achillis, illud Ajacis: neutri cultus honoresque heroibus tributi defuerunt. *Serv.* ad *Virgil.* Aen. VI. Rhoeteo in litore] *Ubi erat asylum Ajacis, sicut in Sigeo Achillis.* Vide *Brodaeum* ad Anth. I. c. 5. Ep. 23. et III. c. 14. Ep. 7. De Achille *Quint. Calaber* tantum III, 748.

— ἀμφὶ δὲ τύμβον
Ἀργεῖοι, καὶ σῆμα πελώριον ἀμφεβάλοντο
Ἀκτῇ ἐπ' ἀκροτάτῃ παρὰ βένθεσιν Ἑλλησπόντου·

signatius de Ajace V, 654.

— περὶ δὲ σφίσι γαῖαν
Χεῦαν ἀπειρεσίην Ῥοιτηΐδος οὐχ ἑκὰς ἀκτῆς·

prorsus ut Antipater, Σῆμα παρ' Αἰάντειον ἐπὶ Ῥοιτηΐσιν ἀκταῖς. *Dausqueio* ad posteriorem *Calabri* versum fraudi fuit prava, quae edd. inhaesit, *Plinii* interpunctio V. c. 30. sed jampridem a magno *Pintiano* verissime correcta. Miror, cur *Is. Vossius* ad *Melam.* I. c. 18. erroris *Plinium* incusare maluerit, quam remedio tam leni uti; nisi quod idem *Salmasio* placuerat Plin. Exerc. p. 610. Videri posset *Seneca* Troad. v. 1122. in scriptorem incidisse, qui tumulum Achillis collocaret in Rhoeteo: verum poëta tractum illum ponti sive Rhoeteum appellet, sive Sigeum, utrumvis in tanta locorum propinquitate suo jure fecerit. Praeterea nec *Vossium* probo, cum *Salmasii* medicinam in ejusdem regionis descriptione *Straboni* adhibitam p. 611. G. repudiat: exigua transpositio tamque facilis, ut *Dausqueius* etiam sic plane scripserit, ne vitii quidem ulla facta mentione. Achillis autem monumentum Patrocli simul ossa complectebatur: *Philostr.* Her. p. 739. Ajacis longo post tempore violentia maris effractum immanem ossium magnitudinem patefecit, ex qua celsa herois vivi statura aestimari poterat: *Pausan.* I. p. 86. Hemst. Nota est Alexandri M. vox, quum is in Sigeo ad tumulum Achillis adstitisset: *O fortunate adolescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris!* *Cic.* pro Arch. c. 10. Epist. ad Divv. V, 12, 24. cf. *Arrian.* I, 4, 10. *Plutarch.* Alex. 24. *Curt.* II, 9. etc. In Rhoeteo etiam Deiphobo per Menelaum occiso tumulus ab Aenea constitutus narratur *Virgil.* Aen. VI, 505. quamquam id, si conferas libri II. finem et III. initium, vix verosimile est fieri ab Aenea potuisse. Lehm.

Ead. l. 10. Διαφύξαι) Nicias apud *Thucyd.* VII. c. 12. τὰς μὲν γὰρ ναῦς οὐκ ἔστιν ἀνελκύσαντας διαψύξαι· ibi commode

Luciani locum adnotavit praestantiss. *Dukerus.* Mirum, ni *Scholiastes* exponens διακαθᾶραι legerit διαψῆξαι, prout ψύχειν et ψήχειν non raro commutantur, iis nonnunquam in locis, ubi vix decernas, utrum sit anteponendum; quae tamen dubitatio in *Thucydidis* verba cadere nequit: nam modo laudaverat navium recentium τὴν ξηρότητα, cui contrarium est, si aequo diutius θαλασσεύουσαι fierent διάβροχοι, et humore salso infectae vitium contraherent: ideo subductae siccabantur, quod non tantum διαψῦξαι, sed etiam mox deinde ἀποξηρᾶναι dixit *Thucydides.* Apud Graecos ἀναψύχειν et διαψύχειν primum ponuntur pro aëri, aurae, soli exponere: quae commaduerunt, ad solares radios flatusque venti oppandere: scite *Plutarch.* Themist. p. 127. B. τὰς αὐλαίας διαβρόχους γενομένας (aulaea in flumen devoluta, quae aquam penitus imbiberant) ἐκπετάσαντες ἀνέψυχον· hinc Ἀναψῦξαι, ἀνεμίσαι *Hesychio* et Ἀναψύχουσα, ξηραίνουσα· neque mihi dubium est, quin pro Ἀνάψω, ἀναθήσω πρὸς τὴν τοῦ ἀνέμου πνοήν, refingendum veniat Ἀναψύξω, aut, si literarum ordinis accuratius habenda sit ratio, Ἀναψυχώσω, licet usus verbi ἀνάπτειν me non praetereat. *Aelian.* Ep. I. Διαψύχοντι μοὶ πρὸς τὴν εἵλην τοὺς βότρυς· imo quam late pateat haec significandi species, docuerit *Strabo* XVII. p. 1137. C. Nili naturam exponens: ἐν ἑξήκοντα δὲ ἡμέραις τελέως γυμνοῦται καὶ ἀναψύχεται τὸ πεδίον. De navibus, quae subductae ad aërem et ventum siccescunt, utrumque verbum aeque usurpari solet: *Herodot.* VII, 59. ἐς τοῦτον τὸν αἰγιαλὸν κατασχόντες, τὰς νέας ἀνέψυχον ἀνελκύσαντες. *Xenoph.* Ἑλλ. I. p. 259. v. 1. Lysander ἀνελκύσας τὰς ἐν τῇ Ἐφέσῳ ναῦς — ἡσυχίαν ἦγεν ἐπισκευάζων καὶ ἀναψύχων αὐτάς. Itaque Charon decem totis annis cum non potuisset νεωλκῆσαι μηδὲ διαψῦξαι τὸ σκαφίδιον, metus erat, ne cymbula curae necessariae expers plane corrumperetur. Deinde haec verba notant *ventilare, in aëre succutere: Hesych.* Ἀναψύχειν, ῥιπίζειν· quod tamen erit forte, qui capiat, *flabello moto, ventulo facto refrigerare. Theophrast.* apud *Harpocr.* in Κεγχρεών· τὴν ἐκ τῶν μετάλλων κέγχρον διαψύχειν· non aliter intelligendum puto in *Xenoph. K. Π.* VIII. p. 125. v. 18. de avaris: τὰ δὲ ἀριθμοῦντες καὶ μετροῦντες καὶ ἱστάντες καὶ διαψύχοντες καὶ φυλάττοντες πράγματα ἔχουσι· nam διαψήχοντες, *pertergentes* seu *detergentes,* vel, *pecuniam suam fricantes, ut aeruginem avertant,* quod post *Henr. Stephanum* in Thes. *Tan. Faber* ad Timonem libenter se legere profitetur, mihi quidem multum abest, ut approbari possit. HEMST.

Ead. l. 11. Ἡ Νῖνος μὲν, ὦ πορθμεῦ, ἀπόλωλεν ἤδη καὶ οὐδὲν ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς) *Lucianus* cum fuerit Samosate-

nus Euphratis accola, fidem in rebus Assyriae videtur mereri, et mirum foret eum ignorasse locum, ubi sita olim Ninus vel Ninive, si aliquod ejus vestigium remansisset. At quid faciemus *Tacito*, qui lib. 12. Annal. de expeditione Meherdatis sic ait: *sed capta in transitu urbs Ninos, vetustissima sedes Assyriae.* Sed et *Straboni*, qui ante *Tacitum* vivebat, qui lib. 16. ait: *ἡ μὲν οὖν Νῖνος πόλις ἠφανίσθη παραχρῆμα μετὰ τὴν τῶν Σύρων κατάλυσιν*, *Ninus statim post eversum Assyriorum imperium evanuit*; vel *apparere cessavit.* Ergo contra *Strabonem* Amasenum et *Lucianum* Samosatenum, Orientales viros et doctos, non mihi videtur *Tacitus* audiendus. Deceptus certe fuit is Romanus quadam nominis similitudine, et eam Ninum, oppidulum forte vel castellum, captum sine obsidione in transitu, male accepit pro antiquissima et populosissima illa urbe, quae fuit suo tempore totius orbis maxima, et usque ad miraculum celebrata; aliter non possemus absolvere *Strabonem* nec *Lucianum* mendacii. At fidem merentur. Sed milites, qui in expeditione cum Meherdate fuerunt, capta, ut dixi, aliqua urbecula, cujus nomen accedebat ad sonum nominis antiquae illius Ninives, putaverunt, vel gloriabundi finxerunt, se antiquam Ninon sedem Assyriae regum cepisse: et ita publicantes famae pro vero tradiderunt tale mendacium. Sic Alexandri milites jactabant se Tanaim usque pervenisse, cum ab eo fluvio abessent plùs quam mille milliaria. Sic et hoc tempore multos Hierosolymitanos equites et alios nautas et negotiatores, qui in partibus Hellesponti vel bellum gesserunt, vel negotiati sunt, audivi saepe asseverantes, se vidisse antiquae Trojae ruinas, nec aliter unquam eis persuadere potui. At Troadis (de qua *Paulus* Apostolus Epist. ad Timotheum 2.) ruinas viderant, non Trojae, cujus jam tempore *Strabonis* nulla exstabant vestigia, ut ait ille lib. 13. *οὐδὲν δὲ ἴχνος σώζεται τῆς ἀρχαίας πόλεως, εἰκότως, ἅτε γὰρ ἐκπεπορθημένων τῶν κύκλῳ πόλεων, οὐ τελέως δὲ κατεσπασμένων, ταύτης δὲ ἐκ βάθρων ἀνατετραμμένης, οἱ λίθοι πάντες εἰς τὴν ἐκείνων ἀνάληψιν μετηνέχθησαν. Ἀρχαιάνακτα γ' οὖν φασι τὸν Μιτυληναῖον ἐκ τῶν ἐκεῖθεν λίθων τὸ Σιγεῖον ἐκτειχίσαι*, id est, *nullum enim vestigium restat antiquae urbis, et cum ratione: nam vastatis vicinis urbibus, non vero funditus eversis, ea vero a fundamentis deleta, omnes lapides ad aliarum instaurationem transportati sunt. Itaque Archaeanactem ajunt Mitylenensem Sigeum muro circumdedisse ex lapidibus indidem acceptis.* Urbs igitur, cujus nullum vestigium exstabat tempore *Strabonis* et Augusti, sub quo *Strabo* florebat, non poterat exstare tempore Meherdatis sub Claudio. Plura

ad id argumentum adducere possem, et illustrem in literis virum castigare, qui eo, quod *Ammianus Marcellinus Ninos* nominavit, non dubitavit in eximio opere, notis scilicet ad *Eusebium*, scribere: *Ninive autem adhuc integra stabat aevo Ammiani Marcellini.* Sed superfluum foret, cum id argumentum abunde simul et doctissime tractaverit vir incomparabilis *Samuel Bochartus* in suo Phaleg. lib. 4. c. 20. ad eum te remitto, lector, et sileo. Palm. Non cogitavit *Lucianus*, se antea finxisse, colloquium hoc habitum fuisse tempore Cyri majoris, cujus proavus Cyaxares Ninum ceperat sub finem regni, ut docet *Herodot.* I, 106. A quo si deleta fuisset, quod nusquam legimus, nemo tamen potuisset tempore Cyri dicere, οὐδ᾽ ἂν εἴπῃς, ὅπου ποτ᾽ ἦν, *dicere nequeas, ubi fuerit;* sed dumtaxat tempore *Luciani.* Cler. V. *Bochart.* Phaleg. IV, 20. Ninum illam veterem, Nini opus, post Syriacam monarchiam destructam ἀφανισθῆναι, id est, penitus deletam, ait etiam *Strabo* lib. XVI. p. 737. Sed tamen et *Tacitus* sub Claudii regno Nini meminit A. XII, 13. *Capta in transitu urbs Ninos vetustissima, sedes Assyriae:* et *Ammian.* XXIII, 6. *In Adiabena Ninus est civitas, quae olim Persidis regna possederat* etc. et *Philostrat.* p. 23. Restaurata igitur Ninus est, exstabatque aliqua *Luciani* tempore. Sed hic de Croesi aetate sermo est, quo exstinctam fuisse etiam *Strabo* testis est luculentus. Haec fere *Olearius* ad *Philostr.* Solan. Adeas etiam *Christoph. Cellarium* Geogr. Ant. T. II. pag. 660. Lehm.

Ead. l. 12. Οὐδὲν ἴχνος etc.) Ninum et Mycenas ἠρημῶσθαι πανωλέθρους testatur *Pausan.* VIII. pag. 668. quod integrum caput tertium et trigesimum cum *Luciano* conferendum est. Mycenae, inquit *Strabo* VIII. p. 571. D. χρόνοις ὕστερον κατεσκάφησαν ὑπ᾽ Ἀργείων, ὥστε νῦν μηδ᾽ ἴχνος εὑρίσκεσθαι τῆς Μυκηναίων πόλεως. Sed Ninus, cujus eversio Nahumi sacrarumque paginarum vaticiniis debebatur, postea si non in ipsis priscae urbis parietinis, in vicinia saltem instaurata parumper refloruit: vide *Th. Rychium* ad *Tacit.* Ann. XII, 13, 3. De Babylone ad Philopatridem dicendi locus erit. Non fastidiendum Epigramma in Catalectis:

Quisquis Cecropias hospes cognoscis Athenas,
Quae veteris famae vix tibi signa dabunt;
Hasne Dei, dices, coelo petiere relicto?
Regnaque partitis haec fuit una Deis?
Idem, Agamemnonias, dices, cum videris arces,
Heu victrix victa vastior urbe jaces!

Hae sunt, quas merito quondam est mirata vetustas.
Magnarum rerum magna sepulcra vides.

Pro *Regnaque* summo *Scaligero* placuit *Regia:* mihi potius videtur, *Rixane* vel *Rixaque:* de Atheais Neptunus et Minerva mutua lite contenderunt, utrius in ditione urbs futura esset: vix, inquit, credibile videbitur illud Deorum certamen, si gloriae veteris ruinas adspicias: Mycenae quoque victrices pejus quam Ilion desertae. *Sepulcra* commode sunt usurpata: nam, ut Mercurius ait, *ἀποθνήσκουσιν αἱ πόλεις.* de qua totarum urbium morte plura dabunt *P. Faber* Sem. I. c. 8, 9. *Fabrot.* ad *Theophil.* Inst. II. T. IV. neuter *Luciani* mentionem omisit. *Ambros.* Ep. XXXV. *Tot igitur semirutarum urbium cadavera, terrarumque sub eodem adspectu funera.* Hemst. Sulpicius in elegantissima epistola ad *Cicer.* ad Famill. IV, 5. ita scribit: „Hem! nos homunculi indignamur, „si quis nostrum interiit, aut occisus est, quorum vita bre- „vior esse debet, cum uno loco tot *oppidûm cadavera* projec- „ta jaceant!" Cf. *Senec.* Epist. 91. Lehm.

Ibid. *Ὅπου πότ' ἦν) Campus ubi fuit.* Bourd.

Ead. l. 13. *Ἡ Βαβυλὼν*) Hoc multis exemplis docet in Arcadicis *Pausanias.* Brod. Nondum *Luciani* aetate tota perierat Babylon: quamvis enim in hoc opusculo multa sint alterius temporis, hic ad suam aetatem respexisse puto. Certe Navig. c. 34. Babylonis et Seleuciae, ut diversarum, diserte meminit. Adde *Josephum* Ant. XVIII. saepius de Babylone quasi stante tunc temporis verba facientem: Cajo autem imperante, quae ibi narrat, gerebantur: vide praesertim capitis X. novissimae Ed. Oxon. §. 6. et 8. ubi Judaeorum migratio narratur e Babylone ad Seleuciam. Legi tamen merentur, quae a *Bocharto* ex *Plin.* VI, 26. et *Strab.* XVI. proferuntur, quo Seleuciam intelligi probet, cum ea aetate et deinceps Babylon nominatur. Adde *Curt.* V, 1. *Herod.* I, 184. sed vide etiam *Spanhem.* 463. qui ex *Plin.* VI. et *Pausan.* VIII. p. 509. nihil praeter moenia superfuisse docet. Solan.

Ibid. *Ἡ τὸν μέγαν περίβολον*) *Ἔχουσα* subaudio. Brod. Τὸ ἔχουσα, aut quid simile, desiderari videtur. Guyet. Minime. Vid. supra c. 9. et 14. De ambitu autem Babylonis et magnificentia vid. *Herodot.* I, 186. et *Curt.* V, 1. Lehm.

Pag. 71. l. 2. *Μυκήνας*) V. Strabonem VIII. p. 377. B. cujus aetate ne vestigium quidem ejus exstabat. Solan.

Ead. l. 5. *Ἀποθνήσκουσιν αἱ πόλεις*) *Plutarch.* Romul. Cetera epitheta Homerica, ut et sensus et rationes, quibus nititur. Bourd.

Ead. l. 7. Ἰνάχου οὖν οὐδὲ τάφος) *Anna Fabri*, eruditissima femina, ad *Callimachi* Hymnum in Delum v. 74. ex hoc loco colligens, Inachum fluvium *Luciani* tempore haud superfuisse, addit, patrem suum hoc in loco pro τάφος restituisse τάφρος. Jens. Emendationem *Tan. Fabri* amplexus sum lubentissime. Solan. Verissime *Faber*: simili modo legendum in *Etymol.* p. 487. v. 39. Κάμαξ, ἀρσενικῶς μὲν σημαίνει τὸ ὄρυγμα, ἢ τοὺς ἐν τάφρῳ πεπηγμένους πασσάλους πρὸς τὴν τῶν πολεμίων ἐρωήν. *Sylburgium* fefellit, quod vulgatur, τάφῳ. Ad Argos τὰς περὶ τὸ τεῖχος τάφρους commemorat *Xenoph.* Ἑλλ. IV. p. 312. v. 35. Inachus autem semper tenuis fluxit, ex quo contra Neptunum Junoni Argorum possessionem adjudicavit: poenam igitur est passus, ut aquam non habeat ὅτι μὴ ὕσαντος τοῦ θεοῦ. θέρους δὲ αὖα σφίσιν ἐστὶ τὰ ῥεύματα, πλὴν τῶν ἐν Λέρνῃ, teste *Pausan.* II. p. 145. Hemst.

Ead. l. 10. Ἱρὴν καὶ εὐρυάγυιαν) Trojam his epithetis saepe ornat poëta. Brod. Pro vulgata scriptura εὐρυάγυιαν legendum censeo εὐρυάγυια Μυκήνη. V. Il. Δ, 52. neque enim usquam de Troja usurpatum invenio: ne dicam jam, Mycenarum etiam antea factam mentionem. Solan. Praeteriit *Solanum* Iliad. *B.* v. 141. Οὐ γὰρ ἔτι Τροίην αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν. Belin.

Pag. 72. l. 2. Τῷ αὐτοῦ ὀνόματι) Castigo αἵματι. Hoc alias probavi. Brod. *Casparus Barthius* in Animadversionibus ad *Statii* Thebaid. l. 4. v. 48. ubi agit de Othryadibus, hunc *Luciani* locum mendi arguit, atque eum scripsisse τῷ αὐτοῦ αἵματι. Almelov. *Argivos vides et Lacedaemonios, Charon, atque semimortuum imperatorem Othryaden, suo ipsius nomine inscribentem tropaeum.* Sic quidem ex vulgata scriptura vertendum est. Sed *Barthius* ad *Statium* T. II. p. 904. haud dubie rectissime pro ὀνόματι reponi jubet αἵματι. Verum ante eum id jam jusserat *Brodaeus* Miscell. IX. c. 10. Quin etiam vel ante, vel post *Brodaeum* idem emendavit ad oram Florentini exemplaris vir quidam eruditissimus. Ceterum video hanc *Barthii* non magis, quam aliorum ante *Barthium*, emendationem Amstelaedamensi hujus scriptoris editioni additam quoque; sed non putem, *Barthium*, si videret, agniturum fore, se *de Othryadibus*, quod illic dicitur, ad *Statium egisse.* Quot fuere Othryadae, ad quos inscriptio tropaei suo ipsorum sanguine, possit referri? Iterum Noster in Rhetorum praeceptis c. 18. de Othryade meminit, ubi tanquam memorabilem et maxime insignem historiae partem nominat τὰ Ὀθρυάδου γράμματα. Jens. Solus Longolianus emenda-

tionem *Brodaei* et *Barthii* firmat, *αἵματι* scribentium pro vulgato *ὀνόματι*. Vide et Rhet. Praec. c. 18. Inscriptionem habemus apud *Plutarch.* Parall. 545, 2. *ΔΙΙ ΤΡΟΠΑΙΟΥΧΩι.* Regio autem, de qua certant, Thyreatis est. *Plutarch.* et *Ovid.* Fast. II, 663. *Flor.* II, 2, 14. *Herodot.* I, 82. *Valer. Max.* III, 2. Solan. Haud futilis emendatio doctorum hominum suffragiis ita fulcitur, ut membranarum auctoritatem non desideret: iis enim quid opus est, ubi res ipsa clamat? *Ampelius* cap. 14. quamvis in historia plane fallatur, non secus ac si *Lucianum* Latine vertisset: *Othryades vir bellator — tropaeum suo sanguine scripsit.* Plures in illustri facto narrando similem loquendi formulam adhibuerunt: omitto vexatum illud *Flori*, *licet nihil scripserit sanguine: Valer. Maxim.* III, 2. ext. §. 4. *sanguine suo scriptis literis, dereptam hostibus victoriam tantum non post fata sua in sinum patriae cruento tropaei titulo retulit.* *Senecae* Suas. II. p. 21. levi mutatione succurri posse arbitror: *Othryades paene a sepulcro victor digitis vulnera pressit,* (hoc pro *gessit* conjectura fueram adsecutus, antequam a *Schotto* trium Codd. fide niti didicissem) *ut tropaea Laconum* (ferri forte potest, sed multo malim, *tropaeo Laconum*) *inscriberet: o dignum Spartano sacramento virum, cujus ne literae quidem fuere sine sanguine.* Argute *Statius* Th. IV, 47. *Et Lacedaemonium Thyre lectura cruorem:* ubi nihil erat, cur *Lutatii*, qui praeter quod mutilatus est, historiam inscite refert, eruditionem *Barthius* laudaret; Graeca tamen hunc in modum instauranda reor: *quibus* (tropaeis) *digito sanguine oblito haec inscripsit: Κατὰ Ἀργείων τροπαῖον Ὀθρυάδου*, vel *Λακώνων·* sic a literis minimum deflexeris. Suidae in Ὀθρυάδης, sine dubio labes adhaesit: quem enim oratio talis non offendat? *αὐτὸς σκυλεύσας τοὺς Ἀργείων νεκροὺς, καὶ τρόπαιον ἀναστήσας ἀνθρωπείῳ αἵματι, ἐτελεύτησεν εὐθύς·* inserendum est *ἀναστήσας ἐπιγράψας τε·* sed cur *ἀνθρωπείῳ αἵματι*; quanto melius erit, *τῷ τῶν τραυμάτων αἵματι*, ut *Theseus* apud *Stob.* p. 92. vel, si lubet, *τραυματικῷ αἵματι.* Restitutam lectionem haec, ut opinor, satis vindicant: operam ludet, qui pro vulgata pugnabit ex *Ovidio* Fast. II, 665. *Nec foret Othryades congestis lectus in armis:* ad quem vide *Nic. Heins.* et *Wass.* ad *Sallust.* B. J. p. 257. Hemst.

Ead. l. 8. *Τρόπαιον*) Tropaea evertere religio erat, quod a *Brodaeo* recte observatum Miscell. V. c. 29. Solan.

Ead. l. 11. *Τὰ ὄρη*) Montes, de quibus supra. Brod.

Ead. l. 14. *Εὐεργέτης ἀναγεγράψῃ*) *Te pro benefactore habebo:* metaphora ducta ex consuetudine urbium, quae num-

mis et statuis eorum, a quibus beneficio adfecti fuerant, titulum *εὐεργέτου* adscribere solebant. Cler. *Lysias* pag. 159. v. 39. *Εἰ μὲν ξένος τὶς ἐλθὼν ὑμᾶς ἢ χρήματα ᾔτει, ἢ εὐεργέτης ἀναγραφῆναι ἠξίου.* Vid. ad D. Mort. X. §. 6. Plura dicemus Anach. c. 17. Hemst.

Pag. 73. l. 2. *Βασιλεῖς — μάχαι*) Inutilem illam quinque vocabulorum sarcinam si quis foras ejiciendam existimarit, eum nihil equidem morabor: in quamcunque partem verses, nec cum proxime praecedentibus in gratiam redigi, neque emendatione commoda reformari possunt. Ego *Lucianum* tam ineptum putabo, ut post *τὰ τῶν κακοδαιμόνων ἀνθρώπων πράγματα*, velut dilucidius interpretaturus, adjecerit *βασιλεῖς* etc. *φυσαλλίδες* dixisset, aliquid intelligerem. Quid autem si *τύμβοι*, vel *ἠρία*, *τύμβοι*, pro *ἑκατόμβαι* ponantur, magnopere proficimus? cur *μάχαι* postremo loco adhaerent? an quia cruentam Argivorum Lacedaemoniorumque de Thyrea disceptationem novissime commemorarat? nempe in eodem haeremus luto, unde difficile fuerit extricari. Optime *Luciano* provisum erit, si conglutinaris: *Οἷά ἐστι τὰ τῶν κακοδαιμόνων ἀνθρώπων πράγματα; Χάρωνος δὲ οὐδεὶς λόγος·* sic venustissimum opus egregia sententia finiverit; in miserrima rerum suarum conditione adeo caecos ac dementes mortales oberrare, ut de morte Charontisque cymbula ne minimum quidem cogitent. Hemst. Ultima haec verba Charon secum murmurans proloqui existimandus. Continent autem ea utilem eorum summam, quae tum portitor, duce Mercurio, ex hac peregrinatione didicerit, tum quae *Lucianus* legentibus quasi inclamat: cogitent scilicet, quam vana et misera sit hominum conditio, quamque utile atque consultum meminisse mori! Quod quidem utrumque per totum colloquium ita ad oculos demonstratum est, ut non solum iis, quibus forte res terrestres, uti Charoni, incognitae fuerint, sed vel indigenis terrarum ipsis, qui mala coecitate capti teneantur, id non possit vel maxime elucere. Ad ea quinque verba quod attinet, quae et ego cum *Schmiedero* pro suspectis notavi, quo saepius ea leguntur, eo minus dubium esse potest, quin recte judicaverint *Hemsterhusius* et *Wielandius*, elegantissimi quippe judices, qui his venustissimum opusculum ineptissime et absurdissime finiri declararunt. Neque enim haec recensio rerum in hoc libello tractatarum plena est, quia desiderantur nonnulla, neque fidelis, quoniam *ἑκατόμβαι* commemorantur, de quibus in libro ipso nihil legimus, neque, si vel plena ac fidelis esset, elegans atque *Luciani* inge-

nio digna. Nam quemadmodum strigosus argumenti index, cuicunque libro additus, nihil habet elegantiae, veteribusque nunquam facile in usu fuit, ita imprimis Dialogi summam in ſine frigidis verbis repetere putidi profecto scriptoris est, quique magis inelegantioris aetatis Grammaticum, vel Scholiasten, quam *Lucianum*, mellis Attici plenissimum, aequet. Lehm.

Ead. l. 3. *Τύμβοι*) De *hecatombis* ne minima quidem in hoc opusculo mentio, nedum ut pars sint adeo conspicua, ut in indice quasi itineris, aut rationario Charontis locum habeant. Agnoscunt tamen omnes libri ἑκατόμβαι· male. Lege meo periculo τύμβοι. Verbum neminem hac de re mecum credo commutaturum, qui quidem dialogum perlegerit. In eadem voce iterum mox opusculo sequenti peccatum esse videbis. Solan.

Ibid. *Χάρωνος δὲ*) *Θανάτου δέ.* Brod.

IN DE SACRIFICIIS.

Pag. 74. l. 3. *Προσόδοις*) Dem. p. m. 159. B. Solan.

Pag. 75. l. 2. *Καταφὴς*) Subtristis. ὁ ἔχων κάτω τὰ φάη ἤγουν τοὺς ὀφθαλμούς. Vorst. *Καταφὴς* de industriane scripserit *Vorstius*, an casu se illud in Reitzianam editionem, et hinc in Bipontinam, insinuaverit, non liquet: certe usu recepta κατηφὴς et κατηφεῖν originem eam, quam *Vorstius* indicat, vere prae se ferunt; et quemadmodum κατηγορεῖν, παρηγορεῖν, ἐπήκοος, κατήκοος, ἐκηβόλος et alia haud pauca, ex antiquissimi Ionismi, ut videtur, natura prodierunt, (nec definit, nec exhaurit, rem aliquanti ambitus *Lobeckius* Doctiss. ad *Phrynich.* p. 698. sq.) ita et κατηφὴς manifesto a κατὰ, neque tamen proxime a κάτω, et φάος, descendit, quod ipsum et usus ejus solennis declarat: nam plerumque usurpatur de *demisso*, i. e. tristi, *vultu*, ut Euripid. Heracll. v. 633.

Τί χρῆμα κεῖσαι, καὶ κατηφὲς ὄμμ᾽ ἔχεις;

et verbum κατηφεῖν similiter in *Ejusd.* Med. v. 1012.

Τί δὴ κατηφεῖς ὄμμα, καὶ δακρυῤῥοεῖς;

Quare *Noster* fere κατηφὴς et σκυθρωπὸς conjungit, praeser-

tim ubi de philosophorum austeritate agitur, ut Vit. Auct. cap. 7. et Bis Accus. c. 11. Et Grammatici voce σκυθρωπὸς utuntur ad interpretandum κατηφὴς, ut *Scholiast. Euripid.* ad Orest. v. 879., cum quo consentit *Suidas.* Lehm.

Ead. l. 7. Ἀνθρώπων ἐνδεὲς] Similis sententia a *Paulo* Apostolo Atheniensibus inculcata *Actt. Apostst.* XVII, 25. Lehm.

Ead. l. 8. Αἰτωλικὰ πάθη) *Tzetzes:* Αἰτωλοὶ γὰρ καὶ Ἀκαρνᾶνες, γείτονες ὄντες ἀλλήλοις κακοὶ, διὰ τὴν τοῦ Καλυδωνίου συὸς κεφαλὴν, καὶ τὸ δέρμα πρὸς ἀλλήλους πολεμήσαντες κατετρίβησαν. Consule libro primo *Apollodorum.* Brod. Haec et cetera in *Homer.* Bourd. Narrat in sequentibus. V. *Ovid.* Met. VIII. et *Hom.* Il. *I.* et *B.* Aetoliae urbs Calydon regia Oenei sedes. V. *Hygin.* f. XIV. Solan.

Ead. l. 9. Τοὺς τοσούτους φόνους) *Aetolorum et Acarnanum caedes.* Adde Meleagrum eo nomine cum Philippo et Toxeo dimicasse, eosque interfecisse. Brod.

Ead. l. 10. Μελεάγρου διάλυσιν) Nam Althaea fatalem stipitem igni imposuit, quo exstincto, ipse quoque una Meleager periit. *Ovidius* citato volumine. Brod.

Ead. l. 11. Μεμψιμοιρούσης) Fabulam recitat *Ovid.* Metam. VIII. Brod. Vid. in Jove Tragoedo c. 40. et in Convivio c. 25. Vorst.

Ead. l. 13. Καί μοι δοκεῖ ὁρᾶν αὐτὴν) Scribendum ex Ms. καί μοι δοκῶ ὁρᾶν· quamvis et sine Ms. ope facile quivis, qui animum attendit, sic scribendum esse videre possit. De Diana vero irata, quod neglecta fuerit in Oenei sacrificio, vide *Homerum* Iliad. IX. v. 530. de epulis autem, quibus duodecim Deos exceperunt Aethiopes, Iliad. α΄. v. 425. Graev. Καί μοι δοκεῖ) Pro eo, cum ex MS. id probat, etiam *sine MSti ope facile quemvis, qui animum attendat, scribendum esse* καί μοι δοκῶ, *videre posse,* ait verissime vir summus J. G. Graevius. At unum tamen Amstelaedamensem ex eorum, qui id videre per se facile possint, numero excepisset vir eruditissimus, si tum palam fuisset, exstare aliquem, Graecae linguae notitiam prae se ferentem, qui de hujus dicti probitate dubitaret. At satis tum, cum moveretur haec, digna scilicet viro Graecis literis docto, controversia, optimae notae auctoribus confirmata est dictio μοὶ δοκῶ, in qua ἐγὼ posse et addi et omitti, pueri, non viri, docendi erant. Age tamen, probemus ex tersissimo nostro *Luciano* ipsum ἐγὼ, vel ἔγωγέ μοι δοκῶ, totidem verbis et literis. Ecce *Noster,* in Herodoto: Ἐγὼ μὲν οὖν τὰ ἄλλα πάντα ἀποπλῆσαί μοι δοκῶ. In Eunucho: Ὡς ἔγωγε, εἰ δικάζων ἐτύγχανον, ἐπὶ τῷ τοιούτῳ

τὸ πλεῖον διατρίψαι ἄν μοι δοκῶ etc. In Toxaride: *Ὡς ἔγωγε πολὺ ἥδιον ἄν μοι δοκῶ μονομαχῶν ἡττηθείς.* In Parasito: *Ἐγὼ γὰρ οὐδ᾽ αὐτοῦ μοι δοκῶ τοῦ Ἀχιλλέως τεκμαίρεσθαι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ χείρω εἶναι.* In dialogis meretriciis: *Ἐγὼ δὲ καὶ ἐπιγράψειν μοι δοκῶ.* Alia *Luciani* loca plura omitto. *Plutarchus* quoque in Apothegmate Agesilai (loco ab cl. *Graevio* ad *Luciani* Demon. c. 3. adducto) *Ἐγὼ γάρ μοι δοκῶ τῶν τοιούτων βούλεσθαι ἐπάνω εἶναι.* *Th. Magister* in voce *ΔΟΚΩ* ex *Platone* et *Demosthene* ostendit, sicut *μοὶ δοκῶ*, ita et *μοὶ δοκοῦμεν*, dixisse Graecos etiam in plurali. At sicuti in hoc, ad quem nunc scribimus, *Luciani* loco perperam *μοὶ δοκεὶ* legitur, ita et apud *Xenophontem* lib. I. *Κυροπ.* ubi cum Cyrus Cyaxari contra Assyrios auxilio esset mittendus, inter alia Cambyses filio suo Cyro praecipit, ut milites in continua teneat exercitatione; ad id respondens Cyrus, sibi quoque eandem de exercendis et in officio continendis militibus, stare sententiam, denique ait: *Ἀλλὰ μέν τοι τόγε μελετᾶσθαι ἕκαστα τῶν πολεμικῶν ἔργων, ἀγῶνας ἄν τινάς μοι δοκεῖ, ὦ πάτερ, προειπὼν ἑκάστοις, καὶ ἆθλα προτιθεὶς, μάλιστα ἂν ποιεῖν εὖ ἀσκεῖσθαι ἕκαστα, ὥςτε, ὁπότε δέοιτο, ἔχειν ἂν παρεσκευασμένοις χρῆσθαι.* Haud dubie oratio soloeca est, *μοὶ δοκεῖ προειπὼν*, et *προτιθείς.* Sed omnino legendum *μοὶ δοκῶ.* *Caeterum, inquit, quod ad curam singulorum militarium operum attinet, certum est, certamina quaedam singulis* (militibus) *indicentem, pronuntiantem, et praemiis propositis, maxime curare, ut in singulis exerceantur, quo iis, ubi opus fuerit, paratis uti queam.* Collaudans deinceps consilium filii Cambyses, *κάλλιστα λέγεις*, inquit, *ὦ παῖ. τοῦτο γὰρ ποιήσας, σάφ᾽ ἴσθι ὥςπερ χοροὺς τὰς τάξεις ἀεὶ τὰ προςήκοντα μελετώσας θεάσῃ.* *Optime censes, fili mi. Hoc enim ubi feceris, certo scias, videbis ordines instar chororum semper ea, quae oportet, curantes.* Paullo post eadem loquendi ratione utitur Cyrus, *τοῦ γε μὲν πειθομένους παρέχεσθαι τοὺς στρατιώτας οὐκ ἀπείρως μοι δοκῶ ἔχειν.* *Equidem videor mihi haud imperitus esse efficiendi, ut milites imperatis pareant.* et continuo post, *ὁρᾷν μοι δοκῶ τὸ προτρέπον πείθεσθαι μάλιστα ὂν τὸ τὸν μὲν πειθόμενον ἐπαινεῖν τε καὶ τιμᾷν, τὸν δὲ ἀπειθοῦντα ἀτιμάζειν τε καὶ κολάζειν.* *Videor mihi intelligere, id demum esse, quod obedientiam excitet, si dicto audientem collaudes ac honores; cum vero, qui minus dicto audiens sit, ignominia et poena mulces.* JENS. *Δοκῶ* G. P. et L. Reliqui *δοκεῖ.* SOLAN.

Ead. l. 14. *Ἐν Οἰνέως*) Sic omnes, quotquot vidi, editiones. Suadet tamen ipsa ratio, legendum *ἐς Οἰνέως· aliis Deis ad domum Oenei profectis.* *Ἐν Οἰνέως* eadem quidem lo-

quendi ratione dicitur, et passim similiter frequentatur, ac ἐς Οἰνέως. Sed hoc hic requiritur. Saepissime *Lucianus* hoc elliptico modo utitur, ut ἔν τινος τῶν γραφέων, *in pictoris cujusdam domo*, in Zeuxide c. 3. ἐν Ἀρισταινέτου, initio Lapitharum: ἐν φαρμακοπώλου alibi. *Aelianus* quoque ita passim. Sic per εἰς, ut *Noster* in Hermotimo c. 82. ἐς διδασκάλου· in Apologia c. 4. Εἰς πλουσίου τινός. Sic *Aelianus*, ἐφοίτα εἰς Λαμίας, εἰς Πανδοκέως, εἰς Ἀρχελάου. Sic *Plato* in Symposio, ἐπὶ δεῖπνον εἰς Ἀγάθωνος. *Aristophanes*, ἐκ Πατροκλέους. Sed hanc loquendi formam apud Graecos, ut et apud Latinos, usitatam, ante nos dudum observarunt eruditorum multi. Jens. Vid. *Suid.* (ἐν ᾅδου) ubi observat, Atticis non infrequens esse, ut τῷ ἐν utantur pro εἰς. Apud *Aristophanem* tamen p. m. 178. (sive *ΝΕΦ.* 969.) male legit ἐν παιδοτρίβου βαδίζοντας. In nostris rectius, καθίζοντας. Solan. Etiam *Dukero* ad *Thuc.* p. 242. et *Abreschio* Dilucc. Thuc. pag. 417. scribendum videtur ἐς Οἰνέως, et revera εἰς reperitur in 2954. Nihilominus retinebam ἐν. Cogita πεπορευμένους, *qui profecti sunt, atque adeo jam versantur in eo loco, quo abierant:* et non male respondere sibi videbis ἐν τῷ οὐρανῷ et ἐν Οἰνέως. Magis offendit in Ocypode v. 105. ἦλθεν — ἐν δόμοις, de quo tamen suo loco. *Suidae* praeceptum, modo a *Solano* commemoratum, Atticos uti ἐν pro εἰς, nihil habet nec rationis, nec termini. Lehm.

Pag. 76. l. 4. Ἦν ἐν ἀρχῇ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως πρὸς αὐτὸν ἐπεδείξαντο] Quod pro postrema voce duo Parisienses exhibent ἐποιήσαντο, in eo nihil est per se, quod vituperes: χάριν enim ποιεῖσθαι aeque probum, ac χαρίζεσθαι, et utrumque fere ejusdem potestatis. Quum igitur *Belinus* ἐποιήσαντο *minus bene* dictum putat, non per se judicium hoc valere potest, sed hujus loci nostri ratione habita, cui magis convenit ἐπιδείκνυσθαι χάριν, de Aethiopibus, ostentandi caussa Jovem ceterosque Deos lautissimis duodecim dierum epulis excipientibus. Voces autem interjectas ἐν ἀρχῇ τῆς Ὁμ. π. recte odoratus est *Schmiederus* spuriae esse originis, quod vel hinc patet, ut ipse monet *Schm.*, quod in tribus Codd. Pronomen ἣν ineptissime, quandoquidem illa genuina essent, (quamquam *Belino* secus visum) post ποιήσεως demum collocatum reperitur. Verum et ab orationis forma et structura minus placent. Unde et nos ea pro suspectis notavimus. Locum *Homeri* nemo facile nesciat legi Iliad. I, 423. sq. Ceterum interpretatio Latina paullo liberior est: ita instruendam fuisse arbitror: — *si gratiam iis recordetur Jupiter, quam ipsi exhibuerunt.* Lehm.

Ead. l. 7. *Πωλοῦσι τοῖς ἀνθρώποις*) *Hesiod.* 1. Oper. *Lucian.* passim. Bourd.

Ead. l. 8. *Τὸ μὲν ὑγ. — τὸ δὲ πλ.*) *Τὸ* Ms. R. ubique hic habebat, et recte. Vorst. Lectionem hanc Ms. R. in textum recepimus: quem codicem nos sane non vidimus, sed laudatum in margine libri, quo utebatur *Vorstius*, reperimus. Solan. Hic et proxime infra ad *τὸ μὲν* respondet *τὸ δέ*. Ubi vero plurium fit enumeratio, post unum *μὲν* ter quater sequitur *δὲ*, uti h. l. et c. 14. Admonendus autem est lector, versionem Latinam compositam esse ad lectionem vulgatam *τὸν δὲ, τὸν δὲ*, nos vero *Solano* obsecundantes recepisse *τὸ δὲ, τὸ δὲ* etc. versionem tamen mutare noluisse, quia in se spectata sensum ab mente *Luciani* non adeo discrepantem exhibet. Sed forsan videbitur nonnullis stare posse vulgata, quod *ἔνι* et *ἔνεστι*, etiam quando fere pro *ἔξεστι* ponuntur, non semper habeant adjunctum dativum, sed absolute saepe ponantur, sequente accusativo, ut in fragm. *Menandri*, *Luciani* dial. adnexis. N. 8. *de vita*, *ἀμελοῦντα τοῦ ζῇν οὐκ ἔνεστ' εὐσχημονεῖν*. *Lucian.* de Parasito §. 16. *οὐκ ἔστιν εὐφραινόμενον μανθάνειν*. *Demosth.* de coron. p. 341. (quem adduxit clar. *Elsner.* ad Galat. III, 28.) *οὐκ ἔνι τοῦτον εὔνουν εἶναι τῇ πατρίδι*. *Evang. Luc.* VI, 4. *οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν, εἰ μὴ μόνους τοὺς ἱερεῖς*. Quandoquidem et Latini verbo *licet* eodem modo utuntur, sequente accusativo personae, ut *Tibull.* I, XI. 43. *Liceat — facta referre SENEM.* *Virg.* Ecl. I, 40. — *neque servitio ME exire licebat.* Et *Cic.* VI. ad fam. 21. *utinam liceat aliquando aliquo reip. statu NOS frui.* Sed frustra; nam etsi *ἔνεστι, τὸν μὲν πρίασθαι* ferri possit; tamen, quia post ter repetitum *τὸν*, in omnibus edd. quarto loco sequitur, *καὶ τὸ ἐκ τῆς Αὐλίδος — διαπλεῦσαι*, praecedens *τὸν* cum *τὸ* consistere nequibat, sed necessario mutandum erat. Reitz. Accedit haec caussa, quod, si vulgaris obtineret ratio, legendum erat: *τὸν μὲν τὸ ὑγιαίνειν — τὸν δὲ τὸ πλουτεῖν — τὸν δὲ τὸ βασιλεύειν.* Nihil certius *Solani* emendatione: *Graeviana* contra, ut vim, ita et soloecismum infert verbis. Lehm.

Ead. l. 11. *Ταύρων ἐννέα*) Od. *Γ*, pr. et 178. seq. Gesn.

Ibid. *Καὶ τὸ ἐκ τῆς Αὐλίδος*) Liquet ex praecedentibus, scribendum esse, *τὸν δὲ ἐκ τῆς Αὐλίδος εἰς Ἴλιον διαπλεῦσαι παρθένον βασιλικῆς*· non, ut legitur in editionibus, *καὶ τό*. *Hunc vero ex Aulide in Ilium navigationem virgine regia emere.* *Τὸν*, nimirum Agamemnonem, qui Iphigeniae sacrificio redemit prosperum cursum et ferentes ventos. Graev.

Ibid. *Ἐκ τῆς Αὐλίδος*) Vide *Ovid.* Metam. XII. Vorst.

Ead. l. 12. *Παρθένον βασιλικῆς*) *Iphianassae*, quam nonnulli Iphigeniam appellant, Agamemnonis filiae. Brod. Notissima *Iphigenia*, duabus tragoediis ab *Euripide* celebrata. Omnino de ea, ejusque nomine utroque, vid. *Muncker.* ad *Hygin.* XCVIII. Lehm.

Ibid. *Ὁ μὲν γὰρ ἑκατόμβη*) Rectius Ms. Angl. doctissimi *Golmani*, *ἡ μὲν γὰρ Ἑκάβη*· patet apud *Homer.* Il. 6. Bourd. Scribendum omnino ex Codice Anglicano, quod monuit *Bourdelotius*, et firmant mei libri excerpta: *ἡ μὲν γὰρ Ἑκάβη* (vulgo absurdissime *ὁ μὲν γὰρ ἑκατόμβη*) *τὸ μὴ ἁλῶναι τότε τὴν πόλιν ἐπρίατο παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς βοῶν δώδεκα καὶ πέπλου.* Res habetur apud *Homerum* Iliad. *γ*. Graev. Quemadmodum rectissime et in codice Anglicano, quem pervolvit *Bourdelotius*, et in excerptis cl. *Graevii*, pro *ὁ μὲν γὰρ ἑκατόμβη* legitur, *ἡ μὲν γὰρ Ἑκάβη*, eodem plane modo ad oram Florentini, quo usus sum, exemplaris, emendavit ignotus mihi vir ille eruditus, dubium ex ingenio, an ex inspecto saniori codice. Id nimirum ait *Noster*, Hecubam duodecim boum sacrificio captivitatem, sive expugnationem Trojae, ab Minerva redemisse. Jens. *Ἡ μὲν γὰρ Ἑκάβη* Mss. Gr. Angl. P. L. et R. et ed. *J.* optime sane. Vulgata *ὁ μ. γ. ἑκατόμβη* manifesto corrupta. Solan. Et A. 2. exhibet veram lectionem *ἡ μὲν γὰρ Ἑκάβη*, quae et in margine ab antiqua manu rescripta est exemplaris B. 1. ejus, quod ego possideo. In interpretatione horum verborum Latina, quam *Reitzius* dedit, reddideruntque *Bipontini*: *Non quidem Hecuba* etc. haud dubie pro *non* scribendum erat *nam*, tum verbis auctoris, tum re ipsa sic jubentibus. Lehm.

Ead. l. 13. *Βοῶν δώδεκα καὶ π.*) *Homer.* Il. *Z.* Brod.

Pag. 77. l. 1. *Ἀλεκτρυόνος*) Ab Aesculapio praesertim, cui moriens Socrates a sodali suo adhuc satisfacit. Gesn.

Ead. l. 7. *Σου τὸν νεὼν*) Il. *A*, 39. Brod.

Ead. l. 11. *Κατεδυςώπησεν*) Hoc est, *pudore incusso exoravit*: nam *δυςωπία* est *pudor*, quo fit, ut aegre oculos tollere audeamus. Cler.

Ead. l. 14. *Αὐτοῖς ἡμιόνοις*) Eadem rhapsodia *A*, 50. *Οὐρῆας μὲν πρῶτον* etc. Brod. *Αὐταῖς* scripsi cum *Schm*, praeeunte Codice 3011. Vid. *Fischer.* Animadvv. ad *Weller.* T. I. p. 370. sq. Lehm.

Pag. 78. l. 4. *Κυκλώπων θανάτῳ*) Apollo enim orbitatem suam in ipsum Jovem ulcisci non ausus, Cyclopas, a quibus fabricatum erat, quo Aesculapius percussus est, fulmen, interfecit. Vid. supra Diall. Deor. XIII. Solan.

Ibid. *Κρῤῥυστρακισθεὶς*) Rhetores Graeci. Interpr. *Ari-*

stoph. passim *Hesych. Suid. Pollux.* BOURD. *Hygin.* fab. 49. sed aliter *Schol. min.* ad Il. *A*, 400. GESN. *Orph.* Argonn. v. 173.

Ἄδμητος δ' ἀφίκανε Φεραιόθεν, ᾧ ποτε Παιὰν
Θητεύων ὑπόεικε, Διὸς δ' ἠλεύατο μῆνιν,
Οὕνεκά τοι Κύκλωπας ἀμαιμακέτοισιν ὀϊστοῖς
Ἐν φθιτοῖσιν ἔτευξ', Ἀσκληπιοῦ εἵνεκα λώβης.

Cf. *Schol.* ad Jov. Confut. c. 8. LEHM.

Ead. l. 5. *Χρησάμενος*) Quid si legamus *χρησόμενος*; et mox, *ὅτι δὲ καὶ ἐθήτευσε*, ut respondeat illi, quod praecessit, *ἀλλ' ὅτι καὶ καταδικασθεὶς κ. τ. λ.* GESN. Illud suppeditat Codex Gorl. et recte nos videmur restituisse, re ipsa postulante. Nam quae interpretatio Latina habebat: *sed quod judicio damnatus ob Cyclopas interfectos, testarumque suffragio de coelo in terram ejectus, humana conditione et sorte uti jussus est*, ea per sequidem non reprehendenda, textus vero verbis non satis accommodata sunt, nec esse poterant, nisi absurdi quid dicere velles auctorem. Sed mutavimus ea secundum veriorem lectionem. Alia res est Diall. Marr. IX, 1. ubi *χαρισαμένους Schmiederus* temere mutavit in *χαρισομένους*. Quod autem ad alteram *Gesneri* conjecturam attinet, ea jam non opus est, quum in duobus Codd. legatur *ὅτε δὴ*, quod unice rectum est, atque etiam *Schmiedero* jam receptum, et *Jo. Seagero* probatum. Vid. Varr. Lectt. Scilicet *δὴ* a *Luciano* saepe post voces relativas poni, ubi antecedens enuntiatio per species declaretur vel exponatur, ut mox *ὑφ' ὧν δὴ* etc. nulli ejus lectorum ignotum est. LEHM.

Ead. l. 8. *Ἀμφότεροι πλινθεύοντες*) Haec *M. Felix* Oct. *Serv.* ad *Virgil.* BOURD. Il. *Φ*, 442. seq. GESN.

Ead. l. 10. *Παρὰ τοῦ Φρυγὸς*) A Laomedonte. Il. *Φ*. BROD. Deinceps *προσῶφλεν* mutandum censuit *Belinus*, et vere mutavit *Schmiederus*, praeeuntibus tribus Codd., qui *προσώφειλεν* exhibent; recte factum, siquidem Grammaticorum praecepta audias, qui consentientes hoc inter *ὄφλειν* et *ὀφείλειν* discrimen statuunt, quod hoc sit omnino *debere* aliquid facere, *obligatum esse* ad aliquid faciendum, illud vero *sententia aliqua judiciali lata mulctae cujuscunque damnatum esse.* Sic *Eustath.* ad Odyss. *Ξ*. p. 531. *ὄφλει μέν τις ἐπὶ δίκῃ, ὀφείλει δὲ, ὡς ἡ κοινὴ λέγει συνήθεια. Ammon. ὄφλει μὲν γάρ τις ἐπὶ καταδίκῃ, ὀφείλει δέ τις, ὡς ἡμεῖς ἐκδεχόμεθα. Timaeus* Lex. Platon. *ὄφλειν, ἡττᾶσθαι ἐπὶ δικαστηρίῳ.* Iisdem verbis utitur *Suidas* s. *ὄφλειν*, et similibus alii Grammatici. Atqui quod Laomedon his Diis operariis debebat, non erat mulcta

de tribunali ei adjudicata, sed merces pacta in annum, *Homer.* Il. v. 444. Ergo non convenit in h. l. ὄφλειν, sed ὀφείλειν, e Grammaticorum, inquam, verbis si res judicetur. At non verba, sed sententia, praecepti consideranda. Utrasque notiones, quas separavit Grammaticorum subtilitas, conjunxit usus haud raro, ut tenenda sit ejus, quod justum est, cogitatio, et ὄφλειν omnino reddendum: *solvere debere* ex jure quocunque. Hinc illa verborum ὄφλειν et ὀφείλειν permutatio, cujus certa reperiuntur documenta, ut ὄφλειν γέλωτα ap. *Euripidem* aliquoties, e. c. Med. v. 404. et 1049. (ὄφλειν in exitu Jambici senarii) Apud ipsum nostrum ὄφλημα dictum pro ὀφείλημα Diall. Mortt. IV, 2. Quid igitur impedit, quo minus et h. l. προςόφλειν *Lucianus* dixisse credatur ea potestate, quam propriam verbo προςοφείλειν volunt Grammaticae doctores? praesertim quum, unde προςῶφλεν, nisi ab ipso auctore, profectum sit, difficulter, contra, unde προςώφειλεν originem duxerit, clarissime intelligi possit. Lehm.

Ead. l. 13. Καὶ πολὺ τούτων ἱερώτερα] Quod *Jacobsius* alicubi vult μιαρώτερα, nihil est, nisi lusus ingenii. Quippe non sensit Vir lectissimus tenorem hujus loci ironicum, per quem οἱ σοφοὶ (ποιηταὶ) dicuntur non solum ea, quae modo enumerabantur, σεμνολογεῖν περὶ τῶν θεῶν, sed etiam alia πολὺ τούτων ἱερώτερα (scilicet!). Qui quaeso huc congruat μιαρώτερα; Similem in modum *Noster* infra cap. 14. Ταῦτα μὲν ἴσως μέτρια — — ἢν δ' ἐς τὴν Αἴγυπτον ἔλθῃς, τότε δὴ τότε ὄψει πολλὰ τὰ σεμνὰ, καὶ ὡς ἀληθῶς ἄξια τοῦ οὐρανοῦ. Lehm.

Pag. 78. l. 4. Ἐν αὐτῷ) Quid hoc sit, aperiant alii. *Lucianum* non agnosco. Scripserat ἐπ' αὐτῷ, ut cap. ultimo, aut aliud quid; certe non hoc. Solan. His quid sibi velit *Solanus*, equidem non video, praesertim quum illud ἐπ' αὐτῷ in cap. ultimo invenire non potuerim. Videtur eum usus praepositionis ἐν offendisse, cum verbo βασιλεύειν junctae. Verum consulto hanc ipsam viam ingressus est auctor, ut ambiguitatem dicendi vitaret, quae exstitura fuisset, si ἐπ' αὐτῷ, vel αὐτοῦ dixisset, quoniam sic de persona Urani necessario cogitandum erat. Neque soloecum videri potest βασιλεύειν ἔν τινι χώρᾳ, quum constet βασιλεύειν ἐν Πέρσαις, et similia. Ceterum h. l. a persona Coeli ad locum coeli repentinum fieri eumque paullo audaciorem saltum, haud equidem diffiteor: neque tamen auctor sim, ut haec quantacunque labecula vel tollatur, vel arte aliqua poliatur. Ferebat tales μεταβάσεις, quod inter Graecos plurimum valebat, prosopo-

poeiarum studium, nec raro in ejus generis incidas exempla, siquidem in talia attendas. Nunc mihi succurrit e Somnio *Nostri* initium declamationis Artis Statuariae c. 7. *Ἐγὼ, φίλε παῖ, Ἑρμογλυφικὴ τέχνη εἰμὶ, ἣν χθὲς ἤρξω μανθάνειν*, ubi *μανθάνειν*, si severe judices, minus ad personam, quae loquitur, quam ad artem, de qua loquitur, accommodari mente potest. Cf. Prom. in Verbb. c. 6. init., imprimis Judicium Vocalium compluribus locis. Lehm.

Ead. l. 6. *Ζεὺς κλαπεὶς*) *Orpheus*, *Homer. Callim.* Hymno in Jovem. Doctores sacri, *Tertull. Cypr. M. Felix.* Bourd.

Ead. l. 8. *Ὁ πρότερον*) Mutandum putaram. V. Ver. Hist. II. c. 9. Sed et sic stare potest. Solan. In Ver. Hist. l. c. legitur *Κῦρον, τὸν πρότερον*, quod utrum Adjectivum sit, an Adverbium, ex ipsis his verbis non potest dispici, neque adeo quidquam in locum, qui nunc agitur, probari. Variant veteres in distinguendo majore Cyro a minore. *Xenoph.* Anab. I, 9, 1. dicitur *Κῦρος ὁ ἀρχαῖος*, *Thucyd.* p. 9. 13. *ὁ Περσῶν πρῶτος βασιλεύων*, *Pausan.* VIII, 43. *ὁ πρεσβύτερος*, apud *Nostrum* Macrob. c. 14. *ὁ παλαιός*. Jam etsi in Ver. Hist. *τὸν πρότερον* probabilius pro Adjectivo habetur, ideo tamen h. l. *ὁ πρότερον* damnari noluerim. Lehm.

Ead. l. 10. *Ἔγημε δὲ*) Quos auctores secutus sit, nescire me fateor. *Scholiastes* certe Latonam harum uxorum priorum unam facit. *Schol.* ad Jov. Conf. c. 17. Solan. Largus est *Hesiodus* in enumerandis prioribus Jovis uxoribus Theogon. v. 886. sq. Recenset deinceps Metin, Themin, Eurynomen, Cererem, Mnemosynen, Latonam, postremam denique Junonem. Lehm.

Ead. l. 11. *Κατὰ τοὺς Π. — νόμους*) Paulo aliter rem vulgo narrant. Consulti juris apud Persas antistites, liceretne regi sororem uxoris loco habere, responderunt, vetari hoc quidem legibus; sed esse legem, qua regi, quicquid vult, licet. *Muretus* (Var. Lect. VII, 1.) adversus *Aemil. Probum*, idem apud Graecos licuisse, orationem *Andocidis* adversus Alcibiadem adducit, in qua narratur, Cimonem eo nomine exsulasse, quod sororem duxisset uxorem. Sed in vulgatis *Andocidis* codicibus pro *Cimone* legitur *Conon*, quod v. cl. emendavit. Solan. Cimonis exemplum etiam *Corn. Nepos* affert in Cim. c. 1. ubi addit *licere Atheniensibus, eodem patre natas uxores ducere*; de quo Atheniensium more idem scriptor jam in Praefat. §. 4. locutus fuerat. Lehm.

Ibid. *Περσῶν νόμους*) Etiam cum matribus: *Catull. M. Felix.* Bourd.

Pag. 80. l. 6. Ὑπηνέμιον) Quae dicantur *hypenemia ova*, alio in loco retuli. Brod. Quasi vento gravida facta fuisset, quod fabulantur de equabus Hispanicis. Nam ὑπηνέμιος est ὑπὸ τοῦ ἀνέμου. *Plinius* id mendacium serio nobis obtrudit H. N. VIII, 42. post alios. Atqui tam verum hoc erat, quam verum fuit, Junonem, mulierem Thessalam, sine viri concubitu peperisse. Cler. In Somn. s. Gall. c. 12. divitiae somniatae, simulatque expergefactus sit, ὑπηνέμια dicuntur φέρεσθαι, *tanquam ventis tradi ferendae et dissipandae*. Rectius enim *Suidas* ὑπηνέμιον explicat τὸ ὑπὸ τὸν ἄνεμον, quam *Clericus* τὸ ὑπὸ τοῦ ἀνέμου. Vanitatis et levitatis notio translata ad ova, quorum et *Suidas* mentionem injicit, et ad alios foetus, quos Socrates ap. *Platon.* Theaet. p. 150. sq. Steph. nunc εἴδωλα, nunc ψευδῆ, nunc etiam ἀνεμιαῖα, vocat, opponens τοῖς ἀληθινοῖς, τοῖς ἀληθέσι, τοῖς γονίμοις. De equabus vento gravidis locus insignis *Virgil.* Georg. III, 271. sq. ubi plura *Heynius*. Sine marito a Junone conceptum Vulcanum non agnovit *Homerus*, innuit tamen *Hesiodus* Theog. v. 927. et clarius posteriores pronuntiant. *Noster* non sine magna acerbitate Jovem ad Junonem τὸν σὸν υἱὸν dicere jubet, quo significetur Vulcanus, Junonis sine patre filius, Diall. Deor. V, 4. Lehm.

Ead. l. 8. Βάναυσον etc.) Dicitur Juno peperisse Vulcanum βάναυσον, καὶ χαλκέα, καὶ πυρίτην. Vertit interpres, *fornacarium, et fabrum aerarium, et ignipotentem*: βάναυσος est *arte sordida* seu *sellularia quaestum faciens*; sed πυρίτην Graecis esse *ignipotentem*, qui circa ignem versatur, mihi persuaderi non potest: πυρίτην lapidem et gemmam quis ignorat? πυρίτης ἄρτος dixit *Phrynichus* apud *Pollucem*. In Ms. est πυρητήν· sed hujus vocis exemplum quaero. Forte scripsit *Lucianus* πυρωτὴν, *qui igne utitur in flando, et coquendo aere*, a πυρόω. Habes hanc vocem in hac notione apud scriptorem libri Esdrae. Graev. De voce βάναυσος vid. T. I. p. 169. Vulcanum iisdem nominibus ipse matris maritus deridet Diall. Deor. V, 4. qui locus omnino cum hoc conferendus, nec non Jov. Confut. c. 8. Prope ridiculus est *Belinus*, qui, criminandi pruritu abreptus, vocis καμινευτὴς interpretationem Latinam: *qui camino adstet tota vita*, utpote minus fidelem, reprehendens, ipse vertat, *comme un ramonneur, tanquam caminorum purgator*. Lehm.

Ibid. Πυρίτην) Ed. J. πυρευτήν. viderint alii, an commodius. G. et P. πυρητήν. L. πυριήτην, vel πυροιτήν. Solan.

Ead. l. 9. Τὸ πᾶν) *Prorsus*. Brod.

Ead. l. 11. *Ἐῤῥίφθη*) Ita ediderunt *B.* 2. et *Par.* quod in reliquis omnibus scriptum est *ἐῤῥίφη*. Solan.

Pag. 81. l. 1. *Ἀστυάναξ*) Hectoris filius, quem Ulysses, ne quis superesset, qui excidium Trojae ulcisci posset, de turri praecipitavit. Vorst. Scamandrium a patre, Astyanacta vulgo, dictum puerum (*Homer.* Il. VI, 402.) Ulysse auctore e communi Graecorum decreto de turri praecipitatum esse, ne superesset, qui restitueret regnum Trojanum, canit *Euripides* Troadd. v. 720. sq. imprimis Actu V. Cf. *Ovid.* Met. XIII, 415. et *Hygin.* Fab. CIX. Lehm.

Ead. l. 6. *Οὗτος μὲν*) Aut aliter legendum fuit, aut cum *B.* 2. et *Par.* nova sententia inchoanda. Solan.

Ead. l. 10. *Μηκέτι χρήσιμον*) *Sed eviratum.* Brod. Virilia enim ipse sibi absciderat; unde postea Cybeles sacerdotibus mos iste. V. *Lact.* I, 17. qui paullo aliter rem narrat. Solan. Cf. Diall. Deor. XII. ibique Adnott. T. II. p. 321. Lehm.

Pag. 82. l. 3. *Χαλκοῦς ἐστι*) Iliad. A. 426. *Διὸς ποτὲ χαλκοβατὲς δῶ.* Graev. Haec verba usque ad *ἠκούσαμεν*, ab interprete Latino omissa, supplevi. In sequentibus autem vertendis lapsus est *Wielandius*, dorsum intelligens ejus, qui contemplatur, et reddens: oder lieber gar auf dem Rücken liegend. At coeli dorsum intelligendum, i. e. *convexum*, ut recte Latinus interpres. Contra *τὰ ἔξω* modo significabant *concavum*. Lehm.

Ead. l. 7. *Χρυσοῦν τὸ δάπεδον*) *Homer.* Iliad. *Δ.* 2. *Χρυσῷ ἐν δαπέδῳ.* Brod.

Ead. l. 8. *Πυλωροῦσι*) *Homer.* Il. *E.* 749. *Θ.* 393. *Αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ, ἃς ἔχον Ὧραι, Τῇς ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανὸς, Οὔλυμπός τε.* Brod. Janum simul cum Horis janitorem coeli facit *Ovid.* Fast. I, 125. Lehm.

Pag. 83. l. *Οἱ δὲ θεοὶ παρ᾽ Ζηνὶ καθήμενοι*) *Homer.* Il. *Δ.* 1. Brod. Passim in *Homero*: ut et illa *ἑλισσομένη περὶ καπνῷ.* Quae rursum repetit in Icarom. Bourd.

Ead. l. 5. *Ἑλισσομένην*) *Κνίσση δ᾽ οὐρανὸν ἷκεν ἑλισσομένη περὶ καπνῷ*, Il. *A.* 317. Brod.

Ead. l. 6. *Ἐπικεχηνότες τῷ καπνῷ*) *Horat.* Sat. 2, 7, 38. *Nasum nidore supinor.* Vid. *Arnob.* p. 212. qui classicus prope locus, ubi *cuissas* etiam appellat. Gesn.

Ead. l. 8. *Ὥςπερ αἱ μυῖαι*) Idem Muscae encom. *Athen.* lib. 1. *Aristoph.* Bourd.

Ead. l. 9. *Συνέπινον αὐτοῖς*) *Pausan.* in Arcad. *Οἱ γὰρ δὴ τότε ἄνθρωποι ξένοι καὶ ὁμοτράπεζοι θεοῖς ἦσαν ὑπὸ δικαιοσύνης καὶ εὐσεβείας.* Brod.

Ead. l. 11. *Δάλοι*) V. *Eurip.* Or. 8. Solan. Cf. Diall. Deor. VI. Lehm.

Ead. l. 12. *Ἀπόῤῥητος*) Forsan ἀπόρευτος vel ἄπορος, ut de Dipsadd. cap. 2. Solan. Frustra tentat *Solanus* probam vocem et vere Lucianeam, quamquam minus frequenter de locis, quae adire vel intrare non licet, usurpatam. Omnino autem ἀπόῤῥητα sunt, quaecunque prohibita sunt et vetita, interpositis gravibus minis. *Noster* utitur fere de rebus sacris, quas nefas sit profanas reddere, ut de arcanis, quae effutire non licet, Prom. s. Caucas. extr. Anach. c. 38. Pisc. c. 33. cf. Necyom. c. 2. 8. Philopatr. c. 14. nec non de cibis, quos sumere interdictum, Somn. s. Gall. c. 5 de Mort. Peregr. c. 16. Jam quaeso quem offenderit locus ἀπόῤῥητος, i. e. sacrosanctus, atque adeo οὐρανὸς ἀπόῤῥητος, i. e. cujus limen adire, vel transire, nefas habetur? Accedit, quod in eo quidem loco, quem *Solanus* affert, Dipss. c. 2. δύσβατος καὶ ἄπορος bene jungi poterant, minus tamen recte in hoc nostro ἄβατος καὶ ἄπορος. Lehm.

Ead. l. 15. *Ὕλας*) *Silvas ac saltus*: ὀργάδας vocant. Brod. Vulgare nomen τέμενος, *lucus*, qualis commemoratus Veneris in Amorr. c. 12. et 27. Lehm.

Ibid. *Ἀπετέμοντο*) Ad verbum *resecuerunt*, ἀπετέμοντο, nimirum id ipsum est sacrare, ab usu promiscuo separare. Gesn.

Ibid. *Ὄρη ἀνέθεσαν*) Res ex omnis generis scriptoribus notissima, praecipue tamen poëtis. Vide, si lubet, *Philostrati* interpretem 53. a. 5. Solan.

Ibid. *Ὄρνεα*) Nam *pica* Baccho sacra est, Jovi *aquila*, Minervae *noctua*. Brod.

Pag. 84. l. 1. *Τὰ φυτὰ*) *Olea* Minervae, *vitis* Baccho, Jovi *quercus*. Brod.

Ead. l. 2. *Νειμάμενοι*) *Οἱ ἄνθρωποι*. Brod.

Ead. l. 3. *Ὁ μὲν Δελφὸς*) Caecil. in *M. Fel.* qui tangit caetera hujus tractatus, quae quidem etiam sunt in Dialog. Deor. Bourd.

Ead. l. 5. *Ἥραν*) Vid. Il. *Δ*, 8. it. 51. seq. praesertim *Spanh.* ad *Callim.* p. 372. seq. Gesn.

Ibid. *Ἄργος*) Scribe *Ἀργεῖος*, ut in Angl. Cod. Bourd. *Ἀργεῖος* P. L. et A. alii *Ἄργος*. Solan.

Ibid. *Μυγδόνιος*) Hic pro Phrygio: poëtarum enim θεολογούμενα cum tractet, poetica etiam ratione utitur. *Pausanias* p. 344, 5. Wech. de Mygdone agens Coroebi patre, καὶ ἀπ' αὐτοῦ, inquit, φρὺξ τίθεσθαι καθέστηκεν. Vid. *Horat.* Ode 2, 12, 22. 3, 16, 41. *Stat.* Theb. 2, 134. Gesn.

Ead. l. 8. *Τάφον αὐτοῦ δεικνύουσι*) Vide *Callimachi* Hymn.

in Jov. ejusque interpretes. Cler. Vid. supra Tim. c. 4. infra Jov. Trag. c. 45. et *Ez. Spanh.* ad *Callim.* p. 6. Solan.

Ead. l. 10. *Πάλαι τεθνεώς*] Reddendum erat: *dudum mortuus*, non *olim*, ut placuerat interpreti Latino. De qua vocis *πάλαι* potestate monuimus T. I. p. 483. Lehm.

Pag. 85. l. 2. *Γενειήτην τὸν Δία*) Haec omnia ex *Homero* mutuati videntur recentiores eo pictores et statuarii; nisi forte et ipse antiquioribus artificibus descriptiones Deorum acceptas tulerit. Cler.

Ibid. *Παῖδα*) Idem voluit, quod *Callimachus*, cum (Hymn. in Apoll. v. 36.) ἀεὶ καλὸς καὶ ἀεὶ νέος canit. qualem nempe in antiquis nummis et monumentis passim conspici ait vir harum, et omnium bonarum artium, indagator sagax *Ez. Spanhem.* quem vide. Solan.

Ead. l. 3. *Ὑπηνήτην*) Hic anonymus eruditus Florentino suo libro ad vocem ὑπηνήτην adscripsit, se conjicere legendum πτηνόν. Recte quidem, quod pro peculiari γνωρίσματι alas Mercurio vult tribui: putem tamen sanissimam esse lectionem vulgatam. Quamvis autem Mercurius proprie non barbatus occurrat, satis tamen commode appellatur ὑπηνήτης, hoc est, florens aetate, ἐν ἦρι τῆς ὥρας, ut vocabulum hoc exponit *Pollux*. Imo cum ὑπηνήτης proprie notet, quemadmodum interpretatur *Hesychius*, τὸν ἀπαρχὴν ἔχοντα τῆς γενειάδος, apprime convenit Mercurio, semper juveni, id epitheton; quodque ei non *Lucianus* modo, sed et *Homerus* tribuit, ubi Il. Ω. v. 348. eum similem facit juveni

> Πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη,
> *cui sunt flaventes prima lanugine malae.*

Caeterum ex hoc versu Homerico omnino apud *Aelianum*, (ubi lib. X. Ποικιλ. c. 18. legitur, ἠράσθη αὐτοῦ [Δάφνιδος] νύμφη μία, καὶ ὡμίλησε καλῷ ὄντι καὶ νέῳ, καὶ πρώτῳ ὑπηνήτῃ) emendandum censeo πρῶτον ὑπηνήτῃ· abunde enim liquet, politissimum scriptorem expressisse hoc ex illo, quem adduximus, *Homeri* loco. Non mihi latet, quod ad haec *Aeliani* attulerunt eruditi; sed iis nostram hanc ego sententiam arbitrandam permitto. Jens. Iis, quos cl. *Jensius* attulit, addatur *Philostrat.* de imaginibus, ἐν ἁπαλῇ τῇ ὑπήνῃ. in πανθ. p. 825. Lanuginem autem designat. Vid. Il. Ω. 348. et Od. Κ. 279. Solan.

Ead. l. 5. *Ἐλέφαντα*) Eburnea enim erat statua Jovis Olympici, ad quam hic respicit. v. Quom. Hist. Conscr. c. 51. Solan. Adi ipsam ejus descriptionem satis accuratam apud *Pausan.* V, 11. Lehm.

Ead. l. 7. *Τὸν Κρόνου καὶ Ῥέας*) Ethnici nimirum passim de statuis Deorum loquuntur, quasi essent ipsi Dii. Vide, quae notavimus in Criticae P. 2. S. 1. c. 15. Cler.

Ead. l. 8. *Πισαίων ἐρημίαν*) Confecto Olympico certamine. Brod.

Ead. l. 9. *Διὰ πέντε*) Ne cui fraudi sit illud *ὅλων*, notanda hujus locutionis natura, quae Graecis inprimis familiaris, ut videre est in *διὰ πέντε*, *διὰ τεσσάρων*, quae Musici norunt ita computari, ut graduum numerus unitate multari debeat. Sic etiam apud Medicos fieri notum, cum de febribus loquuntur. Sic denique apud Arithmeticos, Chronologos, et quos non? *διὰ πέντε* ergo est, *quinto quoque;* atque adeo spatium intermedium *quatuor*. Eadem phrasi et de re eadem utitur iterum in Icarom. c. 24. Vide apud *Lucianum* ipsum quatuor annorum determinatum illud spatium in De Mort. Peregr. c. 20. Haec in tironum gratiam fusius enarranda duximus: nam apud eruditos de his abunde constat. Solan.

Ead. l. 10. *Προῤῥήσεις καὶ περιῤῥαντήρια*) De his vocibus copiose alibi. Bourd. *Προῤῥήσεις*) Non satis apte haec vox voci *θέμενοι* jungi videtur. Formularum ad eam rem particulas exhibet noster in Alex. c. 38. et Demonact. Vit. c. 34. Consule *Meursii* Eleusin, et emenda *Philostratum* vit. Apollon. p. 155. ubi perperam legitur *μετὰ πρόσρησιν*, pro *μετὰ πρόῤῥησιν*· quod diligentissimo editori fraudi esse nolim. Quis enim in tanto opere nusquam dormitet? Solan. *Προῤῥήσεις καὶ περιῤῥαντήρια*) Accipio illud, quod deinde *Programma* vocat, scripturam in edito propositam, qua arceantur profani, *ἑκὰς*, *ἑκὰς* etc. Gesn.

Ead. l. 11. *Βοῦν ἀροτῆρα*) De quo *Hesiod.* lib. 2. Op. Nefas autem fuit, et capital lege Attica bovem aratorem necare vel mactare. *Varr.* c. 5. lib. 2. de re Rust. dico ad *Pausan.* Bourd.

Ead. l. 13. *Φιλήσας — δεξιὰν*) Germanus hic *adorandi* ritus, quem hic post alios fusius prosequi non lubet. V. De Saltat. c. 17. *Apul.* Miles. IV. et in Apol. et *Salmasium*. Solan. Cf. etiam Amorr. c. 13. qui locus simul tuetur lectionem nostri, *αὐτοῦ*, pro qua maluit *Belinus* *αὑτοῦ*, vel *ἑαυτοῦ*, uti vere habent duo codd. Pariss. Lehm.

Ead. l. 15. *Τὸ ζῶον*) *Quam immolavit, victimam.* Brod.

Pag. 86. l. 1. *Ἐντελὲς*) Consule *Outramum* p. 102. *Athen.* 674. F. *Ἀριστοτέλης δ᾽ ἐν τῷ Συμποσίῳ φησὶν, ὅτι οὐδὲν κολοβὸν προσφέρομεν πρὸς τοὺς θεοὺς, ἀλλὰ τέλεια καὶ ὅλα· τὸ δὲ πλῆρες τέλειόν ἐστι· τὸ δὲ στέφειν, πλήρωσίν τινα σημαίνει.* Solan. Certe *στέφειν* pro implere etiam *Hom.* Il. *Α*, 470.

Κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο·
quo illustratur *Virg.* 2. G. 528.
— *et socii cratera coronant:*
quem alii de crateribus corona foliorum circumdatis, minus apte, intellexerunt. Sic *Athen.* I. cap. 11. *Ἐπιστέφονται δὲ ποτοῖο οἱ κρατῆρες, ἤτοι ὑπερχειλεῖς οἱ κρατῆρες ποιοῦνται, ὥςτε διὰ τοῦ ποθοῦ,* (leg. *ποτοῦ* cum clar. *S. Clarke* ad *Hom.* l. c.) quod in transitu monitum sit, licet ad *Lucian.* non adeo pertineat. Reitz.

Ead. l. 4. *Ἡμίφωνον*) Vox mihi suspecta. Solan. Quid si igitur *εὔφωνον*, vel potius *ἡδύφωνον*; Reitz. Quia suspecta vox *ἡμίφωνον*, tentabam *ἡδύφωνον*· jam velim *ὁμόφωνον*, ut Gall. c. 2. quod optime respondet praemisso *εὐφημοῦν*. Sic *ὁμοφωνία*, de Salt. c. 68. f. ita et hic jam congruum diceret concentum lamentationi victimae. Nondum tamen mihi applaudo, quia posset regeri, *ἡμίφωνον* melius convenire bestiae morienti, et *τὸ ἐπαυλοῦν* esse ipsum animal, non *tibias inflatas*, licet ad has tacite comparetur. Doctiores igitur viderint. Idem *in Addendis*. In errorem seduxit *Reitzium* suspicio *Solani*. Locus est et sanissimus, ut medelam desideret nullam, et satis quoque perspicuus; modo teneas, *ἐπαυλοῦν* non minus, quam *μυκώμενον* et *εὐφημοῦν*, ad Objectum pertinere *τὸ ζῶον*, et *ἐπαυλεῖν ἡμίφωνον* ad normam Grammaticam eodem modo dici, quo *μυκᾶσθαι γοερόν*. Jam constat verba cum *ἐπὶ* composita, et Dativo juncta, si sonum qualemcunque significant, denotare, *sonos suos concentus instar intermiscere* iis, quae Dativus indicat, qualiacunque demum sint. Sic *ἐπᾴδειν* dicitur Diall. Mortt. II, 2. sic *ἐπιβομβεῖν* et *ἐπικτυπεῖν* Diall. Deor. XII, 1. (ubi tamen addita *τῷ τυμπάνῳ* et *τῷ κυμβάλῳ* Ablativi sunt instrumentales, non hi, quos modo dicebam, Dativi.) sic *ἐπικράζειν*, *ἐπικροτεῖν* (Char. c. 8.) *ἐπιστενάζειν*, *ἐπιδακρύειν*, *ἐπιγελᾶν*, et ejus generis alia. Nunc *ἡμίφωνον* dicitur hostia *ἐπαυλεῖν τῇ θυσίᾳ*, i. e. *dimidiata voce* (leniori jam ac tenuiori paullatim, quum antea majori mugiisset) *tibiae instar accinere rei sacrae*, donec omnino vox omnis cum anima simul deficiat. Qua immolationis descriptione quid vividius, quidve simul salsius, esse possit, ubi addit statim auctor, his vagitibus, et illis mugitibus, jam non posse non quam maxime delectari numina divina. Contra quae *Reitzio* placuerunt, *εὔφωνον*, *ἡδύφωνον*, et *ὁμόφωνον* quoque ipsum, quam jejuna ista, quam aliena ab omni loci indole! Omnino hoc etiam *Wielandii* est judicium, et multo ante eum *Jo. Phil. Pfeifferi* in Antiquitt.

Graecc. Lib. I. cap. 23. qui hunc locum ita reddidit: *Deinde ad aram applicant* (pecudem), *ac sub oculis Dei jugulant, flebile quiddam emugientem, beneque (sicut licet conjicere) ominatam; denique voce jam leniore ad sacri tibias respondentem.* His ultimis nempe respicitur tibiarum usus in sacris, de quo idem *Pfeifferus* L. I. c. 33. aliique alibi. *Belinus* contra longissime aberravit, ubi vertit: et ils accompagnent de leurs flûtes ses mugissemens douloureux, qui sont, comme de raison, d'un favorable augure. Lehm.

Ead. l. 5. *Πρόγραμμα*) Vid. *Orig.* c. Cels. 147, 1. Solan.

Ead. l. 6. *Μὴ καθαρὸς τὰς χεῖρας*) *Qui hominem necaverit, sacrilegium perpetravit.* Brod.

Ead. l. 8. *Ὁ Κύκλωψ*) Homericus Polyphemus Od. *K*. Brod.

Ead. l. 9. *Τῷ βωμῷ π.*) Qui mos non gentium solum, sed et Hebraeorum, Dei jussu; Lev. VII, 2. Solan.

Ead. l. 13. *Διασκίδναται*) *Homerica* dictio, ut et versus sequens, qui lib. 5. Bourd.

Ead. l. 14. *Σκύθης*) Res est ex omni genere scriptorum notissima. Tangit iterum Jov. Trag. Solan. Cf. Diall. Deor. XVI, 1. Lehm.

Ead. l. 15. *Τῇ Ἀρτέμιδι*) *Dianae Scythicae.* Brod.

Pag. 87. l. 4. *Κριοπρόσωπον*) Horum omnium imagines in *Pignorii* mensa Isiaca, quibus hae res cordi sunt, videant. Eadem propemodum habent et *Orig.* c. Cels. 121, 1. et *Clem. Alex.* 16. C. Vid. *Philostr.* p. 257. Notus, inquit ibi interpres, *Hircus Mendesius* Panis symbolum. Solan. *Κυνοπρόσωπος Ἑρμῆς*, Aegyptiis *Anubis* dictus, Isidi praesto est Diall. Marr. VII. extr. Lehm.

Ead. l. 6. *Κροκόδειλον*) Colebant enim Aegyptii *crocodilum.* V. *Stephanum Byz.* in *Διοςπόλις*, et *Clem. Alex.* στρωμ. V. *Cyprian.* etiam ad Demetrian. et *Tertull.* adv. Marc. II, 14. quos laudat *Spanh.* 176. Non ab omnibus Aegyptiis tamen cultum docet *Juv.* XV, 2.

Qualia demens
Aegyptus portenta colat? CROCODILON adorat
Pars haec: illa pavet saturam serpentibus IBIN.

et v. 35. alii itidem Aegyptii odio eosdem crocodilos summo prosequi dicuntur. Quorum populorum nomina illic exhibet vir illustrissimus. Solan.

Ead. l. 8. *Δαήμεναι* etc.) *Homer.* Il. *Φ*, 487. *Εἰ δ' ἐθέλοις πολέμοιο δαήμεναι ὄφρα εὖ εἰδῇς.* Brod. Iliad. *Z*, 150. Gesn.

Ead. l. 10. *Ἐξυρημένων*) Sic de Dea Syr. Bourd. Solemne hoc in Aegyptiorum plerisque sacris. v. seqq. Solan.

Pag. 88. l. 1. *Θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι*) Hoc in sacris praefari moris erat sacerdotibus: unde *Virgil. procul o, procul este profani. Callim.* H. in Apoll. *ἑκὰς, ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός.* Brod. Male Angl. *βεβήλοις. Callim.* alii. *Καρδιουλκεῖν*, et caetera hujus tractatus alibi exposui. Bourd. *Fores occlude, profane.* Sic vertunt. Num Profani occludebant fores? Ejiciebantur voce praeconis, *ἑκὰς, ἑκάς ἐστε βέβηλοι·* legendum ex Anglicano Codice, *θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις, fores occludite profanis,* hoc est, a foribus removete, nec admittatis profanos. Non nego tamen, apud alios quoque scriptores legi *βέβηλοι*, qui hunc versum laudant, ut apud *Sextum Empiricum.* Graev. Formulam hanc qui itidem allegant Patres non pauci, *Orpheo* assignant auctori. Sed apud plerosque et *Suidam* aliter, et ex doctorum sententia rectius, *ἀείσω συνετοῖσι Θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις, Πᾶσιν ὅμως,* (uti et hic Angl. eod.) quanquam et multi libri habent *βέβηλοι* et *πάντες* (v. Not. *G. Worth* ad Tatianum p. 34. et *Clem. Alex.* 28. B.) Sed emendare viri docti jubent. Vid. et Chil. *Erasmi, Stob.* s. v. p. 59. et *Grot.* flor. spars. 143. A. 161. A. qui testatur se reperisse *βέβηλοι*, quod contra sensum esse pronuntiat. Pythagorae ab eo tribuitur. *Ez. Spanhemius*, vir multis de causis nobilissimus, de emendatione primus addubitare visus est, in suis ad *Callimachum* eruditissimis observationibus p. 49. allato *Galeni* loco, cui emendatio non satis convenit. Hunc locum, quia insignis in hanc rem est, describere hic non pigebit. Exstat autem de usu part. XII, 6. *ὥσπερ οὖν ΤΟΙΣ ὨΣΙΝ ἘΠΙΘΕΣΘΑΙ ΘΥΡΑΣ ΤΟΥΣ ΒΕΒΗΛΟΥΣ κελεύουσιν ἐν τοῖς μυστικοῖς λόγοις, οὕτω κἀγὼ νῦν οὐκ ἀνθρωπίνοις νομοτεθήμασιν, ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς ἀληθεστάτων τέλων μυστηρίοις θύρας ἐπιθέσθαι κελεύω ΤΟΙΣ ὨΣΙ ΤΟΥΣ ἀποδεικτικῆς μεθόδου βεβήλους. Uti igitur in sermonibus mysticis imperant PROFANIS, ut sibi AURES OBSTRUANT, ita et ego nunc, non humanis legibus, sed verissimis mysteriis initians, eis denuntio, UT SIBI AURES OBSTRUANT.* De emendatione cum ipse vir ampliss. tum *Galeni* commentator eruditus *Caspar. Hofmannus*, quem laudat, ne laborent, adducam simillimum huic ex *Platone*, a me, antequam haec vidissem, observatum locum, qui exstat in Conv. p. 334. C. *οἱ δὲ οἰκέται καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἀγροῖκος, ΠΥΛΑΣ ΠΑΝΥ ΜΕΓΑΛΑΣ ΤΟΙΣ ὨΣΙΝ ἘΠΙΘΕΣΘΕ. Famuli autem. et si quis alius adsit PROFANUS et agrestis, AURES SIBI JANUIS QUASI MAGNIS CLAUSAS OBSTRUANT.*

Quibus lectis, si quis adhuc scripturam, quam sequimur, sollicitare velit, rationes libenter audiam. Eurip. *Ἱππ.* 882.

> *Τόδε μὲν οὐκέτι στόματος ἐν πύλαις*
> *Καθέξω δυςεκπέρατον.*

Theogn. 421.

> *Πολλοῖς ἀνθρώποις γλώσσῃ θύραι οὐκ ἐπίκεινται*
> *Ἁρμόδιαι.*

De aliis formulis v. *Callim.* l. c. *Lampr.* in Alexand. Sev. et *Meurs.* Solan. Inclamari hac formula profanos ipsos, non, ut *Graevius* vult, praecones vel janitores sacros, vel Medium *ἐπίθεσθε* docet: *opponite, obstruite vobis* (h. e. auribus vestris) *januas,* i. e. occludite aures quasi januis, quo minus, quae hic agantur, audiatis: docent vero idem etiam clarissime *Galeni* et *Platonis,* quae *Solanus* huc contulit, loca, in quibus *τοῖς ὠσὶν* explicationis loco addiderunt auctores ipsi: Ergo salvus maneat Vocativus *βέβηλοι.* Dativus ab iis profectus, qui pariter, ac *Graevius, θύρας* proprie capientes de janua templi, jam non possent, quin absurdam haberent acclamationem, ad profanos factam. Lehm.

Pag. 88. l. 7. *Ἐτῶν μυρίων*) Ridet hic Aegyptiorum vanitatem, qui suis fabulis tantam antiquitatem praetexerent, eamque suis hieroglyphicis scriptam testarentur. Solide a viris doctissimis nostra et patrum memoria praestitum est id, quod *Lucianus* pro more suo, risu tantum excepit. Solan.

Ead. l. 8. *Κόπτονται*) *Τύπτονται* passim de hac ipsa re *Herodotus,* id est, pectora palmis percutiunt: nec enim puto flagellis usos, quibus digni erant. Gesn. Et *Lucianus* fere verbo *τύπτεσθαι* utitur: *στέρνον τύπτεσθαι* dicuntur lugentes De Luct. c. 12. et Diall. Meretrr. IX, 2. et ipsa haec luctus significatio *στερνοτυπία* De Luct. c. 19. Sed variant etiam veteres, et incides passim in *πλαταγεῖν τὰ στήθεα, παίειν τὸ στέρνον,* nec non *κόπτεσθαι* usurpant probati scriptores, ubi pectus volunt a lugentibus percuti palmis pugnisve. Succurrit locus ex ipso *Herodoto* VI, 58. ubi, sive *τὰ μέτωπα* cum *Schäfero* omittas, sive cum *Schweighaeusero* addas, certe de *flagellis,* quae *Gesnerus* modo commemorabat, cogitari nullo modo potest. Vid. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 411. ed Lips. Si recte memini, etiam *στερνοκοπία* pro *στερνοτυπία,* vel *στερνοκοπεῖσθαι,* nescio ubi, occurrit. Sive ergo h. l. *Gesnerus* verbi *κόπτεσθαι* usum ut ineptum taxare, sive emendationem tentare, voluerit, — quorum utrum placuerit ipsi, non satis clarum est — neutrum equidem probabo. Lehm.

Ead. l. 11. *Κόμην*) Luctus indicium coma barbaque rasa fuit tam apud Gentiles, quam Dei populum. Vorst.

Lamprid. in Commodo IX. *Sacra Isidis coluit, ut et caput raderet et Anubin portaret.* V. *Casaub.* not. *Minuc. Fel.* et *Herod.* in Euterpe, οἱ ἱερέες τῶν θεῶν τῇ μὲν ἄλλῃ κομέουσι, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ξυρεῦνται. *Plin.* etiam VIII. Solan. *Bion.* Epitaph. Adon. v. 81. *Eurip.* Suppl. v. 973. sq. *Hom.* Iliad. X, 15. Odyss. IV, 198. Omnino vid. *Kirchmann.* de Funerib. L. II. cap. 13. 14. Lehm.

Ead. l. 12. Ψιλὸν — τὸ πένθος) Dura omnino phrasis. Vide an arrideat *Par.* et edit. *J.* scriptura, ὑψηλὸν legentium. Solan. *Jacobsio* quoque in Animm. critt. in Callistrati statuas et Philostratorum imagines p. 14. minime ferenda videtur vulgata lectio, quippe rato eam *mire ineptam* esse locutionem. Emendat itaque: καὶ ψιλότητι τῆς κεφαλῆς τὸ πένθος ἐπεδείξατο. et vertit: *nemo comam tanti fecerit, quin eam tondeat, capitisque calvitie luctum significet.* Contra tam graves et elegantes linguae classicae censores quis ausit jam defendendam suscipere vulgatam? Mihi vero audere liceat. Rem, quam innuit auctor, ineptissimam et stolidissimam esse, hoc quidem facile *Jacobsio* largiar; non item, quod de locutione idem contendit, quam equidem aptissimam judico ad ineptiam istorum hominum illustrandam, qui detonsis capitibus lugere videri volunt. Hunc, quem prae se ferunt, quem ostentant, (ἐπιδείκνυνται) luctum, comica usus locutione, quem colorem totus locus induit, ψιλὸν dicit, i. e. *calvum, nudum* luctum, eine kahle, nackte, Trauer. Quid hoc est? Quod si rem spectes, commentario erit libelli de Luctu initium, ubi omnino perstringitur lugentium vulgus, qui non clare scientes, utrum ea, quae lugent, eventa vere mala sint et lugenda, necne, mori tantum majorum et consuetudini obsequantur (νόμῳ καὶ συνηθείᾳ τὴν λύπην ἐπιτρέποντες). Eundem luctum ineptum nunc, quum de singulari quodam ejus signo, de calvitie scilicet affectata, loquitur, ψιλὸν vocat ipsum, i. e. vanum et inanem, rationis ac veritatis expertem; nec sane importunam imaginem intrudens, quum usus non repugnet. Ψιλὰ enim metaphorico sensu dicta, ut *nuda* Lat. Graecis erant omnia, quae vacant iis, quae quis jure suo ab iis exspectet vel optet. Ita ager ψιλὸς, i. e. expers graminum et frumentorum: ita milites ψιλοὶ, vel plane non, vel leviter, armati. Ita *Lucianus* ipse Anachars. cap. 10. postquam Anacharsis selinum, apium, pinum, et hujusmodi alia certaminum praemia instituta ob nimiam eorum levitatem et simplicitatem contemnere visus esset, jam Solonem respondere jubet: Ἀλλ᾽, ὦ ἄριστε, οὐκ ἐς ψιλὰ τὰ διδόμενα ἡμεῖς ἀποβλέπομεν· ταῦτα μὲν γάρ ἐστι σημεῖα τῆς νίκης etc. *non nuda re-*

spicimus ea, quae dantur, quae quidem minimi sane pretii sunt; sed ea spectamus, quae iis adhaerent, atque cum his conjuncta cogitantur, victoriam et gloriam. Tantum igitur abest, ut offendar ea, quae auctori placuit, dicendi ratione: ψιλὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὸ πένθος ἐπιδείκνυσθαι, ut potius eam consilio auctoris accommodatissimam judicem, et ὑψηλὸν illud *Solani* non minus quam *Jacobsii* ingeniosum commentum, arcendum omni studio censeam. LEHM.

Ead. l. 14. Ἔστι δὲ ὁ Ἄπις ἐξ ἀγέλης θεὸς, ἐπὶ τῷ προτέρῳ χειροτονούμενος) *Benedictus: est autem hic Apis Deus ex armento jam antea suffragiis designatus:* quod mutuatus est ab *Erasmo.* Sed ubi talia in Graecis? illud *antea* in quod tempus recidit, et quando exsistit? aut quis intelligit? Immo, *post priorem creatus*, prioris mortui successor et quidem per suffragia sacerdotum quaerentium passim. Adeo plane contraria est *Luciani* sententia, quam affingebant illi. Quod certe debuerunt vidisse, cum toties in hoc auctore ἐπὶ τούτοις, et in Vitarum auctione, ἐπὶ τουτέοισιν, etiam in Cataplo. Sed sic tamen aliquoties hic desidero acumen interpretum. Nam libro 2. Verae Histor. ἐπὶ δὲ τῷ δείπνῳ μουσικῇ τε καὶ ᾠδαῖς σχολάζουσιν· ubi *Benedictus in coena:* quae si vera est versio, quid faciunt ἐκπώματα paulo ante descripta? immo est *post coenam.* Sic notabili errore in initio Apologiae pro mercede conductis illa ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἀγελαστὶ διεξῄεις αὐτὸ, καὶ πάνυ μοι πρόδηλον· ἃ δὲ μεταξὺ καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὑπό σου ἐλέγετο etc. video reddi, *sed quid interim in singula diceres,* cum certe debuissent, *sed quae interim et post omnia* (nempe lecta) *ab te dicta fuerint.* GRON.

Ibid. Ἐπὶ τῷ προτέρῳ) Sic locutus est *Galen.* in Hippocr. de sal. diaeta. Ἐπιδιεσκευᾶσθαι λέγεται βιβλίον — ἐπὶ τῷ προτέρῳ γεγραμμένῳ τὸ δεύτερον γραφὲν, ὅταν etc. V. *Casaubon.* ad *Athen.* 210. 47. SOLAN.

Pag. 89. l. 4. Τοῦ μὲν — τοῦ δὲ] Quam ad h. l. *Reitzius* in Ed. Belg. reposuerat notam, eam nos, Bipontini Editoris exemplum secuti, eo transtulimus, quo pertinebat, ad p. 484. De Democrito autem et Heraclito *Noster* ipse Vit. Auct. c. 13. 14. LEHM.

IN VITARUM AUCTIONEM.

Pag. 90. l. 1. *ΒΙΩΝ ΠΡΑΣΙΣ*) Vertunt, *Vitarum auctio.* Verte, *Mancipiorum auctio.* *Laërtius* in Aristippo: *κατεγίνωσκε τῶν ἀνθρώπων, ὡς τὰ σκεύη μὲν ἐν ταῖς ἀγορασίαις σκοπούντων, τοὺς δὲ βίους εἰκῇ δοκιμαζόντων.* Menag. Dialogus, qui *Βίων πρᾶσις*, *Vitarum auctio*, inscribitur, longe est facetissimus. Auctor hic inducit Jovem ore Mercurii praeconis omnes philosophorum, sectis distinctorum, vitas venum proclamantem. Vitas autem philosophorum sumit pro ipsis philosophis; quare ubi Vita Pythagorica, sive ipse Pythagoras, venum proponitur, interpres verba haec, *τὸν ἄριστον βίον πωλῶ, τὸν σεμνότατον* non male reddidit, *optimam vitam vendo, et maxime venerandam.* Verum quidem est, posse haec verba reddi, ut fieri debuisse contendit ad hunc locum vir eruditissimus, *vita optimum, vita virilem, generosum* etc. genere loquendi Graecis tritissimo: at hic, puto, intelligitur *βίος ἄριστος*, scilicet *Πυθαγορικὸς*, ut praecessit, non ὁ *τὸν βίον ἄριστος·* alioqui debuisset in anterioribus pro οὗτος ὁ *Πυθαγορικὸς κατάβηθι*, dixisse *Noster*, οὗτος ὁ *Πυθαγόρας*. Sed et inscribitur hic dialogus *βίων* potius, quam hominum *πρᾶσις·* quamquam nomine *βίων* intelliguntur ipsi philosophi. Passim quoque toto hoc opusculo *οἱ βίοι* pro ipsis sumuntur philosophis. Sic c. 26. ait Jupiter, *Μὴ διάτριβε, ἄλλον κάλει.* Mercurius addit, *Τὸν Περιπατητικόν σέ φημι, τὸν πλούσιον.* Manifestissime c. 12. ubi Aristippus proponitur, *Ἄγε δὴ πρόσεχε πᾶς. πολυτελὲς τὸ χρῆμα, καὶ πλουσίων δεόμενον. βίος οὗτος ἡδύς. Βίος τρισμακάριστος. τίς ἐπιθυμεῖ τρυφῆς; τίς ὠνεῖται τὸν ἁβρότατον;* Respondet emtor, et alloquitur hunc *Βίον*, quasi hominem, *Ἐλθὲ σὺ, καὶ λέγε ἅπερ εἰδὼς τυγχάνεις.* Cap. quoque 13. Mercurius Heraclitum et Democritum proponens, ait, *Τὼ ἀρίστω βίω πωλῶ. τὼ σοφωτάτω πάντων ἀποκηρύττομαι.* Caeterum in vulgatis editionibus hic dialogus inscribitur *Βίων πρᾶσις*. At *Thom. Magister* hunc semper citat nomine *Βίων πράσεις*. ut videre est in voce *Ἀποκηρύττομαι*, *Διατίθεμαι*, et aliis. Jens. Quid *βίος* hic designet, pauculis lectis facile colliges, nempe institutum, sive quas *professiones* vulgo hodie dicimus. Solan. *Vitas* interpretari hic et in ipso libello *βίους* non dubitavi; nec enim adsentior *Leopardo*, qui Emendat. 14. *mancipia* significare dicit, hic et in Aristippi

apophthegmate apud *Laërt.* II, 78. cui de utroque adsentitur ad *Laërtium Menagius*. Ita autem ille de Aristippo: *κατεγίνωσκε τῶν ἀνθρώπων, ὡς τὰ σκεύη μὲν ἐν ταῖς ἀγορασίαις σκοπούντων, τοὺς δὲ βίους εἰκῇ δοκιμαζόντων.* Hic ne quidem necessarium est servos intelligere, quidni enim amicos, conjuges? Et si aliquid horum, vel omnia, intelligas; retinet tamen significationem propriam *ὁ βίος*. Vitam, mores, facta, explorari suadet Aristippus hominum, quos adjungere tibi quocunque modo velis. Nec plane apud *Lucianum vitae* sunt *umbrae*, *εἴδωλα*, *manes*, mortuorum philosophorum, ut apud *Virgilium* VI, 292.

— tenues sine corpore vitae.

Sed retinet *βίος* solennem et frequentissimum intellectum, quo vitae rationem, professionemque adeo notat: nisi quod Satyrica prosopopoeia hic vitae et instituta ponuntur ut personae. *Βίος* nimirum *Πυθαγορικὸς*, ut hoc utar, est persona omnium, qui se Pythagoricos dicunt. Interim subinde dentes stringit *Lucianus* in acta et sermones ipsorum veterum philosophorum. Hoc tota dialogi ratio ingerit, hoc proximus, *ἀναβιοῦντες*, cogit. Gesn.

Acute sane in hoc opusculo variarum, in quas philosophi abierunt, Sectarum vanitatem et vitia aperire *Lucianus* videbitur; quarum principes fere Attico sale perstringit. Haec autem et similia apud hunc legentibus in animum inducant, auctor sim, non eo animo scripta esse, ut a studio sapientiae ad supinam boni omnis rectique ignorationem hominum avocentur mentes; sed ut quid in pravis perniciosisque quarundam disciplinarum institutis vitandum; in aliis vero, quae honestum rectumque sequantur, quid tamen minus commode doceatur, animadvertant, ne et ipsi in eosdem aut similes errores, humani aliquid passi, prolabantur. Nos certe Christianos, quos sua luce dignatus est purissima in filio Deus O. M. operam dare decet, ut neque veterum somniis aut ab aevi nostri philosophorum nomen prae se ferentibus, a norma illa salutari abduci ne tantillum quidem patiamur; tanto majorem, quam illi, culpam in nos admissuri, quanto splendidiore ac puriore luce divinus in scripturis Spiritus veram nobis ad sapientiam beatitudinemque viam manifestissime jam ac certissime demonstrat. Solan. Ipse *Lucianus* causam suam agit, scopumque suum, quod non derideat veros philosophos, satis ostendit toto dialogo proxime sequenti, inprimis ab c. 15. ad finem fere. Reitz. Non negat tamen *Wielandius* ipse, nimium genio suo in hoc opusculo indulsisse *Lucianum*, et maxima fere injuria risui expo-

suisse sapientissimos ac meritissimos antiquitatis viros. Eandem *Noster* licentiam, magis illam in vitiis cujuscunque generis et ubicunque obviis acerbe perstringendis, quam in virtutibus laudandis et commendandis, conspicuam et alibi offendimus non sine aliquo indignationis sensu; e. g. Diall. Mortt. XXI. XIII, 5. XX, 5. Quod ne Servatori quidem nostro pepercit, id vero tanto minus mirandum, quum hunc ne nosset quidem satis, is, qui Socratis, Platonis, Aristotelis, Homeri, aliorumque principum peritissimus erat censor ac derisor. Lehm.

Ead. l. 3. *Κοσμήσας πρότερον*) Mancipia, cum proponerentur, ornari solebant. *Plaut. Martial.* Bourd.

Pag. 91. l. 2. *Ἀποκηρύξομεν*) Vertunt, *proclamabimus:* sed vis verbi *ἀποκηρύττειν* sic non satis exprimitur, quod significat *auctionem facere bonorum*, vel, *per praeconem vendere bona. Thomas Mag.* exponit *διὰ κηρύγματος πωλεῖν·* et *Harpocr.* *Ἀποκηρύττοντες, ἀντὶ τοῦ πιπράσκοντες·* inferius in hoc Dial. *πόσου τοῦτον ἀποκηρύττεις. Demosth.* contra Aristocr. *Ὥςπερ οἱ τὰ μικρὰ καὶ κομιδῇ φαῦλα ἀποκηρύττοντες, οὕτω πωλοῦσιν ἐπευωνίζοντες.* L. Bos. At ubinam est Mercurii praeconium? Praeconis ipse fungitur officio Jupiter, dignitatis suae non satis memor, vixque peracto praeconio interpellat Mercurius, monetque et quasi imperat, ut festinet. *Non bene divisa temporibus isthaec sunt tibi, o Dave.* Credo mutatas esse personas, et Mercurii praeconium incipere ab *Ἀγαθῇ τύχῃ.* mox pro *Merc.* scribendum *Jup.* et ei omnia concedenda, quae incipiunt a *πολλοὶ* et in *οὖν* desinunt. His positis, si pro *ἀποκηρύξομεν δὲ* legas tantum *ἀποκηρύττομεν*, sic demum credo locum restitutum iri. Sin haec satis non placent, aliter saltem praecedentia in hunc ferme modum verte: *Tuum autem erit, Mercuri, praeconis munere fungi, et, quod bene vertat, jam ad Porsenae regis bona emenda allicere.* Solan. Merae hae argutiae, vel potius nugae vixque dignae, quae respiciantur. Non intellexit scilicet *Solanus*, dominum h. l. loqui Jovem, non praeconem, praeconis autem personam agere, ut par erat, Mercurium a principio ad finem usque dramatis. Nec vidit idem V. D., si Mercurii sermo a verbis *Ἀγαθῇ τύχῃ* initium caperet, nullam prorsus, ne Grammaticam quidem, sic exstituram esse sententiarum cohaerentiam. Salva itaque maneat, quae vulgatur, loci dispositio. Lehm.

Ead. l. 4. *Καταβαλέσθαι*) Hoc verbum Attice eleganter pro *ἐκτίνειν*, *solvere*, usurpatur. *Noster* in Dial. Meretr. κα-

ταβαλέσθαι ἀργύριον. *Thom. Mag.* Καταβολὴ, ἡ ἔκτισις, καὶ καταβάλλω ῥῆμα· vide, quae ibi diximus. L. Bos.

Ead. l. 10. Κομήτην) Sic vocatur Pythagoras ὁ ἐν Σάμῳ κομήτης. *Jamblich.* I. p. 31. Leed. *Diogen. Laërt.* p. 225. E. Solan.

Ead. l. 12. Πυθαγορικὸς) Pythagoram ipsum, simul et omnes Pythagoricos petit. In L. Πυθαγόρας, rectius. Solan. Imo scripsit auctor ὁ Πυθαγορικὸς, i. e. βίος, quod proxime intelligendum esse, supra monuit *Gesnerus.* Sic infra etiam ὁ Περιπατητικὸς c. 26. et ὁ Σκεπτικὸς c. 27. qui proprie significantur Aristoteles et Pyrrho, omnino autem intelligendi eorum asseclae. Lehm.

Ead. l. 15. Ἄριστον βίον πωλῶ) Praeco nusquam rem venalem praedicabat sine laudatione. *Plaut.* Stich. *Cic.* 3. de Off. *Horat.* Epist. 2. l. 2. l. 37. de dolo malo: hoc passim. Hinc κήρυγμα pro laude: hinc praeconium. Bourd. Interpres, *vitam optimam vendo*; et βίον ἀνδρικὸν πωλῶ, βίον ἄριστον, καὶ γενικὸν, βίον ἐλεύθερον, vertunt, *vitam virilem vendo, vitam optimam et generosam, vitam liberam*: rectius vertas, *vita optimum, vita virilem, generosum, liberum*: hoc est, qui optime vivit, qui viriliter, generose, non effeminate, libere vivit. Est loquendi genus Graecis tritissimum. Graev. Vid. supra ad Inscript. Adnot. *Gesneri* Lehm.

Pag. 92. l. 1. Ὑπὲρ ἄνθρωπον) Pythagoram divino coli honore a nonnullis, credi esse Apollinem, aut quendam e geniis, qui lunam habitant, et cum Deus revera esset, venisse in humana forma, notum est ex *Jamblicho.* Leed. Cf. Diall. Mortt. XX, 3. Gall. s. Somn. c. 18. Lehm.

Ead. l. 2. Τοῦ παντὸς ἁρμονίαν) Pythagoras docuit καθ' ἁρμονίαν συνεστάναι τὰ ὅλα, ut *Laërtius* affirmat p. 221. A. et *Cicer.* III. de Nat. Deor. affirmat existimasse, *ad harmoniam mundum canere.* Leed. Vid. *Jamblich.* N. 65. ubi solus musicam sphaerarum auditu et intellectu percepisse dicitur. Solan.

Ead. l. 5. Τερατείαν) *Suidas* exponit ψευδολογίαν, παραδοξολογίαν, i. e. *mendacium* et *falsiloquium.* Intellige vero aut de iis, quae ipse docuit, scilicet quod saepe erat mutatus; aut de iis, quae de illo dicuntur, susurrando nempe in aurem bovi docuisse eum abstinere a fabis; aquilam ad se vocasse, quae forte, dum de auguriis disserebat, transvolarat, et postquam manu demulsisset, iterum dimisisse: de quibus vide *Jamblich.* in V. P. I. c. 18. Leed. De hac τερατείᾳ Pythagorae satis quidem ingenue ipse exponit Gall. s. Somn. c. 18. Lehm.

Ead. l. 6. *Μουσικὴν*) Summum in his fuisse Pythagoram, notavit in vita ejus *Jamblichus* cap. 5. et 25. Leed. Tonorum proportiones primus Pythagoras invenit, vide *Jamblich.* Solan.

Ibid. *Γοητείαν*) Dial. Mort. XX. §. 3. Negat *Jamblichus* c. 31. Leed. Vid. *Chrysost.* Hom. I. Joh. laud. a *Rittershus.* in Porphyr. p. 29. b. Solan.

Ead. l. 12. *Ἐν Αἰγύπτῳ*) Sic alibi *Diogen. Laërt. Apul.* Bourd. Cf. Gall. s. Somn. c. 18. Lehm.


Ead. l. 14. *Ἀναμνήσω*) Deridetur eorum sententia, qui *μάθησιν* tantum *ἀνάμνησιν* esse putant, earum scilicet rerum, quas, quemadmodum sensit Pythagoras, dum in alio vixit corpore, edocta fuit anima. Vide *Jamblich.* c. 14. Leed.

Pag. 93. l. 3. *Ἀφωνίῃ*) Vid. *Rittersh.* ad *Porphyr.* N. 19. Solan.

Ead. l. 4. *Πέντε ὅλων*) Vid. *Gell.* I, 9. *Diog. Laërt.* p. 216. D. et not. *Menag.* p. 208. Solan.

Ead. l. 5. *Τὸν Κροίσου παῖδα*] De quo adeundus *Herodot.* I, 34. et 85. Lehm.

Pag. 94. l. 3. *Ἃ σὺ δοκέεις τέτταρα*) *Quatuor* cum praecedentibus numeris 3. 2. 1. faciunt *decem.* *Τρίγ. δύν. ἐνεργ. ά.* (*δ΄. γ΄. β΄. ά. οὕτω μὲν οὖν ὁ δ΄ δέκα*) *τρίγωνον δὲ οὕτω.*



Arithmetici *ζηλοῦντες* Geometras in figuras et ipsi constituerunt numeros, *τρίγωνα, τετράγωνα, καὶ ἑξῆς. Καὶ ἀπὸ στοιχείου τοίνυν ἀρξάμενοι τῆς μονάδος, ἣν δυνάμει βούλονται εἶναι πάντα τὰ πολύγωνα, ἀποτελοῦσι τὰ ἐνεργείᾳ πολύγωνα, τρίγωνα, καὶ τετράγωνα, καὶ πεντάγωνα, καὶ ἑξῆς· τῆς μὲν οὖν μονάδος, δυνάμει οὔσης τρίγωνον, πλευρὰ μονάς· τοῦ δὲ ἐνεργείᾳ πρώτου Δ.* (*τοῦ Γ.*) *πλευρὰ δυάς· τοῦ δὲ δευτέρου* (*τοῦ ἕξ*) *τριάς· τοῦ δὲ γ΄. τριγώνου τετρὰς ἡ πλευρά. Ἐντελὲς δὲ τρίγωνον τὸ δέκα, ὡς τῷ τριγώνῳ καὶ τετραγώνῳ συντελούμενον τοῖς πρώτοις τῶν εὐθυγράμμων σχημάτων, τῷ μὲν τριγώνῳ διὰ τὸ ὅλον σχῆμα. τρίγωνον γάρ· τῷ τετραγώνῳ δὲ διὰ τὴν πλευράν· ὁ γὰρ τέσσαρα τούτου πλευρὰ, ὅς ἐστιν ἀρχὴ τῶν τετραπλεύρων. Οὕτω μὲν οὖν, ὡς ἐν παρεκβάσει ἐρεῖν, τρίγωνον ἐντελὲς ὁ ί. Ὅρκιον δὲ, ὅτι αὐτοὶ οἱ Πυθαγόρειοι ὅρκον ἐποιοῦντο τὸν δ΄. οὕτως·*

Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν,
Πᾶσαν ἀεννάου φύσιος.

Hoc ex aureis carminibus *Pythagorae.* G. In praecedentibus pro *Δ.* notavit *Solanus*, *Lege τριγώνου·* hoc idem illa figura significat. Quae autem porro traduntur de numeris figuras

Geometricas referentibus, enucleate sunt explicata a *Theone Smyrn. Jambl.* ad *Nicom.* Arithm. *Proclo* ad *Euclid.* Hemst.

Ead. l. 4. *Τρίγωνον ἐντελὲς*) Quod vocat hoc loco *τρίγωνον ἐντελὲς*, *triangulum perfectum*, nihil aliud est, quam triangulum aequilaterum: nam numerorum trigonismus sic procedit ab

unitate 1 2 3 4 5 6 7, et sic ad infinitum hoc modo
.
. .
. . .
. . . .

Decem numerus sic positus efficit triangulum aequilaterum arithmetice, cujus latera sunt quatuor. Palm.

Ibid. *῞Ορκιον*) Quibus inducti rationibus, si discere lubet, adi *Plut.* de Plac. Ph. I. 3. 1616. 1. At in Is. et Os. 679. idem rursus omnia, quae illic dicta erant, subvertere videtur, cum numerum hunc 36 facit. Vid. etiam Pro Laps. inter Salut. c. 5. et *Brod.* Misc. II, 6. et *Nostrum* iterum Philopatr. c. 12. *Rittersh.* ad *Porph.* p. 26. et ipsum *Porph.* cum notis N. 20. versus ipsos etc. *Jambl.* n. 150. Empedoclis. Vid. *τὰ θεολογούμενα τῆς Ἀριθμητικῆς* p. 20. m. Solan. *῞Ορκιον* dedi, ut in nott. Mss. *Solani* inveni; sed videtur in postremis notae verbis aliquid ad sensum deesse. Reitz.

Ead. l. 12. *Τὸν θεὸν ἀριθμὸν ἐόντα*) Cl. *Belin de Ball.* ad h. l. citat *Porphyr.* *περὶ ἀποχ.* II, 36. *Οἱ γοῦν Πυθαγόρειοι περὶ τοὺς ἀριθμοὺς καὶ τὰς γραμμὰς σπουδάζοντες, ἀπὸ τούτων τὸ πλέον τοῖς θεοῖς ἀπήρχοντο, τὸν μέν τινα ἀριθμὸν Ἀθηνᾶν καλοῦντες, τὸν δέ τινα Ἄρτεμιν, ὥςπερ αὖ ἄλλον Ἀπόλλωνα· καὶ πάλιν, ἄλλον μὲν δικαιοσύνην, ἄλλον δὲ σωφροσύνην.* Add. *Jamblich.* Vit. Pythag. c. 28. et *Plut.* in Is. et Osir. pag. 381. E. Bip. De numeris Pythagoreis eorumque ad Deum et virtutem ratione non minus utiliter, quam subtiliter, disseruit *Frid. Guil. Ehrenfr. Rostius*, praeceptor olim meus, nunc collega, carissimus, in Programmate scholastico, a. 1803. exeunte scripto, hujus tituli: Super Pythagora virtutem ad numeros referente, non revocante. Quod post *ἀριθμὸν ἐόντα* duo codd. Pariss. interponunt *καὶ νόον*, id adeo arrisit *Belino*, ut *Schmiederus* non dubitaret recipere. Cur exsulaverit e libris hic *νοῦς*, caussam *Belinus* fingit maxime improbabilem hanc: quia auctorem noluerint hoc venerandum attributum divinum risui exponere. Quodsi hoc valeret principium judicandi, mirari satis non possemus, *Lucianum* tam parum exsectum ad nostram aetatem pervenisse. Imo vero alienum esse hoc Pythagoricae doctrinae sacrae supplementum, vel exclamatio emtoris: *θαυμάσια λέγεις*, ostendere potuit. Inter

θαυμάσια enim minime referri poterat dogma, ne Pythagoreis quidem illud proprium: *τὸν θεὸν εἶναι νόον.* Lehm.

Pag. 95. l. 4. *Αὖτις*) Ut sic scribatur, postulat Dialectus, qua utitur, Ionica. In edit. est *αὖθις.* Solan.

Ead. l. 9. *Ψυχήϊον*) Vide *A. Gell.* IV, 11. Vorst. *Jamblich.* N. 107. docet, solos *adeptos* animatis abstinuisse; non omnes. De fabis idem N. 109. Solan.

Ibid. Οὐδὲ ἕν τι) *Οὐδεέν τι.* Sic recte, et Angl. Cod. hanc lect. agnoscit: hac de re dico ad *Heliodor.* Bourd. *Athen.* Lyconis testimonio Pythagoram animatis victitasse probat, *Gell.* IV. c. 11. Cogn. Idque pluribus probatur in notis *Gronovii* ad *Gell.* Reitz.

Ead. l. 12. *Οὐκ, ἀλλ' ἱεροί εἰσι*) Emturus Pythagoran, diligenter ex eo exquirit omnia, unde conjiciat, num e re sua sit, hunc emere; denique roganti Pythagoran, *Τίνος εἵνεκα μυσάττῃ τοὺς κυάμους;* respondet Vita Pythagorica, *οὐκ, ἀλλ' ἱεροί εἰσιν* etc. Interpres verba retinens, vertit, *Non odi: sed sacrae sunt* fabae. Profecto haec Graeca pariter et Latina adversantur menti Pythagorae, qui haud dubie assensus est, se *μυσάττεσθαι κυάμους,* quemque *Lucianus* certissime, ut ego quidem censeo, respondere fecit *οὐ γὰρ ἀλλ' ἱεροί εἰσι, enimvero sacrae sunt.* Re vera enim *ἐμυσάττετο* fabas Pythagoras, h. e. ab iis se abstinebat, horrebat iis uti; id quod satis notum; et praeterea ipse *Lucianus* alibi confirmat: nimirum in Vera Hist. II. c. 24. caeteris heroibus, post victoriam de impiis reportatam, fabas comedentibus, de Pythagora dicit *Noster*, *Μόνος δὲ ταύτης* (*ἑορτῆς*) *οὐ μετεῖχε Πυθαγόρας, ἀλλ' ἄσιτος πόῤῥω ἐκαθέζετο, μυσαττόμενος τὴν κυαμοφαγίαν. Solus vero Pythagoras ab hoc festo aberat; sed nihil comedens procul remotus sedebat, horrens fabarum esum.* Alia et plura in hanc rem notarunt *Lil. Gr. Gyraldus*, et *Jo. Schefferus* de Constitutione philosophiae Italicae; quorum scrinia non compilo. Itaque mea sententia *οὐ γὰρ ἀλλ' ἱεροί εἰσι* scribendum, idque Attice pro *καὶ γὰρ ἱεροί εἰσι.* Socrates apud *Aristophanem* in Nebulis, rationem daturus, cur suspensus penderet in calatho, (id namque ibi fingit facetissimus comicus) inter alia dicit et hoc v. 230. sive A. I. Sc. III.

Εἰ δ' ὢν χαμαὶ τ' ἄνω κάτωθεν ἐσκόπουν,
Οὐκ ἄν ποτ' εὗρον· οὐ γὰρ ἀλλ' ἡ γῆ βίᾳ
Ἕλκει πρὸς αὑτὴν τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος.

Si vero humi consistens, ea, quae supra sunt, ex inferiori loco specularer, nunquam invenirem: namque terra vi sua ad se trahit facultatem contemplationis. Operae etiam est, addere verba Graeci interpretis: *ΟΥ ΓΑΡ ΑΛΛ Η ΓΗ ΒΙΑΙ*] *Ἀντὶ τοῦ,*

καὶ γάρ. ἀττικῶς. Καλλίμαχος, Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω. ἀντὶ τοῦ, καὶ γὰρ ἥκω. Ita hic *Scholiastes*, ut οὐ γὰρ ἀλλὰ Attice dictum sit pro καὶ γάρ. Paulo tamen aliter commentatur ad Ranas v. 58. ab initio. ibi ad *Aristophanis* verba, Οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς, ait, Ἀντὶ τοῦ, καὶ γὰρ, ἀλλὰ παρέλκει Ἀττικῶς. ἀντὶ τοῦ, ἔχω γὰρ κακῶς. Non puto equidem ἀλλὰ in hac Attica dictione παρέλκειν, cum nunquam nisi una cum hac vocula comperiantur Graeci hanc dictionem adhibuisse. Utique adest omnibus locis, quae deinceps adferemus; quae itidem, iisque plura, habet *Suidas* T. II. p. 348. Sed et *Suidas* ibi utitur (ut passim solet) verbis *Scholiastae* nostri, tam quae modo ad Nubes vidimus, quam quae hic ad Ranas; verum ita, ut appareat, eum esse corruptum et truncatum. Ait: Οὐ γάρ. Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις. ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ καὶ γὰρ, Ἀττικῶς ὡς Καλλίμαχος· Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος. οὐ γὰρ, ἀντὶ τοῦ καὶ γὰρ ἥκω. Satis liquet, haec *Scholiastae* verba apud *Suidam* esse mutilata, et male ex Aristophanicis Nebulis produci οὐ γὰρ, pro ἀλλὰ καὶ γάρ· et male in verbis *Callimachi* omitti ἀλλ', cum clare *Aristophanes*, οὐ γὰρ ἀλλά· cumque itidem clare in *Callimacho* apud *Scholiasten* illud idem adsit. Est namque integer Scazon,

Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω.

Aristophanes porro in Ranis A. I. Sc. II. prope finem,

Φέρε δὴ ταχέως αὔτ'. οὐ γὰρ ἀλλὰ πειστέον.

Hic allinit de suo interpres, verba οὐ γὰρ ἀλλὰ πειστέον vertens, *non ausim, sed meo mos est gerendus hero.* Dionysus herus exigit ab Xanthia servo, ut ipsi inter se alter alterius personam adsumant; dum ipse fiat Xanthias, Xanthias leoninam Dionysi induat, clavamque et reliquam σκευὴν Herculeam ab hero Dionyso sumat. Ad haec respondet Xanthias, Φέρε etc. quae ita verte: *Cedo ea mihi celeriter, namque parendum est.* In Ἐκκλησιαζ. v. 387.

— Οὐ γὰρ ἀλλ' ὑπερφυῶς
Ὡς λευκοπληθὴς ἦν ἰδεῖν ἡ 'κκλησία.
— *Namque insigni ratione*
Videre erat quam album esset concilium.

Et hic quoque male vulgatus interpres οὐ γὰρ ἀλλ' ad verbum vertit *non enim, sed.* Patet etiam, falli *Aem. Portum*, qui hunc locum ex Thesmophoriazusis citat apud *Suidam.* Iterum in Ranis v. 54. ab initio Comoediae,

Μή σκῶπτέ μ' ὦ 'δελφ'. οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς.

Hic tandem bene vertitur *enimvero.* Apud *Lucianum* quoque in De Parasito c. 49. haec eadem recurrit formula, et recte ab interprete *enimvero* redditur. Quoniam vero is locus quan-

dam habet in se quasi salebram, eum non hic, sed suo potius ordine deinceps tractabimus. Hanc de dictione Attica οὐ γὰρ ἀλλὰ, pro *enimvero*, disputationem nostram communicabam cum cl. *Perizonio*, super vexato illo *Aeliani* loco lib. VIII. Ποικιλ. c. 12. Παράδοξόν γε, οὐ γὰρ ἀληθὲς, ἐκπεσόντος Δημοσθένους ἐν Μακεδονίᾳ. Αἰσχίνης δὲ ὁ Ἀτρομίτου ὁ Κωθωκίδης καὶ ἐνευδοκίμει τοῖς Μακεδόσι. Id enim mihi de hoc loco sententiae erat, (nec video adhuc, cur ejus poenitere me debeat) legendum scilicet, Παράδοξόν γε, οὐ γὰρ ἀλλ' ἀληθὲς, *praeter omnium quidem est opinionem, namque verum est* etc. Nimirum verum est, Demosthenem fuisse superatum; et quia verum est, propterea est παράδοξον, quoniam id fieri vix potuisse, omnibus persuasum est. Facile vel ex affinitate τοῦ ἀληθὲς, vel ab Atticismi ignorante librario, potuit τὸ ἀλλ' intercidisse. Denique dictio haec οὐ γὰρ ἀλλὰ in omnibus ferme, ubi adhibetur, locis ita scribitur, ut commate sit divisa, οὐ γὰρ, ἀλλά. *Richardus Bentlejus*, vir harum literarum cognitione in Anglia hodie florentissimus, ad *Callimachi* fragmentum illud, Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος. οὐ γὰρ, ἀλλ' ἥκω, p. 342. deleri istud comma jubet. Ego vero non dubito, quin haec formula sit elliptica, et inter οὐ γὰρ et ἀλλὰ quaedam subaudienda; quae autem illa vere sint, nondum liquido constitui. Jens. Utut recte haec disseruerit *Jensius*, huc tamen nihil faciunt. Scripsit *Lucianus*, ut praeit codex 2954. et edidit *Schmiederus*: Τίνος εἵνεκα; ἢ μυσάττῃ τοὺς κυάμους; *Cur* (fabas excipis ex numero comedendorum?)? *an aversaris eas?* Respondet Pythagoras: *Non aversor, sed sacrae sunt* etc. Sacer ergo horror erat, qui vetaret Pythagoram istis vesci; idem ille, qui etiam Ver. Hist. II, 24. significatur verbo μυσάττεσθαι, ubi cave cum *Jensio* cogites de physica quadam stomachi aversatione. Interrogandi autem rationem ipsam, qua utitur emtor, pluribus illustravi ad Diall. Deor. XIV, 1. Tom. II. p. 331. sq. Lehm.

Ibid. Ἱροὶ — αὐτέων) Ionica Dialect. postulat hic ἱροὶ, pro communi ἱεροί· qua in voce passim in Astrol. etiam peccatur: et αὐτέων pro αὐτῶν. Solan. Et aliae per hunc locum formae communes ad Ionismi legem revocandae erant, adsentiente omnino *Jacobsio* ad *Achill. Tat.* p. 661. partim etiam codice uno et altero. Lehm.

Ead. l. 13. Γονὴ) Vocem γονὴ satis exponunt, quae sequuntur, ἀνδρεῖα μόρια, τουτέστιν, αἰδοῖα· ea scilicet significatione, qua dicit *Galenus* III. περὶ τῶν ἄρθρων habere *Hippocratem*. Reed.

Pag. 96. l. 2. Ἐψηθέντα) Turbant hic codices. R. ἑψηθεῖσαν. Fl. ἑψηθέντι. Vid. *Diogen. Laërt.* p. 222. A. et *Menagii* notam p. 216. qui ex *Origenis* inedito fragmento luculenter hanc rem illustrat; nisi quod de sanguine nihil habet. Miror hunc locum fugisse viros doctiss. Solan. *Belinus* tradit in cod. 2954. ἑψηθεῖσι legi. Verum quum ex iis, quae addit, pateat eum hanc vocem pro feminina habere, et quum codex 2954. et R. (Regius) unde *Solanus* ἑψηθεῖσαν refert, unus idemque sit: hinc conjicio optimo jure, errorem admissum esse in *Bel.* relatione, ipsumque *Belinum* aut ἑψηθείσῃ, aut, quod *Solanus*, ἑψηθεῖσαν, voluisse. Κύαμος vero ab Ionibus etiam genere feminino usurpari, me pariter ac *Reitzium* fugit. Corruptam Fl. lectionem ἑψηθέντι δὲ, ἣν ἐπαφῇς τὴν σεληναίην non debebat *Reitzius* integram appellare, et hoc nomine recipere. Imo integram servarunt codd. 3011. et Gorl. ἑψηθέντα δὲ ἣν ἀφῇς ἐς τὴν σελ. quam et *Schmiederus* recte edidit. Neglecta forte Praepositio ἐς omnes turbas istas, quas in libris deprehendimus, excitavit, genuitque in hoc Femininum ἑψηθεῖσαν, quod ad τὴν σεληναίην responderet, in illo Dativum ἑψηθέντι, qui deinde ἐπαφῇς traxit. Ineptissimum autem h. l. esse ἐπαφιέναι, intelliget, qui vel ex Zeuxide c. 9. usum et naturam verbi cognoverit. Ceterum versionem *Gesneri* inconvenientem ex mente *Jacobsii* ad *Achill. Tat.* p. 661. correxi. Lehm.

Ead. l. 3. Αἷμα) De faba Pythagorae cognata jam dicere non est instituti nostri. Sed dubitationem aliquam nostram, occasione nominis αἷμα hic ortam, proponemus. *Porphyrius* de vita Pythag. ubi idem argumentum tractat c. 44. εἰ γάρ τις διατρώγων κύαμον, καὶ τοῖς ὀδοῦσι λεάνας, ἐν ἀλέᾳ τῆς τοῦ ἡλίου βολῆς καταθείη πρὸς ὀλίγον, εἶτ' ἀποστὰς ἐπανέλθοι μετ' οὐ πολὺ, εὕροι ἂν ὀδωδότα ἀνθρωπίνου φόνου. Auctor Philosophumenon Origenis p. 42. *Wolf.* ista, quae obiter emendare et interpretari licebit, cum et *Menagii*, qui laudavit ad *Diogen. Laërt.* VIII, 34. et reliquorum editorum acumen fugerint: Τούτου δὲ τεκμήριον φησὶν, εἴ τις καταμασησάμενος λεῖον τὸν κύαμον καταθείη πρὸς ἥλιον χρόνον τινά. τοῦτο γὰρ εὐθέως ἀντιλήψεται προςφερῆ· (sic lego, non προςφέρει aut προςφέρειν) ἀνθρωπίνου γόνου ὀδμήν. *Hujus rei indicium esse ait, si quis levigatam mandendo fabam deposuerit aliquamdiu in sole. Hoc enim* (ita manducatum) *celeriter adsumet similem humani seminis odorem.* Pugnare inter se videntur Philosophumenon auctor, et Porphyrius. Facile fuerit illos conciliare, si apud *Porphyrium* legas, litera una immutata, γόνου. Sed φόνου suadere videtur αἷμα *Luciani.* Rursus αἵματι hoc objicitur,

quod odorem vix habet, certe vix discernendum ab aliorum sanguine animalium: tum *φόνος* cur hic pro sanguine ponatur, vix intelligitur: aliudne olet vena pertusa emissus, vel de naribus prosiliens sanguis, quam cruor a caede? semen humanum olere, illa certe apud *Athenaeum* meretricula putabat, cui Ptolemaeus, *ex balano* seu glande *regia esse*, respondit. Tum de fabis Samosatensis Sophista modo dixerat, *τὸ πᾶν γονή εἰσι.* Quid igitur? *γόνον* dabimus Porphyrio, *σπέρμα Luciano ἀντὶ τοῦ αἷμα;* an *αἷμα* poni pro genitura dicemus? inprimis cum *consanguinei* et *sanguis meus* pro filio, et similia plura in usu sint: an denique de alia nunc re *Luciano* sermonem esse dicemus, de alia *Origeni* et *Porphyrio?* praesertim cum illi in sole ponant fabam dentibus levigatam, hic noster elixam in luna. Scilicet coquendo semini majori calore opus est, quam ad sanguinem. Sed neque in verbo *ἐπαφῇς* mihi satisfacio, et vertisse me illud potius ad sententiam, quam puto verba habere, quam ex vi verbi aliunde mihi cognita, non dissimulo. Gesn. Addi potest ad notionem *φόνου* pro sanguine *Plin.* 21, 16. s. 56. ubi de Scolymo: *Idem erat atractylis quoque, nisi candidior esset, et nisi* sanguineum succum *funderet. Qua de causa* phonos *vocatur a quibusdam, odore etiam gravis.* Idem *in Addend.* Dignus erat, qui conferretur, locus Diall. Mortt. XX, 3., ubi, quae mihi de hoc Pythagorae instituto videntur, reposui. Lehm.

Ead. l. 4. *Ἀθηναίοισι νόμος*] De hac Atheniensium consuetudine per fabas eligendi magistratus cf. *Xenoph.* Memorr. I, 2, 9. et adeundi *Davis.* ad *Max. Tyr.* 22, 4. et *Duker.* ad *Thucyd.* VIII, 66. quique ibi laudantur, *Meursius* de Archontt. Athen. I, 9. *Petitus* Legg. Att. p. 219. et *Menagius* ad *Diog. Laërt.* VIII, 34. Lehm.

Ead. l. 5. *Ἀπόδυθι*) Id. in Eunuch. *Casaubon.* ad *Suet.* De fabis Pythagorae *Plin. Plutarch.* omnes, *Lucian.* passim: rationem reddunt *ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι*, alii aliam. Bourd.

Ead. l. 6. *Χρυσοῦς*) De Pythagorae femore aureo *Porphyr.* N. 28. et not. *Diog. Laërt.* p. 216. et *Jamblich.* N. 92. *Aelian.* V. H. II, 26. *Apollonius Dyscolus* c. 6. aliique. *Meurs.* Ath. Att. *Plut.* Numa. *Origenes* solus eburneum dixit, c. Cels. VI. Solan. Cf. ad Diall. Mortt. XX, 3. Lehm.

Ead. l. 7. *Θεὸς*) Alludit ad carmina aurea, quae Pythagorae vulgo tribuuntur, quorum hoc ultimum:

Ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος οὐκέτι θνητός.

De quibus consule *Fabric.* Bibl. Gr. 460. *Jamblich.* etiam passim. Solan.

Ead. l. 12. *'Ιταλιώτης*) In magna enim Graecia et habitavit Pythagoras, et discipulos habuit magno numero. Solan.

Ibid. *Τῶν ἀμφὶ Κρότωνα*) *Περὶ Κρότωνα γὰρ* Italiae *συνεστήσατο Πυθαγόρας τὸ ἑαυτοῦ παιδευτήριον.* Inerant et feminae *ἀκριβῶς ἐξασκοῦσαι τὴν αἵρεσιν, ὧν καὶ Θεανὼ ἦν. Τούτους οὖν φησιν αὐτὸν ἐωνῆσθαι.* A Crotone autem et *εἰς Τάραντα ἡ αἵρεσις διεδόθη.* Et hanc vocat Graeciam propter Graecorum olim colonias in Italia. Contigit, ut soli fertilitate et opulentia et virorum copia *Magna Graecia* ea pars diceretur. *G.* Cf. Scholion codicis 2954. supra descriptum, ex quo vocem *ἀκριβῶς* huc transferre placuit in locum *τοῦ, ἄκρως.* Lehm.

Pag. 97. l. 2. *Τριακόσιοι*) Quia in Magna Graecia habuit Pythagoras ejusmodi discipulorum *κοινόβια*, seu *consortia*, de quibus vide *Jo. Scheffer.* Phil. Ital. c. 14. Cler. Respicit ad eorum discipulorum numerum, quos illic habuisse dicitur. Quidam tamen 600, aut eo plures fuisse ajunt. Vide *Diog. Laërt.* 214. et not. Solan.

Ead. l. 4. *Ποντικὸν*) De Diogene Cynico, qui fuit *Σινωπεὺς* ab Euxino ponto, lege *Laërtium. G.* Sinopensis erat Diogenes, quae urbs Ponti. Solan.

Ead. l. 6. *Ὁ τὴν πήραν ἐξηρτημένος, ὁ ἐξωμίας*) Certe vix credibile, ab *Benedicto* non emendatam versionem editionis praecedentis, sed et ab illo versum esse, *cui ex humeris pera dependet;* ut recte errorem hic animadvertit *Palmerius.* Sed neque *ἐξωμὶς* hoc loco consideranda, ut servilis vestis, sed ut propria Cynicorum, quibus nulla pars hominum liberior. Consule collecta ab *Oct. Ferrario* part. II. Rei Vestiariae lib. 4. c. 20. et 22. Gron.

Ibid. *Ὁ ἐξωμίας*) *Peram dependentem habens ex humeris.* Ita vertit interpres; quasi *ὠμία* inveniatur pro humero, et legisset deleto articulo *ἐξ ὠμίας* distinctim. Sed longe aberrat a vera interpretatione. *Ὁ ἐξωμίας* est, qui *ἐξωμίδα* habet, et ea insignis est: *ἐξωμὶς* autem est vestis servilis, sic dicta, eo quod humerum nudum et exsertum ostendebat. Vide *Gellium* lib. 7. c. 12. ubi eam vocem interpretatur. Vide *Hesychium* et *Suidam* in ea voce. Palm. Vid. *Fabricius* ad *Sext. Empir.* p. 39. *Salmas.* ad Tertull. de Pall. p. 355. it. p. 396. seqq. Gesn.

Ead. l. 10. *Πωλεῖς τὸν ἐλεύθερον*) Incidit in poenam legis Fabiae, qui liberum pro servo vendit. Sic tit. ultimo Instit. de publ. Jud. *Apul.* lib. 8. Bourd.

Ead. l. 14. *Οὐδὲν αὐτῷ μέλει*) Respicit hic hujus philosophi historiam, qui captus a praedonibus revera veniisse in

Creta traditur, non admodum invitus. Vid. *Diog. Laërt.* VI. p. 144. F. et 155. D. Adde et *Plut.* 886. 1. et *A. Gell.* II, 18. SOLAN.

Ead. l. 17. *Γε καὶ*) Longe melius in *Thomae Magistri* codice legebatur; nempe ἢ (v. in χωρίς.) SOLAN. *Thomae* plurimum quidem intererat, verba ea, de quibus ipsi agebatur, accurate ac fideliter ad sua veterum exemplaria reddere: verum eorum, quae minoris essent momenti atque ad explendam tantum sententiam aliquam, vel efficiendam, pertinerent, minus observans erat et diligens enarrator. In *Χωρὶς* id agebat, ut particulae Lucianeae πλὴν εἰ μὴ ex h. l. citatae illustrandae observationi ipsius inservirent, ceterum, utrum καὶ in Luciano legeretur, an ἢ, satis securus. Saltem γε quomodo interponere potuisset, nisi simul etiam antecedentia retulisset, qnaesierim ex *Solano*. Omisit ergo, quippe ad rem suam non pertinens. Neque adeo pro certo semper variarum lectionum fonte haberi debet vel hic *Thomas*, vel ceteri quoque Grammatici et Lexicographi, ubi veterum loca citant. LEHM.

Pag. 98. l. 2. *Κύων αὐτῷ καὶ τοὔνομα.*] Ipse se canem appellat et cognatum Cerbero Diall. Mortt. XXI. init. Convicium scilicet erat, quo petebantur Cynici ob similitudinem nominis et vitae rationis. LEHM.

Ead. l. 7. *Τὸ σκυθρωπὸν*] Inepte *Schoettgenius* ad *L. Bos* de Ellipss. p. 420. ed. Schäf. subaudit πρόςωπον. imo Substantivi vice fungitur τὸ σκυθρωπὸν, observante ibidem *Schaefero.* Patebit hoc, si quis dubitet, e verbis Philosophi Diall. Mortt. X, 9. *ἀπόθου τὴν ἐλευθερίαν, καὶ παῤῥησίαν, καὶ τὸ ἄλυπον, καὶ τὸ γενναῖον, καὶ τὸν γέλωτα.* ubi nemini in mentem venerit πρόςωπον, vel etiam aliud Substantivum vocibus ἄλυπον et γενναῖον cogitando adjungere. LEHM.

Pag. 99. l. 4. *Τὸν Ἡρακλέα*) Cynici in tutela Herculis. Id. Lapithis: dixi alibi. BOURD. Conviv. s. Lapith. c. 16. LEHM.

Ead. l. 9. *Ἐκκαθάραι τὸν βίον*) Sic Dial. Hercul. et Aescul. BOURD. Diall. Deor. XIII, 1. ibique *Hemsterh.* T. II. p. 328. Tribonii autem Cynici descriptionem lege Diall. Mortt. I, 2. LEHM.

Ead. l. 12. *Ἐλευθερωτὴς*) Apud *Diogen. Laërt.* l. c. aliter respondet, nempe: ἀνδρῶν ἄρχειν. SOLAN.

Ead. l. 13. *Προφήτης*) Quis jocus in illa voce a *Luciano* quaesitus sit, nescio. Nisi forte Cynicorum aliquis prophetae titulum affectaverit. Non temere autem ea appellatione usum *Lucianum*, probat repetitio ejusdem in mercatoris se-

quentibus verbis. Solan. *Antistitem* hic verti προφήτην voluit in thesauro *Stephanus*; sed mihi videbatur, hic non tam sacrum quoddam aut templum animo obversatum scriptoris, quam vocem Cynici, denuntiantem omnibus libertatem. Est enim πρόφημι etiam *proloquor, praedico.* Gesn. Ita etiam *Seyboldus.* Nihilominus omnino quidem probo *Solani* judicium, quamquam alibi jocum *Luciani* situm existimans. Ut Pythagorae, ita et Diogenis, jactantiam ridet. Ille Apollinem affectaverat; hic jam non minus magnifice se Herculem quendam profitetur (ἐλευθερωτὴν τῶν ἀνθρώπων), et Aesculapium (ἰατρὸν τῶν παθῶν). Omnino, ait singula complectens, *propheta sum veritatis libertatisque dicendi,* i. e. non *praeco,* ut Versio habet, quod foret κήρυξ et indicaret Mercurium, sed *vates,* quasi oraculorum editor vel interpres, qualis fingebatur Apollo. Ita semper vox προφήτης in veteribus, et in *Nostro* quoque, occurrit, ut notam omnino habeat impressam scientiae et professionis rei sacrae et arcanae. Sic Ammoniorum prophetae Diall. Mortt. XIII, 1. Sic per totum librum, *Alexander* inscriptum, prophetae, i. e. magi, vel incantatores, vel rerum futurarum praescii etc. Unde quam jocose *Lucianus* Diogenem se ipsum prophetam τῆς ἀληθείας καὶ παῤῥησίας appellare jubeat, apparere puto; modo noris, quae Cynica ista fuerit veritas dicendique licentia. Lehm.

Pag. 100. l. 5. *Τάφον*) *Sepulcrum* habuisse pro domo, diserte a nullo traditum invenio. Sed *Diog. Laërt.* VI. p. 143. B. C. ait, παντὶ τόπῳ ἐχρῆτο εἰς πάντα, ἀριστῶν τε καὶ καθεύδων, καὶ διαλεγόμενος. Dolium vero vulgo notissimum. Vid. eund. ibid. C. D. ubi quos in usus comparatum ibi steterit, ignorare me fateor. Solan. Licet alibi non tradatur, Diogenem in sepulcro habitasse, tamen id probabile est ei exprobrari, ut homini vilissimis rebus contento, et pauperrimorum vitam imitanti. Habitari enim sepulcra potuisse, non solum ex Nov. Foed. *Luc.* VIII, 27. sed et ex *Petron.* cap. 111. de matrona Ephesia aliisque notissimum. Reitz.

Ead. l. 6. *Ὀπισθογράφων*) Tu vide, an sit ut apud Satyrarum poëtam, *scriptus et in tergo* etc. *Juven.* I, 6. Coll. Gal. Vide, quae citat ex *Herm. Barbaro H. Stephanus* in v. ὀπισθόγραφος. Leed. Voluminibus enim ditiores utebantur, quorum interior tantum pagina scripta, exterior pura erat. Solan. Vid. *Hugon.* de prima orig. scribendi, et ad eum notas Consultiss. *J. G. Trotzii* p. 98. Reitz.

Ead. l. 7. *Τοῦ μεγάλου β.*) Sic *Aristoph.* in Plut. v. 170. Μέγας δὲ βασιλεὺς οὐχὶ διὰ τοῦτον κομᾷ; ubi *Scholiastes* inquit,

Τὸν τῶν Περσῶν λέγει· οὕτως γὰρ ἔλεγον αὐτὸν διὰ τὸ πλείονι δυνάμει χρῆσθαι Περσικῇ. VORST.

Ead, l. 11. *Χελώνης, ἢ καράβου τὸ δέρμα*) Vid. *Aristophan.* Vesp. v. 1284. et *Kust.* not. Ms. Hoc *Hemsterh.* margini adleverat. REITZ.

Pag. 101. l. 2. *Ἡ φρὴν*) *Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ' ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.* *Eurip.* Hippol. 612. SOLAN. Nobilis versus Hippol. 612. *Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ' ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος*, ubi vid. *Barnes.* et add. *Spanhem.* ad *Aristoph.* Ran. 102. *Plato* Theaet. p. 119. E. *Ἡ μὲν γλῶσσα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται, ἡ δὲ φρὴν οὐκ ἀνέλεγκτος·* idque *Εὐριπίδειόν τι* vocat. GESN.

Ead. l. 7. *Βάρβαρος*) Stoicos intelligit. *Arnob.* adv. gentes I. p. m. 49. scripturam sacram defendens, *maxime*, inquit, *cum sciamus etiam, quosdam sapientiae deditos non tantum abjecisse sermonis cultum, verum etiam, cum possent ornatius atque uberius eloqui, trivialem studio humilitatem secutos, ne corrumperent scilicet gravitatis rigorem, et sophistica se potius ostentatione jactarent.* SOLAN. Pro eo, quod mox sequitur, *ἀπηχὲς* *Belinus* maluit *ἀπηνὲς*, quippe non adsecutus genuinam vocabuli vim, quam quidem in eo ponit, *quod nullum edat sonum, vel certe tam tenuem, quem echo reddere nequeat.* Rectius explicant Grammatici veteres. Vid. supra ad Scholion adnotata p. 333. LEHM.

Ead. l. 11. *Ἀπόξυσον*) Puto me in versione vim verborum sic satis adsecutum esse. Vult funditus exstirpari pudorem, q. d. *abrade ipsum erubescere.* Forte praeferant alii *Erasmi* interpretationem, *erubescendi facilitatem de facie prorsus abstergas.* Sed non de sola facilitate hic sermo est; et *abstergere*, si cum *ἀποξέω* comparetur, parum vehemens. GESN. *Seyboldus* haec adnotavit: „*ἀπόξυσον*] *abrade* penitus. — Legunt alii *ἀπόξεσον*, *absterge*, quod *Gesnero*, si cum *ἀπόξυσον* comparetur, parum vehemens videtur. Sed forte *ἀπόξυσον* *nimis* vehemens.“ Non cepit itaque *Seyboldus Gesneri* mentem. Non voluit *Gesnerus* inter *ἀποξέω* et *ἀποξύω*, vel inter lectiones varias *ἀπόξυσον* et *ἀπόξεσον* distinguere, et, utra utri praestet, decernere; sed judicat modo de *Erasmi* interpretatione, quam negat vehementiae, quam verbum *ἀποξέειν* significet, parum esse convenientem. Neque dicit *Erasmum*, quod verterit *absterge*, legisse *ἀπόξεσον*, vel ita legi voluisse, — quod et ipsum *Schmiederus* falso refert Tom. II. in Addend. ad Tom. I. p. XXXVI. — imo clare significat, se *ἀπόξυσον* et *ἀποξέω* pro unius ejusdemque gentis et originis verbis habere, nec aliud quidquam agit, quam ut hujus verbi vis h. l. constituatur. Idque rectissime, ut ego existimo. Nam quum

antiquitus ξέω et ξύω, ut χέω et χύω, ῥέω et ῥύω, et ejus generis alia, eadem fuerint verba, forma tantummodo paulum differentia, tum et *Lucianus* his diversis formis, ξέω in Praesenti etc., ξύσω in Futuro etc., ita utitur, ut eandem iis tribuat potestatem, quod luculenter docebit Index. De forma itaque ἀπόξυσον h. l. praeferenda vix dubitatio esse potest; minus certum, quae vis ei statuenda, utrum Gesneriana, an Erasmiana. Qua ratione hic ἀπόξυσον τὸ ἐρυθριᾶν, eadem prorsus in Navig. c. 45. ἀποξύσας τὴν πολλὴν ταύτην κόρυζαν dictum: utrumque autem dictum Phoenicis verborum commonefacit apud *Homerum* Iliad. IX, 446.

Γῆρας ἀποξύσας, θήσειν νέον ἡβώοντα.

In his tribus locis et omnibus, quae exstant, similibus notio propria *abradendi* in metaphoricam abiit, non *vehementer* quidem, quod h. l. *Gesnero* placuit, sed *prorsus, totum aliquid, deponendi, abjiciendi*, ut nihil pristinae rei relictum maneat; quod alibi, imprimis in N. T. libris, alius metaphorae ope, de vestitu desumtae, exprimitur voce ἐκδύεσθαι, vel ἀποδύεσθαι, *exuere*. Jam si *Homerus* voluit: *senectute exuta, repubescere*, et *Lucianus* ipse in Navigii loco: *inani vanitate deposita resipiscere:* quid idem scriptor noster aliud h. l. cogitare potuit, quam: *ruborem omnino omnem dele e facie*, ut nihil tandem ejus relinquatur? Significatur nempe ἀναίδεια illa, quae summa Cynicis philosophis exprobari solebat. LEHM.

Ead. l. 14. *Μὴ ξένον προσιέμενος*) H. e. ut vertit interpres, *et sine ullo commercio esse velis, neque amicum, neque hospitem adeundo.* Tu vero postrema illa mecum potius verte: *neque amicum, neque hospitem admittendo:* nam προσίεσθαί τινα non est *adire aliquem*; sed *aliquem ad se admittere, aditum conveniendi dare alicui.* *Aelian.* lib. IX. V. H. c. 3. *Κλεῖτος δὲ, εἴποτε μέλλοι τισὶ χρηματίζειν, ἐπὶ πορφυρῶν βαδίζων εἱμάτων τοὺς δεομένους προσίετο, Clitus vero, si quando auditurus erat quosdam, inambulans stragulis purpureis, admittebat desiderantes:* et passim alibi apud eundem et alios. L. Bos *Anim. ad Lucian.* p. 60.

Ibid. *Κατάλυσις — τῆς ἀρχῆς*) Hic deridiculi gratia inducit Diogenem, quasi regem, cui sint arcana quaedam imperii, quae evulgari non oportet, ne majestas ejus vilescat. CLER. Manca esse textus verba, intellexit *Belinus*, modo tenuisset *manca* esse. Sed quum, quo commode explerentur, non haberet, in animum induxit vocem genuinam ἀρχῆς corrigere, et, quod substituendum videbatur, ἀρετῆς fulcire comparato simili loco Timon. c. 42. ubi tamen quae leguntur Timonis verba: *καὶ τὸ οἰκτεῖραι δακρύοντα, καὶ ἐπι-*

κουρῆσαι δεομένῳ, παρανομία, καὶ κατάλυσις τῶν ἐθῶν, plus ad ἀρχῆς, quam ad ἀρετῆς, commendandum manifesto conferunt. Imo ἄρχοντα se praedicat Diogenes pariter ac Timon iste, et ἄρχοντα quidem, ut paullo ante diserte dixerat, εὐδαιμονέστερον τοῦ μεγάλου βασιλέως, idque non temere, quum, cui non imperetur, is jure imperare dicatur. Jam de hoc imperio suo actum iri affirmat, ubi vita solitaria relicta amicos, hospitesve, admiserit. Sic apparere puto, salva esse, quae leguntur, verba, modo in textu addas, quem Interpres Latinus ex suo addidit, Genitivum nominis, legasque adeo τῆς σῆς ἀρχῆς. Sed Pronomen hoc saepe a librariis ob similem praecedentis Articuli vel sonum, vel figuram, omitti solitum, docui ad Timon. c. 34. T. I. p. 436. LEHM.

Pag. 102. l. 1. *Ἐν ὄψει δὲ πάντων*) Qui haec aliter aut vertunt, aut intelligunt, non satis memores videntur Cynicae Sectae institutorum. Adeant itaque *Luciani* libellos de morte Peregrini, et Lapithas; indeque discant, quae alii, conspectum hominum fugientes, ac ne tum quidem sine aliquo pudore, faciant, ea Cynicos in propatulo ex instituto suo, et turpiora etiam patrasse. Adeant et *Lactantium* III, 15. f. *Nam quid ego de Cynicis*, inquit, *loquar? quibus in propatulo coire cum conjugibus mos fuit?* Sic Crates cum uxore palam in Poecile rem habuit. Vid. *Tatian.* et notas p. 15. Plura in eam rem testimonia apud *Menagium* invenies ad *Diog. Laërt.* p. 155. E. et apud ipsum *Diog.* p. 154. B. C. SOLAN.

Ead. l. 2. *Ποιήσειεν ἄν τις θαῤῥῶν, ποίει*) Sic male interpunctus hic locus hodie legitur; et mala inde, ut vara sequitur vibiam, ac recedens ab mente auctoris nata est versio, *In conspectu vero omnium ea facias, quae ne privatim quidem quispiam alius facere ausit.* Sed legendum, *Ἐν ὄψει δὲ πάντων, ἃ μηδ' ἰδίᾳ ποιήσειεν ἄν τις, θαῤῥῶν ποίει*, et reddendum, *In oculis vero omnium, quae nemo ullus privatim et remotis arbitris facere in animum induxerit, tu audacter fac.* JENS. Occupaverat rectam interpunctionem B. 1. LEHM.

Ead. l. 3. *Πολύποδα ὠμὸν*) Alludit hic ad Diogenis mortem, qui quod nunc emtori suadet, ipse in se admisisse traditur. Consule *Diogen. Laërt.* 156. A. B. et in eum locum eruditiss. *Menagii* emendationem certissimam, qua pro βοὸς πόδα, πολύποδα restituit. *Tat.* p. 8. *Athen.* VIII, 5. *Julian.* Or. VI. in. et *Plut.* an aqua etc. *Sotades* apud *Stob.* XCVI. SOLAN.

Ead. l. 9. *Καὶ ἰδιώτης γὰρ ἂν ᾖς ἤτοι σκυτοδέψης*) Non bene expressit *Benedictus*, *etsi plebejus fueris.* Quid enim? an

σκυτοδέψης quisquam est non plebejus? Sic et in aliis opificiis. Plenior sane *Bolerus, etiamsi ex vulgo aliquis fueris idiota.* Sed vertendum simpliciter, *sive ignarus et imperitus fueris, sive sutor.* Gron. *Si sis imperitus,* non *plebejus,* ut habet interpres, qui in hac voce saepe offendit. Cler. De voce ἰδιώτης egerat cl. *Jens.* in Lect. Luc. p. 91. occasione verborum, *τέχνην βάναυσον*, ad Dial. Deor. XV. 1. quam observationem, ut nimis longam, credo, cum cl. *Hemsterh.* ibi non inseruerit, hic illa, quae ad voc. ἰδιώτην spectant, addimus; sed in compendium redacta: Non nego, ἰδιώτην βίον significare aliquando simpliciter vitam privatam. hic vero satis manifestum puto, capi pro vita *rudi, indocta, impolita, inculta,* quia opponitur sapientiae studio. Sic homo rudis et ignarus significatur Hermotimo cap. 81. Item Aelian. IV. *Ποικιλ.* 15. Et XII, 50. ex *Thucyd.* Sic apud Latinos quoque (vid. Cic. IV. in Verr. 2.) *intelligenti* et *ingenioso* opponitur *idiota.* Reitz. Plura vid. in Indice. Lehm.

Pag. 103. l. 1. *Κηπωρὸς*) Sic scribitur etiam apud *Poll.* I, 222. VII, 140. Attice: in N. T. κηπουρός. Leed. Morem gessi *Joh. Seagero* in Class. Journ. N. XVII. a. 1814. p. 160. observanti, male *ἐν καιρῷ* versum *opportune*, quum sit *utilis,* et probanti hanc interpretationem loco *Eurip.* Troad. (v. 739.)

Τὸ δ' ἐσθλὸν οὐκ εἰς καιρὸν ἦλθέ σοι πατρός.

quo et ipso loco Interpres Latinus vocabulo *opportune* usus est. Quamquam in utroque loco nec incommode, nec obscure, per vocem *opportune* textus Graeci sententiam reddi ingenue fateor. Lehm.

Ead. l. 6. *Κυρηναῖον*) Aristippum designat *Cyrenaeum* et famosae Cyrenaicorum sectae parentem. Solan. Verius haud dubie, et aequius, quam *Noster* hic et alibi, ut Diall. Mortt. XX, 5. Necyom. c. 13., philosophiam et mores Aristippi descripsit *Wielandius* passim ad *Horatii* Epistolas, imprimis ad L. I. Ep. I. et in libro suo Agathon P. III. p. 169. Lehm.

Pag. 104. l. 6. *Ὀψοποιὸς ἐμπειρότατος*] Parasit. c. 33. ὥςτε τοὺς ὀψοποιοὺς ὁσημέραι ἔπεμπε παρὰ τοῦτον (Aristippum) ὁ *Διονύσιος*, ὡς παρ' αὐτοῦ μαθησομένους. Deinceps pro verbis: *καὶ ὅλως, σοφιστὴς ἡδυπαθείας C. G. Jacob.* in Bibl. Crit. Hildes. P. I. Fasc. I. p. 160. mavult *καὶ ὅλος σοφ. ἡδ.* et provocat ad similes, quas cogitat, locutiones Lucianeas Diall. Mortt. XIV, 5. et De Sacriff. c. 14. Melius contulisset similiora Diogenis verba supra c. 8. *Ἐλευθερωτής εἰμι τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἰατρὸς τῶν παθῶν· τὸ δ' ὅλον, ἀληθείας καὶ παῤῥησίας προφήτης εἶναι βούλομαι.* et prudentius omnino respexisset *Luciani* dicendi habitum solennem, quem ex his

cognoscere licebit locis: Timon. c. 55. Prom. s. Cauc. c. 1. Diall. Deor. IV, 3. VI, 3. XII, 1. XVIII, 1. 2. et supra Vit. Auct. c. 10. unde quid sit *καὶ ὅλως*, et quam parum h. l. tentandum, elucebit. Lehm.

Ead. l. 8. *Περὶ Σικελίαν*) Construe *περὶ Σικελίαν* cum *τοῖς τυράννοις*, non cum *ἐδούλευσε*· nam *τύραννοι περὶ Σικελίαν* sunt *tyranni Siculi*, ut *οἱ περὶ Πλάτωνα*, *Platonici*. Leed.

Pag. 105. l. 1. *Ἄπρακτος ἔοικεν, ὦ Ζεῦ, οὗτος ἡμῖν μένειν*) Leg. ex Ms. ut olim conjeceram, *ἄπρατος ἔοικεν, ὦ Ζεῦ, οὗτος ἡμῖν μένειν*· et sic legisse videtur Latinus interpres, qui recte vertit: *Iste, o Jupiter, quantum apparet, inemtus nobis manebit.* sic et eodem modo c. seq. scribendum *ἄπρατοι καὶ οὗτοι μένουσι*· mox ex eodem Ms. repone, *ἅμα γὰρ αὐτὼ πεπρᾶσθαι βούλομαι*· *ambo enim vendere simul volo:* in edd. *βούλεσθον, volunt:* et statim idem liber, *ὁ δέ τινα ἔοικε πενθῶν*· quod est *ἑλληνικώτερον*, quam vulgatum *πενθεῖν*· mox male vertitur, *ἐγὼ δὲ κέλομαι πᾶσιν ἡβηδὸν οἰμώζειν*, *at ego omnes a pueris plorare jubeo*, cum *ἡβηδὸν*, sit *omnes, cujuscunque aetatis*, ut dudum viri docti observarunt: vide *Suidam*, et Glossas *Herodoti* a viro doctiss. *Gothofredo Jungermanno*, meo necessario, olim cum *Herodoto* editas. Graev. *Ἄπρατος* praeter Ms. P. L. et ed. J. in reliquis mendose legitur *ἄπρακτος*. Solan.

Ead. l. 3. *Ἀβδηρόθεν — Ἐφέσου*) Abdera patria Democriti; Ephesus Heracliti: ambo Dialecto Ionica loquuntur. Solan.

Ead. l. 4. *Βούλομαι*) Sic iterum MS. Gr. P. et ed. J. Quod autem in reliquis libris est *βούλεσθον*, absurdum prorsus est. Quis enim probet, viros tam sibi dissimiles in una eademque familia cupiisse vivere? Solan.

Ead. l. 8. *Ἔοικε πενθεῖν*) In MS. *Graevii* p. 968. pro *πενθεῖν*, legitur *πενθῶν*, idque ait vir cl. *ἑλληνικώτερον*. Fateor; sed utrumque amat *Noster:* nam rursum eadem hac pagina, *Ἄπρακτος ἔοικεν ὦ Ζεῦ, οὗτος ἡμῖν μένειν*· et post c. 20. *Ἐοίκασι δ' οὖν πολύ τι πλῆθος αὐτὸν περιμένειν*. Jens. *Πενθῶν*) Iterum ex Ms. Gr. P. et ed. J. venustius enim est vulgato *πενθεῖν*. Nisi forsan *πενθῶντι* scriptum oportuisse censeas. Solan. Revera sic censuit *Belinus*. Sed quam optimi Codd. et Ed. Junt. tuentur lectionem, maxime etiam fulcit lectissimi *Schaeferi* auctoritas ad *Long.* p. 367. qui ibi contendit frequentiora nos hujus constructionis exempla habituros esse, si per librarios aut editores licuisset. Lehm.

Pag. 106. l. 2. *Ἀπειρίη*) Cave, hanc vocem cum emtore de *imperitia* aut *ignoratione* intellexeris; immensum enim Demo-

crito notat. *Cic.* I. de fin. *infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo est*, i. e. Democrito. Solan. Sed ambiguitate vocis *ἀπειρία* utitur *Lucianus* satis jocose ad deridendum dogma Democriteum de infinito. Quam ambiguitatem haud infeliciter reddidit *Wielandius* vocibus, das unendliche Leere, et, ein leerer Kopf. Latinus interpres non magis assecutus, quam Francogallicus. Lehm.

Ead. l. 10. *Τὰς ἐκπυρώσιας*) Heracliti ἐκπύρωσις. Guyet.

Ead. l. 11. *Ἀλλάκως*) i. e. ἀλλὰ πῶς. Guyet.

Ead. l. 12. *Τέρψις ἀτερψίη*) Sic καιρὸς ἄκαιρος, ἄσοφος σοφία, ἀσεβὴς εὐσέβεια, et mille similia. Bourd. *Bourdelotii* errorem, τέρψις, ἀτερψίη, exponentis, quasi adjectiva essent opposita, sive oxymora, ut καιρὸς ἄκαιρος et similia, et conjunctim legenda, facile per se quisque deteget. Plura forent monenda, si spatium esset. Reitz.

Pag. 107. l. 1. *Ἄνω*) Heracliticam illam philosophiam inprimis declaravit *Hippocrates*, cujus hic conf. de Diaeta I, 6. *Γενέσθαι καὶ ἀπολέσθαι τωὐτὸ ξυμμιγῆναι καὶ διακριθῆναι τωὐτὸ κ. τ. λ.* totus locus lectu dignissimus. Gesn.

Ead. l. 4. *Διαφερόμενος*) *Hesychius* etiam μαχόμενος. *Suidas* ἐρίζων, φιλονεικῶν. Solan.

Ead. l. 9. *Γρίφους συντιθεὶς*) Hoc in Heraclito omnes antiqui reprehenderunt, (vid. *Diog. Laërt.* p. 238. C. et 389.) praecipue in ejus scriptis ita ambiguis, ut quomodo interpungi debuerint, non satis constaret. Vid. *Aristot.* Rhet. III, 5. Si plura velis, consule *Fabr.* Bibl. Gr. 760. Griphi autem, quos memorat, ab aenigmatis non multum differunt, nisi quod doctrinam et eruditionem requirunt majorem. De quibus lege, quae *Athenaeus* scripsit L. X. et *Casauboni* observationes ad ejusdem libri c. 1. Solan.

Ead. l. 11. *Ἡβηδὸν οἰμώζειν*) Non debebat verti *a pueris plorare*, quod satis bene illustravit *Faber* ad Timonem. Mox autem interpretes videntur legisse, ἄπρατοι, non ἄπρακτοι, unde ipse dialogi index βίων πρᾶσις. Gron. Alludit ad dictum Heracliti: *Ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι*, quod refert *Laërt.* IX, 2. et alii. Kuster. *Suidas* reddit ἀθρόον, i. e. *confertim, sine discrimine*. Lehm. Audis μεγαλόφρονα παρ' ὁντιναοῦν καὶ ὑπερόπτην, qualem describit *Diog. Laërt.* IX, 1. Gesn. De voce ἡβηδὸν cf. Timon. c. 37. ibique *Fabr.* Lehm.

Pag. 108. l. 3. *Ἄπρατοι*) Hoc in loco cum ceteris erravit J. edit. neque in Codd. quicquam subsidii erat. Solan.

Ead. l. 10. *Παιδεραστὴς*) Tangunt τὰ ἐρωτικὰ Socratis *Athen. Aristaen. Aristoph.* et alii, quos recenset clariss. praeses *I. Savar.* ad *Sidon.* Ego ad *Petron.* ubi interpretor illud

sequens, ὑπὸ ταυτὸν ἱμάτιον. Contra tamen multi, quos profert *Jos. Mercer.* ad *Aristaen.* Bourd.

Pag. 109. l. 1. Ἀμέλει) Hic retinere vim suam potest verbum ἀμέλει, quod alias interjectione, aut adverbio *adeo*, apud Latinos permutandum est. Gesn.

Ibid. Κἂν ὑπὸ etc.) Vid. *Plat.* in συμπ. 334. (c. 34, 9.) Guyet. Quo loco fuse historia, quam hic tangit noster, ab Alcibiade narratur. V. et *Corn. Nep.* VII. Alcib. c. 2. cujus aetate non deerant, qui Socrati id vitio verterent, cui vivo ne licentia quidem Comica turpitudinis hac in parte notam inurere ausa est, tum cum maxime eum insectaretur. Eandem tamen calumniam alibi etiam passim tangit noster. Vid. Ver. Hist. II, 19. et Eunuch. 9. Solan. Modestius tangit Diall. Mortt. XX, 4. ubi vid. *Solan.* et *Faber* ad De Mort. Peregr. c. 43. et e recentioribus potissimum, quem *Seyboldus* laudavit, *Eberhardus* in libro: Neue Apologie des Socrates pag. 5. sq. Lehm.

Ibid. Ὑπὸ ταὐτὸν ἱμάτιον) *Vesticontubernium facere* dixit *Petronius.* Vorst.

Ibid. Ταὐτὸν) Ταὐτὸν et τοιοῦτον Attici saepe, pro τὸ αὐτὸ et τοιοῦτο. *Aristophan.* Plut. 253. ταὐτὸν θύμον. Τὸ θύμον enim neutr. esse, vid. *Schol.* h. l. Idem v. 898. Ἐπεὶ τοιοῦτον ἀμπέχεται τριβώνιον. Et *Pausan.* p. 281. τοῦτον πέλαγος. Plura *Mattaire* de Dialect. p. 37. Sed *Pollucis* interpres Latinus L. IX. c. 8. p. 1122. ταὐτὸν masc. gen. vertit; verum cum ex MS. in notis adferatur αὐτὸν, id potius ibi in textum recipiendum crederem. Reitz.

Ead. l. 7. Κύνα — πλάτανον) Per canem et anserem dejerasse, auctor est *Lactantius* III, 20. Vid. *Plat.* 102. 8. C. G. et 36. 2. *Suid. Aelian. Cic. Quintil.* III. *Aristoph.* Avibus. Thespesion. ad Apollonium Tyan. apud *Philostr.* p. 257. Ἐγένετό τις, ἔφη, Σωκράτης, Ἀθηναῖος, ἀνόητος, ὥςπερ ἡμεῖς, γέρων, ὃς τὸν κύνα, καὶ τὴν χῆνα, καὶ τὴν πλάτανον, θεούς τε ἡγεῖτο καὶ ὤμνυ. οὐκ ἀνόητος, εἶπεν (Apollonius) ἀλλὰ θεῖος, καὶ ἀτεχνῶς σοφός· ὤμνυ γὰρ ταῦτα, οὐχ᾽ ὡς θεοὺς, ἀλλ᾽ ἵνα μὴ θεοὺς ὤμνυ. Ubi doct. interpres observat, *Suidam* v. χῆνα ὀμνῦναι, et *Hesychium* v. Ῥαδαμάνθιος ὅρκος, iisque graviorem auctorem *Porphyrium* L. III. de abstinentia §. 16. narrare, Rhadamanthum legem tulisse, ut *per anserem* aliaque ejus generis juramenta fierent, ὑπὲρ τοῦ μὴ τοὺς θεοὺς ἐπὶ πᾶσιν ὀνομάζειν. Addereque diserte *Porphyrium*, Rhadamanthi imitatione hoc fecisse Socratem. Vide nostrum iterum Icarom. c. 9. Solan.

Pag. 110. l. 3. *Οἰκῶ μὲν*) Quae ab hoc inde loco dicuntur de Socrate, ea aeque, vel potius etiam in Platonem dicta videri possunt, de republica, de communione mulierum, de fortium praemiis, de ideis. Et potest aliquis putare, vitiose, et per aliquam superioris temporis injuriam excidisse Platonis in hoc dialogo mentionem, cum is in eo, qui sequitur, libello graviter adeo suas injurias, hic illatas sibi, persequatur. Verum enimvero, cui ratio scriptorum Platonis nota est, in quibus suam ille sententiam, et ea nominatim, quae hic perstringit Lucianus, sub Socratis nomine consuevit proponere: unam hac in re esse Socratis et Platonis personam, unam illatam simul ambobus injuriam, facile intelliget. Itaque passim laudant Socratem, qui Platonis sententiam commemorant, qua de re *Fabr.* B. G. 2, 22. p. 826. seq. Ut Scipionem laudat Cicero apud *Lactantium* de Opif. Dei I, 13. non ipsum librorum de republ. auctorem, quod *Cellario* excidit; sed quod is loquens a Tullio inductus fuerat. Igitur intregra et sana omnia puto. Gesn.

Ead. l. 13. *Τί δὲ περὶ — Βαβαὶ τ. φιλοδωρίας*) *Max. Tyr.* Diss. XXIV, 4. *Πόλιν δὲ οἰκίζων (Σωκράτης) ἀγαθῶν ἀνδρῶν, τιθεὶς νόμους τοῖς ἀριστεύουσιν, οὐ στέφανον, οὐδὲ εἰκόνας, τὰς Ἑλληνικὰς φλυαρίας, δωρεῖται· ἀλλ' ἐξεῖναι φιλεῖν τῷ ἀρίστῳ, εἰ δή τινα ἂν θέλῃ (l. θέλοι) τῶν καλῶν. Ὢ τοῦ θαυμαστοῦ γέρως.* Belin. *Luciani* locus ibi non praeteriit *Davisium.* Conf. *Plat.* lib. V. de Rep. p. 464. a. Bip.

Pag. 111. l. 7. *Οὐκ ἂν εἶεν*) Nimirum sunt ea tantum, quae manent et non mutantur in horas, in quo genere Deus, ac deinde ideae, quae nimirum in et cum ipso Deo ab omni aeternitate fuerunt, sunt, eruntque. Gesn.

Ead. l. 10. *Κἀμὲ ἄλλον*) Loquitur de ideis, *ἐγὼ δὲ πάντων ὁρῶ εἰκόνας, καί σὲ ἀφανῆ κἀμὲ ἄλλον·* sic omnino legendum: perperam, *κἀμὲ ἄλλου* in editis. Graev. *Ἄλλον* ex Mss. Gr. P. L. et *Par.* ed. Solan. Cum in Ed. *Benedicti* etiam legeretur *ἄλλου*, *F. Guyet.* jam monuit legendum *ἄλλον.* Reitz.

Pag. 112. l. 2. *Δίων Συρακ.*) Socratem hic a Dione emtum fingit, propter Dionis summum erga Platonem studium, de quo consule *C. Nep.* in Dione. Viginti minis autem revera vaeniisse in Sicilia Platonem, tradit *Diodor. Sic.* XV. pag. 461. *Συῤῥ* — antea mendose hic legebatur. Ceterum quanquam Socratis persona in Codd. impr. legatur, omnia propemodum Platonem tangunt. Solan.

Ead. l. 4. *Γελῶντος — μαθητὴς*) Ideo Democriti discipulus dicitur, quia totam de Atomis theoriam ab eo habet;

Aristippi autem, quia de voluptate idem uterque multis sensisse visus est. *Diog. Laërt.* p. 268. A. veteres adducit asserentes, *τὰ Δημοκρίτου περὶ τῶν ἀτόμων, καὶ Ἀριστίππου περὶ τῆς ἡδονῆς, ὡς ἴδια λέγειν.* SOLAN

Ead. l. 5. *Μεθύοντος*) Intellige Aristipp. GUYET.

Ead. l. 10. *Τὸ δεῖνα δὲ*) Hanc vel similem sententiam hic postulari video: verba *τὸ δεῖνα δὲ* quid sibi velint, nondum plane adsequor. An *τόδ' εἰπὲ ὅπως εἴδω, hoc dic, ut sciam?* GESN. Etiam *Seyboldus* corrigi vult, sic quidem: *τὸν δεῖνα δὲ ὅπως ἴδω, (εἰπέ μοι) τίσι χαίρει* etc. atque hunc constituit sensum: *Dixisti jam mihi quaedam de eo, esse gulae deditum improbumque. ut tamen penitius hominem hunc noscam* (damit ich meinen Mann recht kennen lerne) *dic mihi et hoc, quibus gaudeat cibis?* His aliquid fulcri accedere videtur eo, quod Basil. 1. revera hanc lectionem *τὸν δεῖνα* ostendit; sed casu id factum opinor; certe rationis parum inest huic lectioni, quum notio *τοῦ δεῖνα* usu recepta eam prorsus respuat. Unice recte legitur *τὸ δεῖνα*, ut statuit *Jo. Seagerus* in Class. Journ. No. XVII. a. 1814. p. 160. et No. XXXVI. a. 1818. p. 318. qui ita explicat: „*Τὸ δεῖνα* interjectio est, qua utebantur, quum subito in mentem venisset aliquid, cujus obliviscì periculosum vel certe incommodum fuisset." Illustrat hanc loqendi rationem locis *Aristoph.* Lysistr. v. 925. Avv. v. 648. Vespp. 425. et ipsius *Luciani* Bis Accus. c. 23. Unde patet familiari potissimum, vel Comico, sermoni hanc locutionem convenire, et respondere Plautinae et Terentianae illi: *Sed quid ais?* Ejusdem coloris est: *Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων* in Charon. c. 24. in. de qua Tom. II. p. 543. Ad perspicuitatem juvandam non opus quidem, sed haud inutilè tamen, fuerit, cum *Seagero* exclamationis nota naturam terminosque formulae definiri. LEHM.

Ead. l. 13. *Τὰς ἰσχάδας*) *Ἰσχάδας καὶ παλάθας τῶν καρικῶν καὶ τὰ γλυκέα καὶ μελιτώδη* potissimum cupiebant. ipse passim Dial. seq. et aliis passim. *Athen.* BOURD.

Ead. l. 14. *Παλάθας τῶν καρικῶν*) *Emam enim illi massas carycarum.* Sic vertit interpres; male. Nam si scriptum invenerat *καρυκῶν*, debebat emendare et legere *καρικῶν*, et vertere *massas Caricarum*, seu *ficuum e Caria.* Nam et *παλάθη*, teste *Eustathio*, est *τῶν καρικῶν ἐπισύνθεσις*, quod Gallice dicimus *un cabas de figues:* et de ficubus hoc loco agitur: nam dixerat *τὰ γλυκέα σιτεῖται καὶ μάλιστα τὰς ἰσχάδας, dulcibus vescitur, et praecipue ficubus aridis:* et infra in Revivisc. *παλάθην ἰσχάδων* dicit. At Caryca fuit intritum quoddam, vel

condimentum ex sanguine aliis rebus admixto factum, de quo nulla hic mentio: ficus vero e Rhodo et Cauno Caricis urbibus passim distrahebantur, et in Italiam usque portabantur, ut patet ex M. Crassi historia apud *Ciceronem* lib. 7. de Divinatione (II, 40.): *Cum M. Crassus exercitum Brundisii imponeret, quidam in portu Caricas Cauno advectas vendens, Caunae has, clamitabat.* Sic et Chelidoniae ficus, a Chelidoniis insulis non longe a Cariae litore sic dictae. Ergo totus ille tractus Cariae a Rhodo usque ad Chelidonias ficubus abundabat. Ideo et viliori pretio distrahebantur, et utiliores ad mancipia pascenda, quod hic spectat emtor Diogenis. De ficubus autem e Rhodo, Cauno, et Chelidoniis, vide *Athen.* lib. 3. c. 3. Plura possem congerere, sed haec credo sufficiunt ad firmandam lectionem *καρικῶν*. Palm.

Pag. 113. l. 1. *Τὸν ἐν χρῷ κουρίαν ἐκεῖνον*) *Detonsum.* Mirum est, interpretes in his omnibus dialog. hac in re peccasse; dico postea. Angl. *ἐν χρῷ κουρίαν ἐκ.* Bourd. *Κουρίαν* postulat sensus; nec deest auctoritas. Sic enim in Angl. teste *Bourdelotio* legitur. Sic etiam P. et L. et sic citatur in *Const.* Lexico. Praeterea sic etiam legitur in Fugitt. c. 27. *ὑπώχρον, ἐν χρῷ κουρίαν, ἐν γενείῳ βαθεῖ.* Reliqui libri omnes hic *κουρίας*, mendose. Sed jam ad rem ipsam: qui factum est, inquies, ut, qui barbam radere nolebant Stoici, comam alere recusarint? Verbo dicam; quia muliercularum hoc esse putabant comam promittere, in eoque cum gravissimis omnium ordinum viris sentiebant; in eo diversi, quod cum ceteri brevi quidem coma, sed eleganti uterentur, Stoici forcipe, cute tenus, ovium in modum caput tonderent. Cujus instituti ratio aut superbiae eorum imputari debet, quo se a ceteris, ut *barba* et *pallio*, ita et hac etiam ratione distinguerent; aut gravitati, ne cultu isto sibi aut aliis nimium placerent. Qua in re ut errasse eos facile concesserim, ita nec nostros mores hodiernos defendere sustineo, apud quos coma ascititia vulgo nunc toti cooperti viri vel feminas ipsa hac in parte luxu anteeunt. *Casaubonus* aliter rem intelligit, quem si lubet, consule ad *Theophr.* Char. p. 240. *ἐν χρῷ κουρίας· non est curiose caput detonsum, uti nos hodie in barba radenda multi sumus. abhorrent haec a Cynicorum ingenio, qui procul dubio, forcipe et crassa Minerva capillos tondebant, non novacula radebant.* Vid. omnino Fugitt. c. 27. et quae illic annotata exstant. *Theophrastus π. μικρολογίας*, avaros ait istos esse *ἐν χρῷ κειρομένους*, p. 34. Idem, siquidem genuinus est ille foetus, cap. *π. ὀλιγαρχίας*, p. 70. C. de viro optimatium partes sectante dicit, eum *μέσην κουρὰν κεκαρμένον*.

Diogenes heriles filios *ἐν χρῷ κουρίας τε καὶ ἀκαλλωπίστους εἰργάζετο, καὶ ἀχίτωνας καὶ ἀνυποδέτους. Diog. Laërt.* 145. B. *Hor.* Epist. 18. I. v. 6. asperitatis agrestis esse ait *tonsam cutem.* Adde his omnibus et nostrum de re ipsa et phrasi Pisc. c. 46. et Bis Acc. c. 20. Solan.

Ead. l. 3. *Πολύ τι πλῆθος*) Unde haec tanta in foro exspectatio, facile intelligent, qui haec M. Aurelio Stoico imperante scripta meminerint. Solan.

Ead. l. 8. *Ὅτι μόνος οὗτος σοφὸς* etc.] *Horat.* Epist. I, 1. sub finem:

— sapiens uno minor est Jove, dives,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.

quem locum commode contulit *Scyboldus.* Facit huc alius quoque ex eodem *Horatio* Serm. I, 3. inprimis a v. 124. — fin. citante Horatianae sapientiae optimo inter nostrates interprete *Wielandio.* Lehm.

Ead. l. 10. *ΑΓΟ.*) Sic legendum pro *ΕΡΜ.* etiam monuit *Guyetus.* Reitz.

Pag. 114. l. 4. *Ἐφ' ἡμῖν*) *Ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπόληψις, ὁρμή, ὄρεξις, ἔκκλισις·* licet enim his uti tanquam nostris. *Οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, ἡ δόξα, καὶ ὅσα τῆς τύχης δοκεῖ.* In Enchiridio *Epicteti* circa initium: *καὶ ὅρα περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητικῶν φαντασιῶν. G.* Satis intelligit, quid hic illudat *Lucianus,* qui legit *Epicteti* Enchiridion. Leed.

Ibid. Ἀδιάφορα εἶναι συμβέβηκε) Interpres, *indifferentia esse solent.* Verte, *indifferentia sunt:* nam ea est vis locutionis Graecae frequentissima; nec Stoici dicebant, ea, quae non pendent a nobis, solere esse indifferentia, sed semper esse sapienti. Verbum *συμβαίνειν* in hac et similibus locutionibus aeque *παρέλκει,* ac verbum *τυγχάνειν.* Cler. Imo non magis hoc, quam illud; de qua quidem re, ex quo Grammatica subtilius tractari coeperunt, vix dubitatio amplius esse potest. Lehm.

Ead. l. 5. *Μανθάνω ἃ λέγεις*) Angl. *ὅτι καὶ λεγ.* sic idem Cod. pro *ὁποίων καὶ ὁπόσων* habet *ὁποία καὶ ὁπόσα.* Bourd.

Ead. l. 6. *Τὰ μέν ἐστι προηγμένα*) Stoicus, ex suae familiae disciplina dividit bona inter *προηγμένα* et *ἀποπροηγμένα· προηγμένα Cicero* vertit *producta,* quae aliis in eligendo praeferuntur; *ἀποπροηγμένα* interpretatur *rejecta,* quae nulla aestimatione digna sint: vide *Lipsii* manuductionem ad Stoicam philosophiam 11, 23. Graev. Vid. *Diog. Laërt.* in Zenone p. 189. B. unde disces haec vocabula de rebus sua quasi natura indifferentibus ab iis usurpata: quarum tamen aliae aliis anteponendae. Solan. *Cic.* de finibus III, 4. *Proëgmena* et *apoproëgmena* non minus ferenda esse ait, quam *ephip-*

pia et *acratophora*, ac tamen deinde *praeposita* et *rejecta* dici posse ostendit. Add. de fin. IV, 26. Nempe *valere, locupletem esse, non dolere,* bona *non dicit Stoicus, sed dicit Graece* προηγμένα, *Latine autem* producta: *sed* praeposita *aut* praecipua *tolerabilius et mollius. Illa autem, egestatem, morbum, dolorem, non appellat* mala, *sed si libet* rejectanea. *Itaque illa non dicit se* expetere, *sed* legere; *nec* optare, *sed* sumere: *contraria autem non* fugere, *sed quasi* secernere. Gesn. In marg. edit. Paris. additum erat: προηγμένα et ἀποπροηγμένα *Cicero producta et praecipua vertit. vid.* 3. *de fin. bon.* Sed addamus verba ejus, quae reperiuntur cap. 16. libri dicti: *Ut enim,* inquit, *nemo dicit, in regia regem ipsum quasi* productum *esse ad dignitatem,* (*id enim est* προηγμένον) *sed eos, qui in aliquo honore sint, quorum ordo proxume accedit, ut secundus sit ad regium principatum: sic in vita, non ea, quae primario loco sunt, sed ea, quae secundum locum obtinent,* προηγμένα, *id est,* producta *nominentur — vel* promota *et* remota, *vel* — praeposita *et* praecipua, *et illa* rejecta etc. Reitz.

Ead. l. 10. Καταληπτικὴν φ.) Stoici phantasiam partiebantur in καταληπτικὴν et ἀκατάληπτον. Vide Academica *Petri Valentiae.* Vorst. Vid. *Diog. Laërt.* 175. B. et 177. A. Solan. Vid. etiam *Cic.* III. de Fin. c. 4. ubi *proëgmenis* etiam Latinis adsumendum vocabulum docet, et ibid. cap. 5. med. ubi καταλήψεις exponit, *rerum cognitiones et comprehensiones* ac *perceptiones*, ut *Davis.* ib. pluribus ejusdem *Ciceronis* testimoniis docet, Reitz.

Ead. l. 12. Σύμβαμα) Sciendum est, inquit *Priscianus*, quod has quidem constructiones, quae per nominativum absolvuntur, Stoici ἀξιώματα, καὶ συμβάματα, i. e. *dignitates*, vel *congruitates* vocabant: ut, *ego Priscianus scribo, Apollonius ambulat.* Illae vero, quibus transitiones ab alia ad aliam fiunt personam, in quibus necesse est cum nominativo etiam obliquum aliquem casum proferri, παρασυμβάματα dicebant: hoc est minus, quam congruitates, ut, *Cicero patriam servat. Ammonius:* ἂν μὲν οὖν ὀνόματός τι κατηγορηθὲν, ἀπόφανσιν ποιῇ, κατηγόρημα, καὶ σύμβαμα παρ' αὐτοῖς (Stoicis) ὀνομάζεται, συμβαίνει γὰρ ἄμφω τ' αὐτὸν, ὡς τὸ περιπατεῖ· οἷον Σωκράτης περιπατεῖ, ἂν δὲ πτώσεως παρασύμβαμα ὁσανεὶ παρακείμενον τῷ συμβάματι, καὶ ὂν οἷον παρακατηγόρημα, ὡς ἔχει τὸ μεταμέλει· οἷον, Σωκράτει μεταμέλει. Brod. V. *Burs.* dial. Cicer. Guyet. Priorem vocem secundum Stoicorum mentem *Diog. Laërt.* enarrat in *Zen.* vita jam laudata, pag. 179. C. D. *Noster* etiam mox, sed jocose. V. *Cogn.* 128. et *Suid.* Solan.

Ibid. Ὁποίων καὶ ὁπόσων) Ὁποῖον καὶ ὁπόσον. Guyet. Ὁποῖον καὶ ὁπόσον L. quod magis arridet, quam ὁποῖα καὶ ὁπόσα A. et P. In Edd. ὁποίων καὶ ὁπόσων. Solan.

Pag. 115. l. 6. Παρασύμβαμα) Ludit festivus scurra in detorquenda significatione vocum, quae ad Grammaticam vel Dialecticam pertinent, quam discas optime ex *Apollonio* Synt. lib. 1. p. 36, 14. et lib. 3. p. 295. Verbo, σύμβαμα est praedicatum casui recto additum, ut in hac propositione, Τρύφων περιπατῶ. Sed παρασύμβαμα praedicatum casui obliquo additum, ut in hac, μεταμέλει Σωκράτει. Hic igitur σύμβαμα *congruitatem* notat, quomodo vertit et jam *Priscianus* L. 13. p. 1118. de eadem re agens: παρασύμβαμα autem, cum ab ea aliquantum receditur. Verum *Lucianus* ad verbum σύμβαμα vocat *accidens*, et παρασύμβαμα *novum accidens*, quod supervenit illi veteri ac priori, idque ridiculo exemplo declarat. Potest ipsa ambiguitas Latinis appellationibus vix ac ne vix quidem explicari, quod συμβαίνειν tum *una ire, congruere*, significat, tum *accidere* et *contingere*. Gesn.

Ead. l. 9. Τῶν λόγων πλεκτάνας) De quibus supra diximus. Habuit Chrysippus multas argumentationum species, ut Soritem, Mentientem, Crocodilitem, Cornutam, Electram, Ignavam, Achillem, Metentem, Dominantem, Neminem, et alias, quas vel ipse Aristoteles nusquam attigit: de quibus *Laërt.* in Zen. *Fab.* c. 10. lib. 1. *Themist.* Orat. 14. Ipse hoc Dial. Bourd.

Pag. 116. l. 1. Κροκόδειλος) Hinc κροκοδειλίτης λόγος *Aphthonio. Crocodilinam* vocat *Quintil.* I, 10. nos supra diximus ad Diall. Mortt. I. Solan.

Ead. l. 11. Θερίζοντα) Sophismatis hujus meminerunt et alii antiqui scriptores. Nemo autem, quod quidem sciam, exemplum affert, unde certo, quid fuerit, constet. Affert tamen ex *Ammonio* locum *Menagius*, unde quid sit θερίζων sophisma, liquere putat. Sed ex *Ammonii* verbis licet quidem conjicere, quid θερίζων fuerit; non autem diserte docemur. Vide *Menag.* not. ad *Diog. Laërt,* p. 161. A. et *Ammonium* ipsum p. m. 108. a. Hujus solutionem nummis CC emisse Zenonem, memoriae prodidit *Diog. Laërt.* 170. CD. Vid. etiam eundem 174. E. *Plut.* de fato, sub fin. Solan.

Ibid. Κυριεύοντα) Hujus, dum alia multa recenset *Diogen. Laërt.* oblitus videtur, pag. 60. A. et 174. E. Et noster infra c. 25. Nec quid sit, conjectura adsequi possum; nisi quis forsan κερατίνην vel κεράτινον reponere velit, quod minime placet, nisi accedat alicujus Codicis auctoritas. Solan. Idem syllogismus occurrit *Plutarch.* Praec. Sanit. tuend. p. 133.

B. ubi *Wyttenbachius* in Animadvv. ad *Plut.* Opp. Morr. T. II. pag. 157. ed. Lips. adiri jubet *Menagium* ad *Diog. L.* II, 108. *J. Uptonum* et *Jac. Harrisium* ad *Epictet.* Dissert. I, 19. et ante hos dudum veteris Dialecticae doctissimum interpretem *Ad. Bursium* in libro perraro, *Dialectica Ciceronis* inscripto p. 452. Sed unde nomen huic ludicro venerit, non constat. Lehm.

Ead. l. 12. Ἠλέκτραν) Haec duo posteriora Chrysippus ipse Lucianeus exemplis illustrabit. Alia ejusdem farinae videre qui volet, adeat *Diog. Laërt.* in Euclide p. 60. A. 174. E. 183. F. ψευδόμενος, διαλανθάνων, Ἠλέκτρα, ἐγκεκαλυμμένος, σωρείτης, κερατίνης et φαλακρός. et apud *Plut.* l. c. ἀργός. quae omnia Logicis fusius explicanda relinquimus. V. *Cresoll.* AG. X, 70. Solan.

Ibid. Ἐγκεκαλυμμένον) Auctor hujus Cronus Diodorus, teste *Diogen. Laërt.* p. 60. f. meminit et alibi, ut 174. E. et 212. BC. ubi librum a Chrysippo de eo scriptum tradit. Hinc credo ductum nomen fabulae *Anthippi*, quam memorat *Athen.* 403. E. ἐγκαλυπτόμενος. Solan.

Pag. 117. l. 14. Τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν) Notaverat cl. *Hemsterh.* ad marg. ed. Graev. *Davis.* ad *Cic.* Tusc. Disp. L. V. p. 365. ed. 2. Sunt autem verba *Ciceronis*, quae ad illustrandum *Lucianum* faciunt: *Nihil bonum, nisi vacuitatem doloris, ut Hieronymus: Nihil bonum, nisi naturae primis bonis aut omnibus aut maximis frui* etc. Ubi *Davis.* pluribus demonstrat, per *prima naturae* significari *sanam mentem*, *valetudinem prosperam et si qua similia.* Reitz. Scribendum primum erat τὰ πρῶτα τὰ κατὰ φύσιν. quippe excidit Articulus ob praecedentis vocis syllabam extremam. Deinde καταγενήσομαι temere describenti librario debetur, qui prae modo lecta Praepositione κατὰ neglecto vocabulo τότε illam in hujus locum substituisset. Sed tuentur τότε Codd. 3011. et Gorl. Jam quid sibi velit Chrysippus, haud obscurum est, modo scias, id quod constat, εἶναι s. γενέσθαι περί τι esse *versari in aliqua re, agere aliquid*; quod idem et Versio Latina, modo obscurius paullo, expressit. Longissime aberravit *Belinus*, ejecto περὶ sic legens: Τὰ πρῶτα τῶν κατὰ φύσιν τότε γενήσομαι, et explicans: *j'occuperai alors la première place dans les biens de la nature.* Videlicet audiverat is aliquid de locutione τὰ πρῶτα γενέσθαι, qua et *Noster* alicubi usus est; sed non cogitavit, h. l. non potuisse Chrysippum se ipsum facere τὰ πρῶτα, qui deinceps haec *prima naturae* ipse enumeret, πλοῦτον scilicet, et quae sequuntur. Neque etiam περὶ tam temeraria levitate ejici debuit: quomodo enim illud verborum κατὰ φύσιν glos-

sema esse possit, vix quisquam intelligat. Verum pluribus non opus esse existimo. Lehm.

Pag. 118. l. 3. *Ὄψιν*) Non vult, puto, simpliciter admoveri oculos, sed propter literarum tenuitatem prope faciem applicari, quae res myopas deinde efficit. Gesn. Recte: sed tum non sufficiat *παραθήσοντα*, quod vel ob respondentia *συναγείροντα* et *ἐμπιπλάμενον* locum habere non potest: sed legendum est *παραθήγοντα*, uti e cod. 2954. edidit *Schmiederus*. *Παραθήγειν* autem *ὄψιν βιβλίοις* est *exacuere visum legendis libris tenuiter scriptis*; quemadmodum in Anachars. c. 23. extr. juvenes Athenienses dicuntur variis exercitationibus musicis *παραθηγόμενοι τὰς ψυχάς*. Lehm.

Ibid. *Σολοικισμῶν*) *Σόλοικον*, non *σολοικισμὸν*, dixisse veteres testatur *Gellius* V. c. 20. Menag. *Σολοικισμῶν ἐμπιπλάμενον*, quod nimirum Stoici existimarent, soloecas locutiones philosopho minime esse refugiendas. *Plutarchus* de Stoicorum repugnantiis T. II. p. 1047. de Chrysippo verba faciens, postquam ostendit, Chrysippum Rhetorica ornamenta laudasse, et accurate esse persecutum, *Οὕτω δέ τις φιλότιμος*, inquit, *ἐνταῦθα καὶ πέριττος γενόμενος πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ περὶ τῆς τῶν φωνηέντων συγκρούσεως ὑπειπὼν, Οὐ μόνον, φησὶ, ταῦτα παριτέον τοῦ βελτίονος ἐχομένους, ἀλλὰ καὶ ποίας ἀσαφείας, καὶ ἐλλείψεις καὶ νὴ Δία σολοικισμοὺς, ἐφ᾽ οἷς ἄλλοι ἂν αἰσχυνθείησαν οὐκ ὀλίγοι.* *Idem ille, qui hic ita accuratus et copiosus fuit, iterum in eodem libro de conflictu vocalium, Non tantum, inquit, hoc ignoscendum iis, qui melioribus adhaerent, sed et quasvis obscuritates et ellipses, et per Jovem soloecismos, propter quos alios pudeat non paucos.* Cler.

Ead. l. 5. *Ἢν μὴ τρὶς*) De his hellebori potionibus dixi ad *Petronium*. Bourd. Cf. Diall. Mortt. XIII, 6. XVII, 2. Lehm.

Ead. l. 8. *Γνίφωνα*) Vox haec nusquam legitur. Est apud *Hesychium* vox adfinis soni, *Γνυπῶνες*, qui sunt *στυγνοὶ, κατηφεῖς, ἄτολμοι, παρειμένοι καὶ μαλακοὶ, ἀπὸ τοῦ εἰς γόνυ πεπτωκέναι·* *morosi, tristes, timidi, remissi et molles, a cadendo in genua dicti:* nam *γνὺξ* est *in genua*, et *πίπτειν γνὺξ*, *cadere in genua.* Cler. Omnes antiquiores edd. excepta Fl. legunt *γνύφωνα*, quod *Benedictus* mutavit. Neutrum, quod sciam, apud alios auctores occurrit. *Γνίφων* proprium viri, *Nostro* sub finem Tim. c. 58. in Catapl. c. 17. et Somn. s. Gall. c. 30. qui insignis foenerator cum esset, nomen dederit omnibus ejusmodi sordidis hominibus. Si *γνύφωνα* malis, quaere sensum alium ex *Hesychio* in *γνύπων*. Mihi prior ratio placet.

Solan. *Γνίφωνα, parcum, Guyet.* Sed vellem auctoritatem indicasset, non enim invenio usquam: quare *Solano* adsentior, nomen proprium inde facienti. Verum si *avarum* tantummodo significare necesse est, ut versiones habuere, *σκνιφὸν* potius legas, de qua voce vid. *Kuster.* ad *Aristoph.* Plut. 590. Sed nihil mutatione opus est. Reitz. *Seyboldus* haec notavit: „Scribendum forte *Γνιφ.* Esse videtur nomen Viri, tum temporis per avaritiam noti, quem heic pungit Lucianus. — Torserunt se Clericus et Guietus, quid *γνίφωνα* hunc faciant, non torsissent se, si aliquid suboluissent. Ita multos, qui cum Luciano vivebant, a Satyro ejus flagellis caesos esse, verisimile est: sed tales hae allusiones ad hunc illum virum, ea aetate ob hoc vel illud vitium celebrem, cujus libri, qui nobis restant, non meminerunt, *nobis* periere.“ Sic jam *Solanus,* et recte quidem, statuerat. Qui in Cataplo et in Somnio s. Gallo perstringitur foenerator sordidus, isque *Luciano* aequalis, idem h. l. cogitari debet. In Timone vero extremo *Γνίφων* fictum est nomen ex aetate Timonis, quo tamen et ipso scriptor aequalem suum famosum vellere voluit. Lehm.

Ead. l. 12. *Ἴδιον αὐτῷ συλλογ).* Stoicos coarguit *γνίφωνας ὄντας χαίρειν τῷ συλλογισμῷ, ἤτοι τῷ χρήματα συλλέγειν.* In hoc enim accipit *συλλογίζεσθαι* vellicans *εὐφυῶς. G.*

Pag. 119. l. 3. *Ἑτέρους τόκους)* Vid. *Spanhem.* ad *Aristophanem Νεφελ.* 1155. Gesn.

Ead. l. 6. *Τὸν συλλογισμὸν ὁποῖά φησιν]* Sequuntur ipsa Syllogismi verba, quae cum in modum edere placebat, quem constituit *Jo. Seagerus.* Propositionem, quam Logici dicunt, minorem una cum ipsa conclusione, hoc est, verba: *ἀλλὰ μὴν — δεύτερον*, casu, opinor, in Gorl. omissa sunt: certe, ubi totus exspectaretur syllogismus, hypothesis sola nullo modo satisfaciebat. *Καὶ* autem in minori inpedit formulae rationem, atque adeo recte a *Seagero* exsulare jussum: aberraverat huc ex sequentibus. Denique quaeras, quodnam in *λήψεται* sit Subjectum. Interpres Latinus non male quidem suggessit *sapiens.* Vide tamen, quam placeat ipse *Syllogismus*, cujus persona etiam in Piscat. c. 39. 40. loquens a *Nostro* producitur. Verum ipse, fateor, non multum huic sententiae tribuo. Lehm.

Pag. 120. l. 4. *Ἀναποδείκτῳ)* Vox ejusdem ingenii est, ac *ἄκριτος* cap. 27. Belin. Quinque genera hujus syllogismi memorat *Diog. Laërt.* p. 183. C. D. E. quem vide. Meminit et libri, quem de iis scripserat Chrysippus p. 211. D. Solan.

Ead. l. 7. *Ἀποδείξω)* *Ἀποδείξω* ambiguum est, cum non

ad Dialecticam modo demonstrationem, sed etiam ad illud, quod re ipsa efficitur, pertineat. Conatus sum illam ambiguitatem utcunque exprimere. Nam *efficiam te esse lapidem*, idem est, quod demonstrabo. Gesn.

Pag. 122. l. 5. *Τοῦ θερίζοντος*) In marg. edit. Par. addita erat glossa: *θερίζοντος*, i. e. *digni, qui colligant manipulos, aut opus in agris faciant: allusione facta ad significationem propriam τοῦ θερίζειν.* Reitz. *Seyboldi* notam adjiciam: ,,Ambigue dictum et callide. vel digni sunt, qui syllogismum illum addiscant, vel qui opera faciant messoria. — Quis scit, an non *τὸ λόγου* ex margine irrepserit? sic quidem mihi videtur.“ Imo abesse debebat ob ipsam illam, quam auctor voluit, ambiguitatem, quae perit necessario, si *λόγου* addas. Deinde fere simpliciter dixerunt veteres *τὸν θερίζοντα*, omisso nomine *συλλογισμοῦ* vel *λόγου*, ut et supra c. 22. et vere abest a Cod. 2954. ita, ut jam non possis, quin alienae manus foetum agnoscas. Caute tamen *Schmiederus* uncinis inclusum reposuit. Lehm.

Ead. l. 6. *Θερίζοντος λόγου*) Vid. supra c. 22. Solan.

Ead. l. 14. *ΑΓΟ. Πῶς λέγεις;*) Excidit, aut potius male trajecta est notatio personae Mercurii. Esse debet: *Ἀγο. πῶς λέγεις; Ἑρ. ἄλλος μὲν ὁ ἔκτοσθεν.* Deinde ubi notata Mercurii persona, delenda est, *καὶ ὁ ἔντοσθεν εἶναι δοκεῖ. Ἑρ. ὥςτε ἢν ποίῃ αὐτὸν* etc. Relege, *καὶ ὁ ἔντοσθεν εἶναι δοκεῖ ὥςτε ἢν.* Marcil.

Ead. l. 15. *Ἔκτοσθεν — ἔνδοθεν*) Ed. J. *ἔντοθεν*, haud dubie pro *ἔνδοθεν*, uti legitur De Merc. Cond. c. 3. Aliae edd. *ἔκτοθεν, ἔντοσθεν.* Sed parum in his est momenti: monendus tamen lector, ne quid a nobis omissum queratur. Solan.

Ead. l. 17. *Ἐσωτερικὸν*) *Διὰ τοὺς λόγους* hoc dicit, quos sic Aristoteles appellat, *ἐσωτερικοὺς τοὺς διαλεκτικούς, ἐξωτερικοὺς δὲ τοὺς ῥητορικούς. Τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις* etc. *διασύρων* dixit. G.

Pag. 123. l. 6. *Πολὺ λέγεις*) Quia nihil variationis invenio, vulgatam intactam relinquo, alioqui praeferrem *πολλοῦ λέγεις·* quod *Nostro* magis proprium ac praestantius, ut demonstro ad Reviv. c. 48. Reitz.

Ead. l. 8. *Ὥςτε οὐκ ἂν φθάνοις ὠνούμενος*) Aberrant fere ubique in interpretatione hujus locutionis. Priores attentissimi Graecis, *itaque non est, quod in illo emendo possis esse celerior, quam deceat.* Secutus *Benedictus*, *itaque non nimis cito ipsum emeris*, plane contrario sensu, quam est in Graecis, quae ab prioribus poterant brevius reddi, nempe, *itaque jam jam emas, non poteris, quin emas.* Ad id enim servit

stimulus praecedens, quo significat, eum habere aliquid nummorum; non ad deterrendum. Et ipsi debebant se correxisse ex Apologia pro mercede conductis, ubi occurrit ἐπεὶ οὐκ ἂν φθάνοι τις ἀπάσας ἀναιρῶν τὰς τοιαύτας περιστασίας, ubi *Benedictus, alioqui fieri non poterit, quin hac ratione praefecturae omnes exauctorentur*, ubi easdem voces contrario, ut apparet, modo, sed recte, accipit. Gron. V. Anach. c. 14. ὥςτε οὐκ ἂν φθάνοις διδάσκων με καὶ μαθητὴν ποιούμενος. Et sub fin. Disp. c. Hes. οὐκ ἂν φθάνοις κἀμὲ μάντιν λέγων, c. 8. Solan. Versionem *Benedicti, non nimis cito ipsum emeris, Solanus* ita correxit: *non est, cur emere cesses.* Sed sensus eodem redit, apertior tamen est; ideoque recepi *Solani* correctionem, quae Gronovianae interpretationi quoque convenit. Cum *Gronov.* enim ait, *Benedicti* versionem plane contrariam esse Graecis, ignoscant mihi ejus Manes, si id negavero: nam eadem mens videtur fuisse istius versionis, *non nimis cito emeris,* quae Gronovianae; voluit enim dicere, non nimium poteris festinare in emundo. Sed quia enuntiatio tamen aliquo modo ambigua erat, *Gronovius* Latina illa verba ita accepit, ac si τὸ *non* prohibendi modo positum esset, significaretque, *noli illum tam cito emere,* quod sensum certe Graecis verbis contrarium exhiberet. Jam vero, cum reddiderim, *non est, cur cesses emere,* sive, *noli cunctari,* nihil amplius hoc adversari videbitur τῷ *non poteris, quin emas,* quod etiam appositum foret; adeoque recte etiam vertitur in tab. *Cebet.* p. 8. ed. Rel. Οὐκ ἂν φθάνοις τοίνυν διηγούμενος, *quin igitur nobis ista statim explicas.* Adde *Aristoph.* Pl. 485. Οὐκ ἂν φθάνοιτον τοῦτο πράττοντε. Ubi recte *Scholiast.* οὐκ ἀναβάλοισθε — ἀντὶ τοῦ ταχέως ἀπελθόντες τελευτήσετε, *nolite differre,* — pro *cito abeuntes morimini.* Vid. eund. *Aristoph.* ter quater alibi, ut alios omittam, quia phrasis est satis obvia. Reitz. Vix potest apertius converti, quam a *Benedicto* factum erat, et ego posueram, *Non nimis cito emeris*, i. e. emere potes. Ad verbum, *Non praeveneris emens*, intellige *opportunitatem emendi*, quod nihil aliud est, quam *statim emendum est, si sapis.* Gesn. Cf. Toxar. c. 2. Omnino vid. *Hermann.* ad *Viger.* p. 746. ed. I. et *Schweighaeuser.* ad *Herodot.* VII, 162. Lehm.

Pag. 124. l. 2. Ὅρος οὐ γελαστικὸν) Contra disputat *Theod. Marcil.* ad *Pers.* Bourd.

Ead. l. 6. Καταλέλειπται) Angl. καταλείπεται. Bourd. Καταλείπεται P. ed. J. et, ni fallor, Angl. Cod. Reliqui libri καταλέλειπται, minus commode. Vid. Parasit. c. 27. Solan. Suspecta omnino haec vox visa est *Seyboldo*; neque hoc in-

juria: vel ipsa variatio illa movere potuit suspicionem. Sed quem credamus bonorum scriptorum sic loqui potuisse: *τίς λοιπὸς ἡμῖν καταλείπεται*, vel etiam *καταλέλειπται*; Me quidem *λοιπὸν καταλείπεσθαι* non minus graviter offendit, quam si Latine diceres: *reliquum relinqui.* Lehm.

Ead. l. 7. *Πυῤῥίας*) Pyrrhonem innuit, de quo vide Icarom. c. 25. Si autem haec scriptura genuina est, petitus jocus est ex nomine servi, ad quod proxime philosophi nomen accedebat. Vid. *Diog. Laërt.* p. 252. et *A. Gell.* XI, 5. Solan. Servavi Graecum nomen, quod servile alioquin est, et *rufum* significat; ne periret, quem subesse putabam ad *Pyrrhonis* nomen, respectus. Gesn. Hoc ipsum nomen servile occurrit De Merc. Cond. c. 23. et inter plura ejus generis alia Timon. c. 22. ubi docte de his disseruit *Hemst.* Lehm.

Ead. l. 12. *ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ. Οὐδὲν*) Legendum omnino *ΦΙΛΩΝ. Οὐδέν.* Sermo est de Philone Sceptico philosopho, de quo *Laërtius* in Pyrrh. §. 67. *ἀλλὰ καὶ Φίλων ὁ Ἀθηναῖος, γνώριμος αὐτοῦ γεγονώς.* Scriptum fuerat *ΦΙΛ.* quod postea in *Φιλόσοφος* abiit in editione utraque Basil. et in Salm. Vide nos ad *Laërt.* IX, 67. Menag. Lego *ΠΥΡΡ.*] Cum omnes libri haberent *φιλόσοφος*, mutandum duxi, Pyrrhonisque nomen reposui. *Menagius* de Philone quodam intellexit; (vid. not. ad *Diog. Laërt.* p. 248.) sed ejus ratio non placet. Quod autem ibidem monet ex *Suida* de quodam, cui *Philosophus* nomen esset, de eo intelligendum puto, qui a *Diog. Laërtio Philippus* dicitur, p. 78. E. Certe Opuntio huic Philippo tribuitur ab utroque liber, qui inter *Platonis* de legibus XIII. *Ἐπίνομις* dicitur; nisi quod apud *Suidam φιλόσοφος* vocatur, non *Philippus*, quod facile librarii culpa factum. Solan. Nulla ex parte h. l. commendatur *Menagii* Scepticus *Philo*. Neque enim solum *Lucianus*, si hunc minorum gentium philosophum tanquam Scepticae sectae antistitem proferre voluisset, distinctius eum indicasset, quam ambiguo isto signo: *ΦΙΛ.* Verum disertissime etiam hunc, quem cogitari volebat, hominem proprio ejus nomine insignivit, *Pyrrhiam* appellans. Ergo de Philone isto Sceptico minime omnium cogitandum. Utrum autem rectius cum *Solano ΠΥΡΡ.* (h. e. *Pyrrhias*, quo nomine tum ipse Scepseos conditor significaretur) an *ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ*, uti his ipsis literis plane in Aldina utraque expressum legitur, praefigas, hoc jam quaeritur. Mihi quidem, in utram sententiam discedam, non satis constat. Quum enim reliqui philosophi omnes sub peculiaribus suis nominibus prolati sint, singulari quadam necesse est

Lucianum motum fuisse caussa, ut Pyrrhonem solum generis nomine distingueret; quam equidem exputare non possum. Prope igitur abest, ut cum *Solano* faciam. *Seyboldo* tamen nihil mutandum videbatur, quamquam, quo vulgatam rationem tueretur, nihil in medium protulit. *Wielandius* in versione tacite *Solani* conjecturam secutus est. LEHM.

Ibid. *Οὐδὲν*) Hoc ait, quoniam *ἀκαταληψίαν ἐπρέσβευεν· αὕτη δὲ ἀκαταληψία τὸ μηδὲν ἐφικνεῖσθαι πρὸς λῆψιν, ἀλλὰ πάντα διαδιδράσκειν αὐτῆς, οὐδὲν εἰς γνῶσιν ἔχειν δοκεῖ.* Propterea dicit *ὁ Πύῤῥων ἀδυνάτως ἔχειν δραπέτην μεταδιώκειν, ἤτοι ἐπεὶ τὰ τὴν γνῶσιν * ἀποφυγγάνοντα οὐδὲ ἑλεῖν οἷός τε εἰμί.* De Pyrrhone lege in de Off. *Cic.* si recte memini. *G.* * Sic erat in schedis G. ego *ἀποτυγχάνοντα* a prima manu fuisse crediderim. SOLAN. Rectissimum est *ἀποφυγγάνοντα*, nec sollicitandum, ut manifesto patet ex *διαδιδράσκειν*, *δραπέτην μεταδιώκειν*, et *ἑλεῖν*, quae verbum illud postulant: alterum hac structura ne Graecum quidem. HEMST.

Pag. 125. l. 9. *Οὐ καταλαμβάνω*) Nimirum *καταλαμβάνειν* ad intellectus facultatem creberrime referunt Sceptici cum Academia, negantque aliquid a se *comprehendi*, h. e. plene et sine oppositi formidine cognosci. Haec est *ἀκαταληψία* illa nobilis, in qua more suo nugatur *Noster*. GESN.

Pag. 126. l. 16. *Κατὰ τὸν χείρω λόγον*) Adscripsit his pater notam ab *Bourdelotio* in margine positam, nempe, *Alludit λόγους ἥττω καὶ κρείττω, quos vocant.* Non potest enim esse dubium, quin sit inepta ista animadversio, cum nihil ista vel ad vocem *χείρω*, vel ad Lucianeum *λόγον* faciant. Et plane alludit auctor ad ea, quae paulo ante vendendus dixerat, se *ζυγοστατεῖν τοὺς λόγους καὶ πρὸς τὸ ἴσον ἀπευθύνειν.* Hinc lepide ludit, et denuntiat, se *πείσειν εἶναι δεσπότην*, miseriore argumentandi modo; per flagra nempe. Similiter loquitur pro lapsu inter salutandum: *ὅμως τῷ δικαίῳ λόγῳ οὐκ ἂν ἔξω εἴης τοῦ ἡμαρτηκέναι.* In Harmonide: *οὕτω δὲ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ.* GRON.

Ibid. *Τὸν χείρω λόγον*) *Diog. Laërt.* in Socr. *Gell.* V, 3. VORST. *Aristoph.* Nub. III, 2. *λόγος ἥττων καὶ κρείττων.* SOLAN. *Κρείττω* (*κρείττων*) *λόγος* est, cum verborum industria, s. sophismatibus, caussa infirmior fit fortior. Conf. *Aeschin.* Socrat. Dial. 2. §. 10. f. *ἥττω* (*ἥττων*) autem vel *χείρω* (*χείρων*) *λόγος*, ejus, qui vincitur, etiamsi caussam justam habeat. *Aristoph.* Nub. 112. utrumque hunc sermonem explanat, eumque falso Socrati tribuit; vid. *Clericum* ad *Aesch.* l. c. Scholiaque et interprett. ad *Aristophan.* REITZ.

IN PISCATOREM.

Pag. 128. l. 1. *ΑΛΙΕΥΣ*) In opere suo de Sophistis *Cresollius* putat, hunc titulum ex *Platonis Sophista* petitum, quia Sophistarum illic artem *hamatoriam* dici et describi reperit. Non satis animadvertisse videtur vir doctus, *Lucianum* ipsum hic partes piscatoris agere, quo pseudophilosophos illos, voluptati servientes et avaritiae, illecebris auri captos detegat, e latebris tandem suis eruat, orbique terrarum deridendos exponat. Prioris hic dialogus apologia est, quam insurgentibus in se aevi sui philosophis opposuit. In eo autem quanto majorem erga veros et infucatos philosophiae cultores benevolentiam amicumque profitetur animum, tanto vehementius in eos invehitur, qui praeclaro nomine abusi, aut avaritiae, aut aliis non minoribus vitiis turpiter inserviunt; quorum nonnullos aperte jam, etsi nemini pepercerit, digito quasi monstrat. Post dialogos mortuorum scriptus est. Vid. c. 26. Solan. Hunc Dialogum prioris Apologiam esse, ajunt Interpretes. Mihi Ἁλιεὺς sic natus videtur. Riserat Lucianus sub priscorum Philosophorum nominibus Philosophos suae aetatis, i. e. simias veterum illorum. qui cum, se peti, vel *non sentirent* vel sentire *nollent*, apertius illis dicit hoc Dialogo, ipsos esse eos, qui scutica digni fuerint. „Heus, boni, cur tantos clamores tollitis? cur me Platones atque Chrysippos deridendos propinasse accusatis? Quod igitur nasum non habebatis, et, *vobis* haec dici, non odorabamini, agedum, aurem jam vobis vellam.“ — Seyb.

Ibid. *ΑΛΙΕΥΣ Η ΑΝΑΒ.*) In hunc Dialogum *Brodaeus* Miscell. c. 22. l. III. Marcil. Consului *Brodaeum*; ille vero l. c. eadem habet, quae alii ex *Hom.* quoque adduxere, non additis tamen versuum numeris, quare haec non repetemus; addit solummodo: *ferebant autem peram et baculum aliquando philosophi, sed inprimis Cynici.* Quae vero ad reliqua hujus dialogi habet, suo loco addemus. Reitz.

Pag. 129. l. 1. *Βάλλε*) Vid. *Aristophan.* Acharn. II, 2. quem hic exprimit. Vorst. Calidius incipit. audire putes Imperatorem, in medio pugnae fervore mandata militibus dantem! rapit et auctor in res *medias.* Initium rei gestae, sed *placidius*, erat ab iis, quae Plato ait infra: *ἄτινα μὲν εἰργασαι* — Seyb.

Ibid. Ἀφθόνοις τοῖς) Leve hoc, sed melius ex ed. *J.* quam ut est in reliquis, τοῖς ἀφθόνοις. Solan. Sed tamen in Somn. s. Gall. c. 22. κατεχαλάζησας αὐτῶν ἀφθόνους τοὺς λίθους. Gesn. Ἀφθόνοις τοῖς λίθοις, quod et duo codd. Pariss. confirmant, probat *T. F. Benedictus*, nec minus amplectitur paullo post elegantiorem unius codicis lectionem: καὶ σὺ δέ· καὶ πάντες ἅμα etc. deinde verborum ordinem ἡμῶν ὅντινα vulgato ὅντινα ἡμῶν praefert, praeeuntibus duobus Codd. quos etiam *Schmiederus* secutus est. Denique versui *Homerico* in fine hujus §phi cum aliis viris doctis praefigi vult suum initium, quod quidem et ipsum jam a *Schmiedero* factum est. Lehm.

Ead. l. 4. Καὶ σὺ δὲ) Ita legit P. et videtur nomen aliquod excidisse. Solan. Non excidit: in fervore repressum. Addidi autem non solum δὲ e P. et 2954. quo alia jam a Chrysippi persona cogitetur, sed ex hoc etiam καὶ, quo arctius esset cum sequentibus vinculum, et fervidiori Socratis animo accommodatior oratio. Lehm.

Ead. l. 6. Ὡς πήρῃ) Alludit ad hunc *Homericum* versum Il. II. 16. Cogn. Sed numerus est vitiosus, et versus ipse vitiose expressus, tam in Paris. quam in Graev. edit. Ideo eundem errorem non iterum describemus, sed versum *Homeri* mox subjiciemus. Reitz.

Ibid. Βάκτροις) *Homer.* Il. *B*, 363. Ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις. Ubi vid. not. *S. Clarkii.* sed *Scholiastes* et *Brod.* in Miscell. p. 2. c. 22. jam monuere, versum ex Iliad. *B.* esse desumtum: idem complures commentatores fecere; quod comperi, postquam haec scripseram. Reitz.

Ead. l. 8. Ξύλῳ) Etiam alias minabantur et percutiebant baculis philosophi; vid. *Aelian.* V. H. X, 16. Reitz.

Ibid. Τὴν ἀξίαν) Δίκην. Brod.

Pag. 130. l. 1. Κεκμήκατε, ὦ Ἀρίστιππε) Auctior est vetus Codex: κεκμήκατε, ὦ Ἐπίκουρε καὶ Ἀρίστιππε. Graev. Epicuri nomen, quod in editis exciderat, ex Ms. Gr. et P. restituimus. Aptissime autem Epicurum et Aristippum, utpote laboris metuentes, statim fessos inducit. Solan.

Ead. l. 3. Ἔστε σοφοὶ) Parod. *Homer.* quales hic multae. *Homerus*, ἔστε φίλοι. Bourd. Lepidissime *Lucianus* in dialogo, cui nomen dedit Reviviscentibus, inducit omnis philosophorum sectae principes, Socratem, Platonem, Diogenem, alios, ab inferis exsistentes, inque ipsum Lucianum, (a quo indigne habitos se arbitrabantur in proxime praecedenti Vitarum auctione; ubi venum propositi, atque adeo omnium risui expositi fuerant) impetum facientes. Itaque Socrates, ubi reliquos philosophos quanto maximo poterat fervore ani-

mi in Lucianum incitasset, tandem labascere eos putans, Ὁμηρικῶς classicum canit, — Ἐστὲ σοφοὶ, μνήσασθε δὲ θούριδος ὀργῆς. Nempe *Homerus* Il. *Λ*. v. 287. Ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς. Jens. *Hom.* Il. *Λ*, 287. Ἀνέρες ἔστε, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς. Unde et hic ἀνέρες excidisse conjicio, quod cur rejiceret, nulla erat ratio. Solan. Il. *Π*, 270. Gesn. *Brod.* Miscell. p. 2. c. 22. ait, *Homer.* Il. Z. Θ. dixisse — μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς. Recte; sed vers. Il. Θ. est 174. et Z, 112. Adde tertium idem dicentem, loco ab *Solano* indicato; ubi semper habet, Ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς. quare non dubitem, ἀνέρες excidisse ex *Luciano*, quia amat integros versus adducere: ὀργῆς vero retinendum credo, nec in ἀλκῆς mutandum, non tam, quia memoriter ab *Nostro* citatum est, sed quia dedita opera ὀργῆς pro ἀλκῆς dixit, ut supra πήρη pro φαρέτρη· quo *iracundiam* philosophis exprobraret, non *robur*. Immo quasi vanam sine viribus iram. Reitz.

Ead. l. 8. Ἑπτάκις) Atqui sex tantum mox numerantur: Chrysippus, Epicurus, Plato, Aristoteles, Pythagoras et Diogenes. Quis ergo septimus ille? Socratesne, qui hic loquens inducitur, quemque interfuisse constat, (vid. tit. et c. 10.) an, quem jam nominavit, Aristippus? Pro VII, jam VIII. habemus. Haereo, ut ut sit: male haec prius et legebantur, et vertebantur. Solan. *Septimum* ergo quaerit *Solanus*: est scilicet, quicunque lectorum Luciani in minutiis aliquid quaerit. Joco remoto, omnino recte judicat *Seyboldus*, cujus haec sunt verba: „*Mos. Sol.* computat Philosophos, et quod plures sunt, quam septem, male illum habet. — Esse putem numerum certum pro incerto. num enim, cum dicere vellet, pro unoquoque Philosophorum perire debere Lucianum, id erat Socratis *ferventis, numerare antea*, quot eum circumstent Philosophi?" Omnino haec recte, quantum quidem ea ad argutias *Solani* refellendas spectant. Quod autem *Seyboldus* ipse ἑπτάκις de numero Philosophorum illorum aeque ac *Solanus* intelligit, non attendit is, quod adjunctum legitur, καθ' ἕκαστον, ut ab *unoquoque* horum septem octove philosophorum *septem*, vel *septenis*, suppliciis plectendus Lucianus cogitari debeat; i. e. si ipsius summae curiosus sis, undequinquaginta, vel quinquaginta sex, suppliciis. Jam nihil clarius, numerum ipsum hic non magis, quam in Epistst. Saturn. c. 22., urgendum esse, sed a Socrate graviter commoto *gravissimum* omnino intelligi supplicium. Sic jam dudum intellexit censor Edit. Reitz. in Novv.

Actt. Erudd. a. 1745. p. 248. qui contulit simul Latinorum formulas *bis mori* et *mille mortes* apud *Petronium*. Sic vero etiam interpretes Latini et *Wielandius*, ut par erat, locum ceperunt. Lehm.

Ead. l. 10. *ΠΛΑΤ.*) Verba, quae hic uni tribuuntur Platoni, a multis tumultuantibus prolata puto: praesertim cum idem Plato paulo post aliam sententiam proferat ab his omnibus diversam, et sane nullum nomen hic reperiri in multis cod. Mss. observavit *Longol.* Empedoclem autem consulentes inducuntur, ut de crateribus suis loquens risum excitet. Legendum itaque censeo aut *ΦΙΛ.* aut distincte, *'Αλλ.* *'Αλλ.* Solan. Platoni heic abeundum erit, 1) quod paullo post diversam ab hac sententiam profert. 2) quod et abest a multis (*nonnullis*, inquit Collator Poli. *Lehm.*) Mss. Recte hoc monuit Moses Sol. Num vero in fronte horum verborum ponendi sint *ΦΙΛΟΣ.* aut *"Αλλοι*, non ita apertum est. Forte haec sententia est Socratis, quae *sic* lata est, ut prioribus per iram excussis quam optime conveniat, et cum iis etiam *cohaereat*. Seyb. Ita et mihi videtur. Platonis nomen per errorem ex sequentibus huc migravit. Socratis autem commotiori animo optime convenit, non exspectare, dum alii sententias suas tulerint, sed statim ipsum gravissimum et exquisitissimum supplicii genus proponere. Quod enim proponitur, unum tantum est, quamquam multiplex et in varios quasi actus distractum; in quo quod cruci affigi placet flagellis antea caesum, humillima haec erat et ignominiosissima poena; quod oculos effodi, pertinet hoc ad Luciani audaciam penetrandi in philosophorum arcana; quod denique linguam abscindi, respicitur scelesta ejus licentia et insolentia, quae vidisset vel audivisset, palam effutiendi. Hinc patet, quam parum ea aliena sint a Socratis persona hic delineata: patet vero etiam, quantum sibi arrogaverit *Wielandius*, qui, nimium judicio suo confisus, priora verba: *'Εμοὶ μὲν — πρότερον* Aristippo, quae deinceps sequuntur, Chrysippo, postrema denique *τὴν γλῶτταν — δοκεῖ*; Pythagorae, ratione plane nulla reddita, tribuit. Interpretis quidem fidem sic audacter laesit. Nec probabilissime Pythagoram hic loqui facit, qui paullo post a Platone dicatur *ὁ σιωπῶν*. Mecum et cum *Seyboldo* etiam *T. F. Benedictus* facit, qui etiam lectionem P. *ἔτι πολὺ* pro *ἐπιπολὺ* recipiendam statuit, et deinde *μάθῃ* legendum pro *μάθοι*. Colon autem in Ed. *Reitz.* post *'Ορφέα* positum idem V. D. in comma mutari, et *λακιστὸν* ad ipsum Lucianum, non ad *μόρον*, referri vult. Lehm.

Pag. 131. l. 1. *Μαστιγωθέντα πρότερον*) Omnia haec in interprete turbata: *μαστίγωσις* ante crucem nota. Sic apud *Dion Hal.* 5. et tangunt Literae sacrae. Bourd. Flagellationem praemitti solitam crucifixioni, notissimum; vid. tamen s. v. *Lipsium* de cruce l. 2. cap. 2. et *Joseph.* de bell. *Jud.* l. 2. c. 14. f. Reitz.

Ibid. *Τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκόφθω*) Hos solebant candenti ferro perforare, ut alii docuerunt ex *Parthenii* c. 20. Bourd.

Ead. l. 2. *Τὴν γλῶτταν αὐτὴν ἐπιπολὺ πρότερον ἀποτετμήσθω*) Cum *Pirckhaimerus* mediarum vocum rationem nullam habuisset, *Benedictus* vertit, *et in multas partes abscissa*, subintellecto *τῷ prius* ex praecedentibus. Quod prorsus non placet, cum in Graecis nihil dicatur de multis partibus. Sed vel intelligi debet *magna ejus parte* vel *in multum prius abscisa*, aut *longo tempore prius abscisa*, in utrumque enim respectum vocabulo isto *ἐπιπολὺ* utitur *Lucianus*. Mox mirum, unde *Benedictus πρὸς Ἱκεσίου* vertere potuerit *per supplicem Jovem*, cum debuerit *supplicum praesidem*. Gron.

Ead. l. 4. *Κρατῆρας*) Aetnae crateres, in quos praecipitem se dedisse memoratur Empedocles. Brod.

Ead. l. 6. *Πενθέα*) De hujus exitu *Euripidem* vide in Bacch. 1029. et seqq. Orphei mors nota. Sed versum, quem affert, unde habeat, non liquet, nisi quod *Euripideum* credo. Solan.

Ead. l. 8. *Λακιστὸν*) Placet *κάκιστον*. Est autem *Euripidis* senarius. Brod. Ex *Euripide*. Cetera *Homerica* sunt ex 7. et 10. Il. Bourd. *Brodaeus* (Misc. modo citatis) *κάκιστον*. Fallitur. *λακιστὸν μόρον Lucianus* dixit admodum signanter, exprimens mortis genus, quo discerpti magno strepitu Pentheus et Orpheus. Marcil. *Brodaeus* mavult *κάκιστον*. Sed nihil mutandum; vid. Tragop. v. 116. ubi noster id usurpat. Solan.

Ead. l. 10. *Ἱκεσίου*) Intellige *Διός*. Brod. In antiq. versione hoc verbum plane omissum erat. In ed. *Bened.* ridicule: *obsecro per supplicem Jovem;* sed Graeca expressit cl. *Gesn.* non visa manu *Solani*, quae *per supplicum praesidem Jovem* margini *Bened.* adleverat. Et sic saepe video illi cum *Nostro* convenire in versionis correctione, quod tanto majus veritatis inventae indicium. Reitz.

Ead. l. 11. *Ἄρρεν*) Vid. et Catapl. c. 8. et *Eur.* Med. 322, 743. (745.) Hipp. p. 224. Adde et *Suid.* Solan.

Ead. l. 12. *Ὅμηρον ἃ λέγει*) Il. X. *Τὰ δὴ φιλέουσι σοφοί περ.* Et mox ad *Ζωγρεῖτο* subjicit idem *Brodaeus* Hom. Il. Z.

Ζωγρεῖτο Ἀτρέως υἱὲ σὺ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα etc. vers. est 46. Reitz.

Ead. l. 13. *Οὐκ ἔστι*) *Hom.* Il. X, 262. *Ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά.* In nota *Marcil.* in edit. *Graev.* citabatur Il. 10. per errorem literae X. Sed idem jam fuerat in nott. *Bourd.* Parisinae edit. adjunctis. Reitz.

Pag. 132. l. 3. *Ζωγρεῖτ'*) Cento hic ex locis in margine adscriptis confectus, non sine falsa additione, qua philosophos avaritiae arguit. Vid. *Homer.* Il. *K*, 378. et *Λ*, 23. Item *Λ*, 131. Solan.

Ead. l. 4. *Τὰ δὴ φιλέουσι σοφοί περ*) Lucianus e suo addidit. Brod.

Ead. l. 6. *Ἀντιλογίας*) F. *ἀπολογίας.* vid. Disp. c. Hes. c. 15. (6.) Solan.

Ead. l. 7. *Μὴ δή μοι φύξιν γε*) Est hic et *Homeri* vers. Il. *H.* Brod. Non invenio. Sed Il. *K*, 447. *Μὴ δή μοι φύξιν γε Δόλων ἐμβάλλεο θυμῷ.* Reitz.

Ead. l. 12. *Μὴ κτεῖναι*) Ex qua *Eurip.* fabula, nescio. Solan. Perspicuum est, (ait cl. *Jens.* Lect. Lucian. p. 166.) in voce *κτεῖναι* corripi diphthongum *αι* etiam sequente consona, quod non insolens tamen esse, contra *Bentlejum* probat ibid. qui cum ad vers. 87. *Callim.* hymn. in Jov. id negasset, omniaque ab aliis jam adducta exempla emendare conatus esset, pluribus redarguitur testimoniis a cl. *Jensio* singulari excursione, 25 paginas implente, adeoque longa nimis, quam ut pro nota huc inseri queat. Quare lectorem ad cap. VI. ejus Lect. Lucian. remittimus, quod omnino totum legi meretur. Reitz. Cod. 2954. et duo Vaticani praestantissimi, num. 87. et 90., teste *Bastio* ad *Gregor. Cor.* p. 16. ed Schaef. exhibent *κτεῖνε·* et sic jam *Heathius* in *Eurip.* Fragm. CLXXX. correxerat. Disputatio autem *Jensiana* nunc saltem nihil ad nos attinet. Et *T. F. Benedicto κτεῖνε* admittendum videtur. Lehm.

Ead. l. 14. *Οὐ δεινὰ*) Expressit *Livius* poëtae Graeci sententiam in orat. Marcelli XXVI, 31. *Quis passos esse hostilia, cum fecerint, indignatur?* Solan.

Pag. 133. l. 1. *Ἕκατι*) Imitationem *Euripidis* agnosco, cui vox haec familiaris, pro *ἕνεκα.* vid. Med. 719. et alibi passim. p. 307. *Λ. τίνος μ' ἕκατι κτείνετε.* Solan. Fiat etiam hic senarius levissima trajectione, *Νῦν οὖν ἕκατι ῥημάτων με κτείνετε.* Patet ex responso, versum hic esse debere. Gesn.

Ibid. *Κτείνετέ με*) *Κτενεῖτε* legend. conjicit *Guyetus.*

Ead. l. 3. *Ἀγαλίνων*) Laudatur etiam a *Plut.* 893. 2. et

iterum apud hunc ſine Pseudolog. Vid. *Euripid.* Bacch. 385. Solan.

Ead. l. 7. Οὐδεμία μηχανὴ τὸ διαφυγεῖν με) *Nullum mihi restat refugium:* sic reddidit *Benedictus*, non male, quod ad sensum; verum haud dubie soloecum hoc. Scribe omnino τοῦ διαφυγεῖν με, *nulla effugii mihi patet via.* Sic supra in Necyomantia c. 2. iisdem paene verbis, οὐδεμία μηχανὴ τοῦ διαφυγεῖν αὐτούς. Aliquando omittitur articulus; ut in Imaginibus c. 1. f. Εἰ δὲ κἀκείνη προςβλέψειέ σε, τίς ἔσται μηχανὴ ἀποστῆναι αὐτῆς; *Si vero etiam illa te adspexerit, qua tandem ratione te ab ea avertes?* *Homerus* Il. IX. v. 249.

— οὐδέ τι μῆχος
Ῥεχθέντος κακοῦ ἔστ' ἄκος εὑρεῖν —

Neque ulla via est perpetrati mali medelam inveniendi. Aliter haec locutio concipitur ab *Luciano* nostro in Pro Imag. c. 24. ἢ οὐδεμία μηχανὴ, μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν σὺν ἐμοὶ ἁλῶναι, *vel fieri non potest, quin et ille mecum vincatur.* in de Merc. Cond. c. 5. Τίς ἔτι μηχανὴ, μὴ οὐχὶ καὶ πρὸς τοῦτο κακῶς βεβουλεῦσθαι δοκεῖν αὐτούς; *Qui fieri possit, quo minus et in eo videantur illi male fuisse consulti?* Sed et in his locutionibus τοῦ intelligitur. Porro pro ἀνήκεστα ὀργίζεσθε, rectius in MS legi testatur cl. *Graevius* ἀμείλικτα ὀργίζεσθαι. Vitio typorum, puto, exhibitum ὀργίζεσθαι pro ὀργίζεσθε. Jens. Secutus sum emendationem cl. *Jensii*, quamvis in omnibus libris legeretur τό. Vid. Necyom. c. 2. Confer etiam Abdic. c. 10. Imagg. c. 1. et Catapl. c. 4. Solan.

Ead. l. 8. Ἀνήκεστα) Angl. ἀμείλικτα. Bourd. Procul dubio rectius Ms. εἴπατέ μοι, οἵτινες ὄντες, ἢ τί πεπονθότες ἀνήκεστον πρὸς ἡμῶν, ἀμείλικτα ὀργίζεσθε· *dicite mihi, qui sitis, et quid tam atrox a me in vos commissum sit, qui tam implacabiliter irati estis:* invenit etiam *Bourdelotius* in Anglicano. Mox excerpta mea, pro vulgato, τοὺς καλοὺς ἐκείνους σου λόγους, aeque ut Anglicanus, τοὺς κακοὺς ἐκείνους συλλόγους, quod non erat rejiciendum: *tua illa prava colloquia:* σύλλογος enim apud *Demosthenem* est *colloquium*, et *circulus colloquentium*, ut docuit *Budaeus* ὁ πάνυ. Graev. *Hom.* Il. *A*, 137. — ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουσαν. Solan. *Bourdelotio* et *Graevio*, ἀμείλικτα praeferentibus, praeter *Schmiederum* etiam *T. F. Benedictus* adsentitur. Lehm.

Ead. l. 12. Καὶ τοὺς καλοὺς) Angl. καὶ τοὺς κακοὺς συλλόγους. Sanior scripta lectio cum Ironia. Bourd.

Pag. 134. l. 3. Ἐπίκουρος) Excidisse hic Socratis nomen, supra jam monui. Putabam itaque, aut alicubi inserendum, aut haec verba Socrati ipsi, non Platoni tribuenda,

et legendum hic distincte, *καὶ Πλάτων, ἐγὼ* etc. Sed nunc placet vulgata, *καὶ Πλάτων ἐγώ.* Socratis nomen ex Mss. solis ubi reponendum sit, definiri potest; neque enim a Platone commissum puto, ut magistri nomen omiserit. De Empedocle si quis regerat, habeo quod reponam, neque enim princeps ullius Sectae fuit: unde factum, ut hic in plebe philosophorum facile delitescat, non excitandus omnino, nisi ridiculi causa, propter Aetnae crateres. Solan. Apte *Seyboldus*: — „Non animadvertisse videtur Vir Doctus ad *τὸ, καὶ ἅπαντες, ὁπόσους διέσυρες ἐν τοῖς λόγοις.* Nominavit Plato *obvios* quosque, reliquos complectens sub *τοῖς ἅπασι.*" Quod igitur magistri sui nullam Plato mentionem facit, id neque ipsius impietati nec Luciani incogitantiae, nec vero librariorum negligentiae, sed unice casui videtur tribuendum, qui Socratem forte longius removisset a Platonis conspectu. *Δεικτικῶς* autem haec omnia pronuntiari, ex ipsis verbis patet. Unde etiam *ἐκεινοσὶ* recte scribitur, duce Codice 3011. Quodsi tamen cui casum istum statuendo non prorsus satisfecero, et desideraverit potius curiositas ejus consilium aliquod *Luciani*, quod quidem secutus haec ita, nec aliter, adornaverit: per me quidem hoc fiat, et suggeram quoque insuper, Socratem et Epimenidem a Platone forte ideo non nominatim commemori, quod ipsi non aeque, ut ceteri, sectarum peculiarium fuerint conditores. Sic et c. 8. prae ceteris nominantur ab auctore Plato, Chrysippus et Aristoteles, reliqui uno verbo comprehenduntur, non quo praestantiores illos reliquis habendos censuerit, sed quod hi earum sectarum principes fuerant, quae *Luciani* aetate maxime omnium florebant, Academicae, Stoicae et Peripateticae, quas quidem ipsas acriter impugnare ipsi propositum fuit. Lehm.

Ead. l. 8. *Περὶ ὑμᾶς*) Lege meo periculo, *πρὸς ὑμᾶς.* Vid. not. ad Timon. c. 6. Quamquam apud *Xenophontem* legatur *περὶ ἐμὲ ἄδικος*, 154. 7. Solan. Certissimus est ac notissimus hic Praepositionis *περὶ* usus, quem vel ex hoc uno *Luciano* probare piget. Verum dum prodeat Index, sufficiant interea haec duo exempla: Timon. c. 8. *ἀκρισία περὶ τοὺς φίλους.* Vit. Auct. cap. 17. *πᾶσαν τὴν περὶ τοιαῦτα μικρολογίαν.* Cff. quae ibidem praecesserant verba *τοὺς περὶ μοιχείας νόμους*, ibique in Varr. Lectt. monita. Quam dicat *Solanus* notam suam ad Tim. c. 6. ignoro. Lehm.

Ead. l. 13. *Λάϊνον ἕσσο*) Iliad. III. v. 57. Bourd. Eandem Iliadis Sect. jam indicaverat *Brodaeus* Misc. p. 2. c. 22. sed omisso, ut semper, versuum numero. Reitz.

Pag. 135. l. 3. *Μὴ τὸ τῶν*) Angl. *κατὰ τοὺς πόλλους τῶν νῦν φιλοσόφων.* Bourd.

Ead. l. 6. *Τῆς κακηγορίας*) Angl. *κατηγορίας.* Bourd. Quae sequuntur verba, *οὕτως ἀνδραπόδοις ἀληθῶς οἴει διαλέγεσθαι;* nullo modo tentanda censeo. Lectio *οὕτως ὡς*, quae est Gorl. et 3011., quantumvis speciem aliquam habeat, nihil tamen est, nisi librarii error, ex ultima vocis *οὕτως* syllaba ortus: quodsi enim *ὡς ἀνδρ.* legatur, neque hoc bene cum *ἀληθῶς* conciliabitur, et desiderabis additum *ἡμῖν.* Quod autem *Salmur.* praebet *οὗτος*, haud dubie simili errori acceptum referendum; certe a Codd. haec lectio destituitur. *Belinus*, qui utraque illa lectione conciliata locum restitutum iri speravit sic legens: *οὗτος, ὡς ἀνδραπόδους οἴει διαλέγεσθαι;* (ipsissima descripsi verba) sordidissime profecto *Lucianum* suum habuit et levissime tractavit. Nam, ne credas *ἀνδραπόδους* typothetae culpa pro *ἀνδραπόδοις* editum esse, explicat *Belinus* ipse *ὡς* pro *πρὸς*, et vult adeo *διαλέγεσθαι ὡς ἀνδραπόδους!* Verum ne his diutius immorer, sensus vulgatorum optimus est, nec obscurus: *Adeone revera putas te cum mancipiis colloqui?* In priori scilicet Dialogo *ficta* mancipia proposuerat, quae palam venderentur. Et *οὕτως* in quaestione admirantis cum indignatione satis frequens. Cf. Diall. Deorr. V, 2. ubi Juno ad Jovem: *οὕτως ἠπόρεις οἰνοχόων, καὶ ἀπηγορεύκασιν ἄρα ἥτε Ἥβη καὶ ὁ Ἥφαιστος διακονούμενοι;* Lehm.

Ead. l. 12. *Καταλελοίπατε*) Ita omnino pro *καταλελείπ.* cum S. scribendum, ut c. 14. ubi recte in omnibus legitur. Solan.

Pag. 136. l. 2. *Κατὰ τὴν μέλιτταν ἀπανθ.*] Confert *Seyboldus* locum similem ex *Isocrate* ad Demon. extr. p. 26. *Ὥςπερ τὴν μέλισσαν ὁρῶμεν ἐφ᾽ ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα καθιζάνουσαν, ἀφ᾽ ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνουσαν, οὕτω χρὴ καὶ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν.* Lehm.

Pag. 136. l. 10. *Ἀφ᾽ ὧν εἶναί τις ἔδοξεν*) Angl. *ἀφ᾽ ὧν ἤδη τις εἶναι ἐδ.* Bourd. *Ἀφ᾽ ὧν εἰδέναι*, et pag. eadem, *παρ᾽ ὧν εἴληφε τὴν ᾠδήν.* Et illud, *δοτῆρι ὄντι τῆς τοξικῆς.* Marcil. *Εἶναί τις ἔδοξεν*) Sic iterum *Noster* in Sympos. c. 35. *οἰόμενοί τινας εἶναι ἀπὸ τῶν σχημάτων.* In N. T. Ep. ad Gal. II, 6. *ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναί τι.* Et Act. V, 36. *Θευδᾶς λέγων εἶναί τινα ἑαυτόν.* Ad quem l. *Elsner.* etiam ex *Eurip.* Ion. 597. affert, *Ζητῶ τις εἶναι.* Reitz.

Ead. l. 11. *Θάμυριν*) Superatus, oculis et lyra privatus est. vid. Il. *B.* 102. — et *Plut.* 2074, 1. Solan. Iliad. *II*, 494. sq. Lehm.

Ibid. Εὔρυτον) Eurytus artem jaculandi sagittas ab Apolline accepit, a quo deinde Hercules didicit. Cogn. Vid. *Odyss.* Θ, 224. Adde *Hygin.* f. 173. et 14. Solan. Vid. Il. *B*, 596. *Diod. Sic.* l. 3. pag. 201. et *Apollon.* Arg. l. 1. v. 87. *B. de Ball.*

Ead. l. 13. Ἀπόλλωνι ἐριδαίνειν) *Homer.* Odyss. Θ, 224. Solan.

Pag. 137. l. 7. Ἐκωλύομεν) Angl. ἐκωλύσαμεν rectius. Bourd.

Ead. l. 10. Πρὸς ὀργὴν) Vid. *L. Bos* ad Epist. ad Rom. p. 98. Hemst.

Pag. 138. l. 5. Φαίνωμαι) *Lucianus* exigens a philosophis, ut aliquis eligatur, qui caussae suae sedeat judex, et vel omnes, vel unus ex eorum turba se accuset, ait, Ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα. κἆτα εἰ μέν τι ἀδικῶν φαίνομαι, καὶ τοῦτο περὶ ἐμοῦ γνῷ τὸ δικαστήριον, ὑφέξω δηλαδὴ τὴν ἀξίαν. Poscitur omnino φαίνωμαι, idque praecipue ob sequens γνῷ. *Ego vero adversus crimina me defendam; denique si qua in re visus fuero injurius, idque de me judices statuerint, meritas videlicet poenas dabo.* Jens. Nondum haec sana. Pro εἰ enim restituendum ἢν, quod et Codicum optimorum auctoritate commendatur, et a linguae legibus flagitatur. Lehm.

Ead. l. 9. Ἀφήσουσι μὲν) Scribe, ut in Angl. C. ἀφήσουσί με· et sic interpres. Bourd.

Ead. l. 11. Ἐς πεδίον τὸν ἵππον) [Prov. *Plato* in Theaet. ἵππον εἰς πεδίον προκαλεῖς, Σωκράτην εἰς λόγους.] Vorst. *Platonis* locus est Theaet. Steph. p. 183. D. et verba secundum recensionem *Stallb.* Ἱππέας εἰς πεδίον προκαλεῖ Σωκράτη εἰς λόγους προκαλούμενος. Lehm. Vid. et *Brodaeum*, qui *Eustathium* affert hoc enodantem. *Thes. Cr.* II, 501. Solan. Remittit *Solanus* ad *Brodaeum*. Ecce igitur hujus verba, ex Miscell. P. 2. c. 22. Hoc est, quod dici solet: *Equum in planitiem. Erasm.* in Adag. *Eq. in pl.* quod ita enodat *Eustathius*: Ἵππος εἰς πεδίον, ἀντὶ τοῦ, εἰς πεδιάδα οἱ ἱππόται χρήσιμοι, ἐάν τις καὶ ἐπὶ ἑνὸς ἵππου νοήσῃ, ἐξεφαυλίζετο παρὰ τοῖς σοφοῖς, καὶ αὐτὸς, καὶ σολοικίζειν κατὰ νοῦν ἐλέγετο. Reitz.

Pag. 139. l. 3. Θαῤῥεῖτε) *Lucianus* itaque, ubi postulasset, aliquem sibi dari judicem, cui caussam suam, si posset, probaret, Plato totam hanc judicis postulationem suspectam facit, aitque, Lucianum in caussis judicialibus versatissimum simul et versutissimum, aptum satis esse circumscribendo et corrumpendo, quicunque ipse daretur, judici. Ad id respondet Λουκ. Θαῤῥεῖτε. τούτου γε ἕνεκα, οὐδένα τοιοῦτον διαιτητὴν ὕποπτον, ἢ ἀμφίβολον ἀξιώσαιμ' ἂν γενέσθαι. Et hic

locus prava interpunctione pessime habitus; et nihilo melior, ad mentem auctoris, oriri potuit interpretatio. Sic autem distingue, *Θαῤῥεῖτε τούτου γε ἕνεκα. οὐδένα τοιοῦτον* etc. Secus illud *τούτου γε ἕνεκα* fuit ab *Θαῤῥεῖτε* divulsum, et sequentibus adjectum. Vult enim auctor, *De eo quidem ne estote solliciti. Neminem ego talem constitui mihi postulare judicem, qui sit suspectus vel anceps.* Plane uti nos hanc lectionem disposuimus, deprehendimus postea haberi in editione Flor. nisi quod illic particula *γε*, quam aliae editiones recte servant, est omissa. Mira profecto interpretis prioris socordia, ut qui loquendi formulam aliquoties ab *Nostro* alibi usurpatam, non melius observarit, ut eam hoc in loco depravatam, integritati suae reddere non potuerit. Jam supra in Deor. dial. XX. §. 15. *Θάῤῥει τούτου γε ἕνεκα. παῖδε γάρ μοι ἐστὸν δύω καλὼ, Ne sis de hoc quidem sollicitus: sunt enim mihi duo pulchri filii.* Infra quoque in Cataplo cap. 8. *Μεγαπένθης. Ἀπολεῖται οὖν χρυσὸς τοσοῦτος; Κλωθώ. Οὐκ ἀπολεῖται. Θάῤῥει τούτου γε ἕνεκα.* Pro Imaginib. c. 16. *Θάῤῥει, ὦ Λυκῖνε, τούτου γε ἕνεκα, ὡς οὐ φαῦλόν με ὑποκριτὴν ἕξων τῆς ἀπολογίας, Ne sis, mi Lycine, magnopere de hoc sollicitus; quippe qui non futilem me defensionis tuae habiturus sis actorem.* De morte Peregrini c. 26. *Ἀλλὰ θαῤῥείτω τούτου γε ἕνεκα. ἐγὼ γὰρ διομοσαίμην ἂν* etc. Jens. Sic exhibui, ut cl. *Jensius* jussit, pravam interpunctionem tollendo. Reitz.

Ead. l. 10. *Ἐκ περιουσίας*) Adleverat orae ed. *Graevii* cl. *Hemsterhusius, Dukerum* consulendum ad *Thucydid.* VIII. p. 332. Sed est p. 532. n. 37. (et Bip. Vol. V. p. 255.) ubi *ἐκ τοῦ περιόντος*, et *ἀπὸ περιουσίας*, *ex abundanti*, sive, *plus quam opus est*, ex *Thucyd.* affertur, et haec *Luciani* verba eodem modo exponuntur. Reitz.

Ead. l. 12. *Τί ποιοῦμεν*] Possit quis suspicari *τί ποιῶμεν*, quia haec sint dubitantis et deliberantis potius, quam simpliciter rogantis. idque eo rectius fieri videatur, quum respondeat statim Socrates: *Τί δὲ ἄλλο* (int. *ποιῶμεν*) *ἢ βαδίζωμεν* (non *βαδίζομεν*) *ἐπὶ τ. δ.* Ac revera *ποιῶμεν* scribendum suspicatur *Courier.* ad Asin. p. 238. et suppeditat eam lectionem 3011. Nihilominus auctor *τί ποιοῦμεν;* scripsisse putandus; modo ne cum *Belino*, qui et ipse *ποιοῦμεν* retineri vult, habeas id pro Futuro Attico vel secundo. Imo Praesens est, et nihil aliud, ut et pleraque eorum exemplorum docebunt, quae jam ad firmandum et illustrandum hunc dicendi morem proferam. Primum cum negativa particula utitur *Noster* creberrime *τί οὐ, τί οὐκ, τί οὐχὶ*, sequente Indica-

tivo. *Τί οὐκ ἄπιμεν; quidni abimus?* pro: *quidni abeamus?* Diall. Mortt. XXVII, 1. *Τί οὐχὶ σώζομεν;* Diall. Marr. XII, 2. *Τί οὐχὶ οἰκοδομοῦμεν;* Charon. c. 3. *τί οὖν οὐκ ἀπαλλαττόμεθα;* Timon. c. 31. *τί οὐκ ἀπερχόμεθα;* Catapl. c. 17. *τί οὐ διαγήγομαι κατ' αὐτούς;* ibid. c. 13. Verum et sine negandi particula eadem ratio adhibetur, ut Necyom. c. 22. *τί διαμέλλομεν, καὶ οὐκ ἄπιμεν;* Amorr. c. 16. *καὶ τί γὰρ ἀῤῥήτου νυκτὸς ἐγὼ τόλμαν — διηγοῦμαι;* ubi quae *Reitzius* disputat, non sunt ad persuadendum rite composita. Addam denique simillimum nostro loco exemplum e Luc. s. Asin. cap. 25. *Τί ποιοῦμεν, ἔφη τις αὐτῶν, τὴν δραπέτιν; τί δὲ, ἄλλος εἶπεν, ἕτερον* (vel potius: *τί δὲ ἄλλο, εἶπεν ἕτερος,*) *ἢ τῇ γραΐ ταύτῃ κάτω ἐπιῤῥίψωμεν αὐτὴν* etc. ubi, ut vides, sine ulla quidem lectionis varietate, Indicativus est in interrogatione, et Conjunctivus in responsione, quod utrumque etiam in nostro loco reperitur. Injuria et illum Lucii locum tentat *Courier.* l. l. In iis, quae sequuntur, verbis *δικάζεσθαι Belinus*, ut glossema τοῦ *προκαλεῖσθαι*, ejiciendum censet, quum praesertim absit a 3011. Sic *ἀξιῶν* cum *ἔοικε* conjungendum foret, quod fieri posse probat exemplum Vit. Auct. c. 13. At vim suam habet *δικάζεσθαι*, nec sufficiebat illud *προκαλεῖσθαι*. Vult scilicet Plato: *Consentaneum enim est, virum non sine ratione provocare* (ab hac manuum nostrarum vindicta et vi ipsi inferenda), *quum rite judicari postulet.* Lehm.

Ead. l. 17. *Ἐν τῇ χειρὶ*) In ferro et armis. Brod.

Pag. 140. 6. *Ὕδατος*) *Aquam alicui fundere,* est ei locum dare dicendi et caussam suam agendi: ad aquae enim mensuram certam oratores dicebant et clepsydram. Vorst. Infra cap. 28. Cf. Bis Accus. c. 25. et 26. et quod ad hunc posteriorem locum attinet, *L. Bos* de Ellipss. pag. 503. ed. *Schaef.* Lehm.

Ead. l. 16. *Παρ' αὐτῆς*) Male olim vertebatur, *ad ipsam.* Vid. *L. Bos* Obs. crit. p. 50. Reitz.

Pag. 141. l. 9. *Ξυμπαραβησθεὶς*) Emenda ξυμπαραβυσθ. Brod. in Misc. P. 2. c. 22. Sed sic jam habuere editt. *P. S.* etc. In qua igitur malam lectionem — *βησθεὶς* vult corrigi? In *Junt.* credo, ubi sic editum fuisse, sed manu *Solani* correctum videtur, qui tamen nullam in ceteris variationem hic notavit. Reitz. Haud dubie in J. est ξυμπαραβησθεὶς· certe *Ald.* 2., quae fere cum *Junt.* consentit, hoc mendum ostendit. Lehm.

Ead. l. 11. *Ἐς τὸ ἀσφαλὲς*) Vertunt: *ibi mulierem quandam vidi non carentem fuco, etsi in modum quam maxime opportunum et incomtum se aptabat.* Estne τὸ ἀσφαλὲς in modum quam ma-

xime opportunum? Hoc credant, qui nondum aere lavantur. Legendum, ἐς τὸ ἀφελὲς καὶ ἀκόσμητον, et verte: *Ibi mulierem quandam vidi non simplicem, etsi se composuisset, ut videretur maxime infucata et inculta.* In aliis quoque locis hoc vocabulum ἀφελὲς, quod frequentius in *Luciano* reperitur, corruptum est in ἀσφαλὲς, uti videbimus. Mox addit, cum mulier illa forte invita nudaretur, se vidisse in illa περιδέραια χρυσᾶ τῶν κλοιῶν παχύτερα, *torques aureos boiis crassiores.* Sic enim et codex Angl. et mea excerpta, longe ἐμφατικωτέρως, quam quod in editis circumfertur, τῶν ἐγχέλεων παχύτερα. Sunt enim τὸ κλοῖα et ὁ κλοιὸς vincula sive ferrea, sive alius materiae crassiora, quibus et captorum colla, manus, pedes vinciuntur, ut et quibus canes mordaces coërcentur. *Xenoph.* II. Ἑλληνικ. οἵγε ὥσπερ τοὺς δάκνοντας κλοιῷ δήσαντες παραδιδόασιν, οὕτω κἀκεῖνοι ὑμᾶς παραδόντες τῷ ἠδικημένῳ τούτῳ δήμῳ οἴχονται ἀπιόντες· *Sicut qui mordent catena vinciendos tradunt, ita illi* (Lacedaemonii) *vos postquam tradiderunt populo isti injuria affecto, abierunt.* Apud *Eusebium* Hist. Eccl. V, 32. vinculum ferreum, quo martyrum colla vinciebant, dicitur κλοιὸς σιδηροῦς. *Prudentio* est *boïa: Colla boiis impedit.* Graev. Ἀφελὲς omnino legendum, praeeuntibus Codd. MSS. P. L. et ed. J. Quod enim in reliquis est ἀσφαλὲς, ferri nulla ratione potest. Solan. Legendum omnino, quod jam vidit *Graevius*, ἀφελές. Gesn. Cf. etiam *Hemsterh.* ad Necyom. c. 7. Lehm.

Pag. 142. l. 4. Ὑπεφαίνετο δέ τι καὶ ψιμύθιον καὶ φῦκος καὶ τὰ ῥήματα πάνυ ἑταιρικὰ) Absit, ut credamus, id posterius factum, aut *Lucianum* velle innuere. Immo nihil verba meretricia ad praecedentia: et quid ad verbum in initio positum? Puto scripsisse καὶ τὰ χρώματα, ut in Dearum judicio, μηδ᾽ οὕτω κεκαλλωπισμένην, μηδὲ τοσαῦτα ἐντετριμμένην χρώματα, καθάπερ ὡς ἀληθῶς ἑταίραν τινα. Gron. At χρώματα qui feras, praecedentibus jam ipsis illis coloribus simulatis? Etiam ridicula h. l. sunt, quae conjecit *Pell.* ῥύμματα. Facile satisfecisse me credo elegantioris judicii lectori, quum post φῦκος commatis loco colon posuerim, ut jam non ὑπεφαίνετο cogites, sed ἦν. πάντα autem, quod Cod. 3011. pro πάνυ habet, omnino rejiciendum. Lehm.

Ibid. Ψιμύθιον καὶ φῦκος) *Bened.* vertit, *creta et fucus.* Sed, *cerussa et fucus* rectius ill. *Spanh.* obs. ad *Callim.* p. 446. f. Ubi plura de meretriciis his coloribus. Reitz.

Ead. l. 6. Ἐς τὸ κάλλος ἔχαιρε) Vertebatur olim: *admodum gaudebat*; sed rectius cl. *Gesn.* vertit, *pulchritudinis no-*

minc; ideoque ego comma post ἐραστῶν sustuli, et post κάλλος posui, ut nexus fiat, ἐπαινουμένη ἐς τὸ κάλλος, ἔχαιρε, *laudata propter pulchritudinem, gaudebat.* Sic pro Imag. c. 23. V. *L. Bos* Obs. cr. p. 50. Sic εἰς pro *propter* etiam *Aelian.* V. H. XIV, 9. Ξενοκράτης — ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος εἰς τὸ ἄχαρι σκωπτόμενος, *Xenocrates cum a Platone ob rusticitatem deridcretur.* Quia autem τὸ κάλλος, docente *Hesych.* et *Eustath.* etiam signif. *unguentum Veneris*, nescio num simul ex joco ambiguo huc alludat. Reitz. De ἐπαινεῖν ἐς cf. Somn. cap. 2. τότε δὲ ἔπαινος ἐς τὴν εὐφυΐαν καὶ ταῦτα ἦν. Omnino tamen res nota. Lehm.

Ead. l. 8. Οὐδὲ προσέβλεπε) Id quod meretrices Corinthiacae facere consueverant: vid. *Comicum* in Plut. v. 149. et *Schol.* ibid. L. Bos.

Ead. l. 10. Ἐγχέλεων) Angl. κλοιῶν. Bourd. Κλοιῶν quidam Codices, (ut in variantibus notatum.) confer Pro Merc. Cond. c. 1. *Eurip.* Cycl. 183. te torque Paridis. Solan. Ἐγχέλεων retinendum puto, quia ratio reddi potest, cur κλοιῶν substitueret aliquis, qui non intelligeret, quid *anguillae* sibi hic vellent; de *anguilla* substituenda *boiis*, nescio an aliquis cogitare facile potuerit. Tum torques anguillarum figura decet non minus, quam muraenarum, unde dictas *muraenulas* torquium quoddam genus, constat; vid. *Scheff.* de torqu. p. 12. Gesn. Etiam in *Junt.* cl. *Solan.* deleverat ἐγχέλεων, et κλοιῶν correxerat, ac videtur voluisse in textum recipere. Sed rectius cl. *Gesnerus* vulgatam servavit, cui addo, nihil inde confici, quod in Apolog. pro merced. conduct. cap. 1. iterum vocabulum κλοιῶν occurrat: illic enim nec lusus idem, nec comparativus praecedit, ut hic. Reitz. Et *Belinus* cum iis facit, qui ἐγχέλεων defendunt, pariterque ac *Gesnerus* monet, respici ad anguillarum figuram, qua nonnunquam veteribus fuerint torques et armillae, laudatque opportune locum Amorr. c. 41. qui omnino cum hoc nostro conferri meretur. Lehm.

Pag. 143. l. 1. Τῆς ῥινὸς) Eadem locutio occurrebat supra Deor. Dial. §. 3. (VI, 3.) Reitz.

Ead. l. 2. Ἰξίονα) Vid. *Hom.* Il. Ξ, 317. Conf. Deor. Dial. VI. Solan.

Ead. l. 5. Βαδίζειν ἐπὶ τὴν οἰκίαν) Subindicat vafer scurra, Platonem quoque non satis familiarem fuisse philosophiae et veritati. Gesn.

Ead. l. 6. Ἐν Κεραμεικῷ) De his omnibus locus dicendi ad *Pausan.* Bourd. Glossa edit. Paris. *Ceramicus, locus Athenis, ubi, qui in bello ceciderant, sepeliebantur: a varietate pic-*

turarum poecilus *dicta porticus: nam ibi bella varia, quae Athenienses adversus hostes gesserant, depicta erant. meminit Pausanias.* Reitz.

Ead. l. 8. *Ποικίλη*) A pictura Polygnoti sic dicta porticus; v. *Corn. Nep.* Miltiad. cap. 6. et *Diogen. Laërt.* in Zen. p. 165. C. Solan.

Ead. l. 9. *Πρόσεισιν*) Angl. *προσέρχεται.* Bourd.

Ead. l. 11. *Ἠρέμα*) *Composite.* Bourd. Pro *ἐπὶ συννοίᾳ βαδίζουσαν* mallem *ἐπὶ συννοίας βαδ.* Sic *ὁ ἐπὶ τῶν φροντίδων* Diall. Mortt. X, 8. *ἐπ' ἐλπίδων ἔχειν τινὰ* De Merc. Cond. c. 7. Quid, quod eadem formula *ἐπὶ συννοίας βαδίζειν* Cronos. c. 11. Lehm.

Ead. l. 13. *Καίτοι μία πάντων*) Fingitur Philophia more solito in porticum Poecilen procedens, non sola, sed aliquot comitibus stipata, Virtute nempe, Justitia, Veritate, et aliis, quae mox nominantur. Ita tamen Philosophia huic turbae memoratur immixta, ut, quamvis omnes essent inter se admodum similes, nihilominus Philosophia dignosci potuerit. *Πολλὰς ὁμοίας ὁρῶ*, inquit *Λυκῖνος*, *τό γε σχῆμα, καὶ τὸ βάδισμα, καὶ τὴν ἀναβολὴν, καίτοι μία πάντων φιλοσοφία καὶ ἐν αὐταῖς.* Non caret soloecismo hic locus; neque enim *πάντων*, sed *πασῶν*, res ipsa postulat satis manifesto. Non tamen ego quidquam hic ausim immutare, cum et alibi similia in hoc scriptore offenderim. Ecce in Amoribus, in descriptione templi Veneris Cnidiae c. 12. *Καί πως εὐθὺς ἡμῖν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ τεμένους, ἀφροδίσιοι προσέπνευσαν αὖραι. τὸ γὰρ αἴθριον, οὐκ εἰς ἔδαφος ἄγονον μάλιστα, λίθων πλαξὶ λείαις ἐστρωμένον, ἀλλ' ὡς ἐν Ἀφροδίτης, ἅπαν ἦν γόνιμον ἡμέρων καρπῶν, ἃ ταῖς κόμαις εὐθαλέσιν ἄχρι πόῤῥω βρύοντα τὸν πέριξ ἀέρα συνωρόφουν. Et statim ab ipso delubro Venereae nobis adspirarunt aurae; nam subdialis pars non in pavimentum maxime sterile, laevibus lateribus instrata, sed sicut in Veneris templo, tota erat fructuum mitium ferax, qui cum frondibus suis in longum usque luxuriantes, ambientem aërem involvebant.* Patet clarissime, voculam *ἃ* ad *τοὺς καρποὺς* esse referendam. Sic pag. seq. *ἦν δ' ὑπὸ τοῖς ἄγαν παλινσκίοις ὕλαις ἱλαραὶ κλισίαι τοῖς ἐνεστιᾶσθαι θέλουσιν· εἰς ἃ τῶν μὲν ἀστικῶν σπανίως ἐπεφοίτων τινές. Erant autem sub opacis hisce silvis amoena tabernacula, eorum usui, qui intus convivari vellent, comparata. In quae nonnulli quidem urbani se raro conferebant* etc. Et hic *ἃ*, ubi poscitur *ἅς*. In de Parasito c. 26. Parasitus, ubi variis argumentis demonstrasset, Parasiticam artem generatim universis aliis artibus esse praestantiorem; eandem hanc artem singulis quoque praestare artibus docturus, ita pergit, *Ὡς μὲν*

τοίνυν κοινῇ πάντων διαφέρει (*ἡ Παρασιτικὴ*) *δεδεῖχθαί μοι δοκῶ. φέρε δὴ ὡς καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστης διαφέρει σκοπῶμεν. Igitur quantum communiter praestet* (Parasitica) *omnibus, videor mihi demonstrasse. Age jam, quantum singulatim singulis praestet, consideremus.* Perspicuum est, dicendum fuisse *πασῶν*, non *πάντων*· respiciuntur enim *τέχναι*· quocirca etiam in sequentibus dicitur *ἑκάστης*, scilicet *τέχνης*. Sed et supra c. 13. promiserat Parasitus se probaturum, *ὅτι Παρασιτικὴ κοινῇ πασῶν διαφέρει τῶν τεχνῶν. εἶτα ὅτι καὶ ἰδίᾳ ἑκάστης.* Sic in Lapithis c. 4. pr. id *ὑποσόλοικον Lucianici styli properantis* notat *Marcilius*, *Ἀλλ' οὔτι γε πρὸς ἐμὲ οὕτω ποιεῖν ἐχρῆν, ἀκριβῶς γιγνώσκων, πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι. At non erat apud me sic agendum, ut qui norim* (*cognoscentem*) *apprime, te dicendi esse longe cupidiorem, quam ego sim audiendi.* Et re vera debuerat *γινώσκοντα*. Quid tamen dicemus? Certe mihi vix credibile est, tam foedam labem ab politissimo auctore profectam; potius vel temporis injuriae, vel librariorum socordiae eam deberi existimem; quamvis non omnino mihi persuadeam, ipsos quoque veteres scriptores non aliquando leviter esse lapsos, quod secundae curae facile restituissent. Praecipue autem id existimare non absurdum tantopere est, cum et in hodiernis linguis non raro contingat, ut etiam exactissimi scriptores vernacula lingua scribentes, in phrasibus contra naturam linguae per oscitationem quandam impingant. Lubet hic paullum indulgere exemplis, ex scriptis aliorum etiam Graecorum petitis, ubi *ὑποσόλοικόν τι* residere existimari possit, sive ab ipsis auctoribus, sive depravatione temporis et librariorum ortum. Apud *Aelianum* X. *Ποικιλ.* c. 18. ubi legitur, *Βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτοῦ νύμφη μία, καὶ ὡμίλησε καλῷ ὄντι καὶ νέῳ*, haud dubie styli ratio requirit *Βουκολοῦντος τοῦ Δάφνιδος*, quemadmodum et interpres intellexit. Libro quoque XII. c. 1. *Ταῦτα ἀκούσασα ἡ παῖς καὶ δράσασα, τὸ φῦμα ἠφανίσθη.* Patet et hic primos pro secundis casibus esse positos. Similia exempla, si non omnino soloecae, nimium certe *ἀνακολούθου* orationis, notavit in *Hygino Th. Munkerus* in sua de *Hygino* Dissertatione; quale illud in Fab. CLXIV. *Quam pater gladio feriens, Adonis exinde natus est.* Non tamen sunt omnia, quae in *Hygino* stribliginis nota insignit ibi vir doctissimus, ab Augustei aevi scriptoribus alienissima. Sed hoc non est hujus loci. Possint huc quoque referri ex eodem *Aeliano*, quae leguntur lib. I. c. 15. de pullis columbarum, *Νεοττῶν γενομένων ὁ ἄῤῥην ἐμπτύει αὐτοῖς, ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον, φασίν, ἵνα μὴ βασκανθῶσι δι'*

ἄρα τοῦτο. *Gesnerus* legit τοῦτον, ut effugiatur soloecismus. Sed ecce lib. XII. c. 60. de congressu Dionysii et Philippi, Πολλοὶ μὲν οὖν, ὡς εἰκὸς, καὶ ἄλλοι λόγοι ἐπέῤῥευσαν. ἐν δὲ τοῖς καὶ ἐκεῖνο. Posceretur ἐκεῖνος, λόγος nempe. Et haec communicabamus quondam cum amico nostro eruditissimo, *Jac. Perizonio*, ad *Aeliani* locum lib. XIV. c. 37. qui vulgo sic legitur, Ἔστι γάρ τι ταῖς χειρουργίαις σοφὸν, καὶ ἐν τούτοις. καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα δύναταί τις καταγνῶναι ἔχοντα ταύτῃ, ἐν δὲ τοῖς καὶ ἐκεῖνο etc. Rejiciunt eruditi *Fabrum* legentem χειρουργίας. At sicut nec ego *Fabro* adsentio; ita non video, ubi texturam horum verborum contemplor, concinnum esse in ἐν τούτοις sensum; neque enim id satis commode ad ἀγάλματα et εἰκόνας, de quibus praecessit, referri posse puto. Mihi censetur tollenda post ἐν τούτοις, illa τελεία στιγμὴ, (quam etiam non agnoscit Romana editio) et omnia ita connectenda: *Habent enim hae artes, quae manu fiunt, aliquid sapientis; inque illis* (artibus) *multa quidem et varia quis possit deprehendere ita sese habentia; inter haec vero et illud* etc. Ἐν τούτοις, hoc est, ἐν χειρουργίαις omnis generis. Τούτοις autem pro ταύταις, qualia illa exempla, quae et apud hunc scriptorem et *Lucianum* nostrum supra vidimus. Caeterum nolim quis existimet, haec ita me afferre, quasi contendere velim, ea, quae ex antiquis scriptoribus pro vitiosis protuli, verissime esse vitiosa omnia: potius haec erudito lectori hactenus exhibui et proposui, ut simul profitear, me, si quid minus diligenter perspexerim, lubenter meliora doceri velle a quocunque, qui cum nostrae in his literis mediocritati succurrere, tum his ipsis literis haud inutilem navare operam, non gravatus fuerit. In ipsis poëtis quoque a recentioribus Graecis magistris, ne de *Aristarcho* aliisque veteribus Criticis loquar, nonnulla pro soloecis notata sunt: quemadmodum *Scholiastarum* in eos lectio satis testatum cuilibet facere possit. Sic vetus *Scholiastes Homeri* anonymus ad haec ex Il. *I.* v. 598.

— οὔ τί με ταύτης
Χρεὼ τιμῆς —

notat, id esse σολοικισμὸν παρὰ τὰς πτώσεις· debuisse nimirum *Homerum* dicere, οὔτι μοι ταύτης χρεὼ τιμῆς. Similiter scribit idem commentator ad Il. *K.* v. 43.

Χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καί σε. —

An vero revera haec locutio sit soloeca, non judico. *H. Stephanus* censet esse accusativum pro dativo: quid vero hoc a soloecismo differat, non video. Forte quaedam est ellipsis, cujus ratio nondum sit plane perspecta. Paullo majo-

ris momenti est, quod idem Anonymus notat ad Iliad. Θ. v. 455.

Οὐκ ἂν ἐφ᾽ ὑμετέρων ὀχέων πληγέντε κεραυνῷ
Ἂψ ἐς ὄλυμπον ἵκεσθον· —

nimirum πληγέντε positum esse pro πληγεῖσαι. Et certe hoc, vel in duali πληγείσα, postulat haec oratio: loquitur enim Jupiter ad Junonem et Palladem, atque ad eas τὸ πληγέντε est referendum. Est tamen, ubi omnino non audienda est istiusmodi Graecorum magistrorum crisis. Etenim cum apud *Homerum* Il. Δ, 503. legitur

— Τὸν δὲ σκότος ὄσσ᾽ ἐκάλυψε,

non est, ut censet Anonymus ille, soloecismus; nec summa fuit *Homero*, ut ille innuit, necessitas scribendi sine soloecismo — τοῦ δὲ σκότος ὄσσ᾽ ἐκάλυψε. Est nimirum solennissima illa ellipsis, atque ita commode intelligenda: τὸν δὲ σκότος ἐκάλυψε κατὰ τὼ ὄσσε, *hunc, quantum ad oculos, tenebrae involverunt.* (Atque ita se ipse satis dilucide exponit *Homerus*, ut qui Il. *E*, 82. (et *Π*, 333.) narrans Hypsenora ab Eurypylo occisum, diserte ait

— τὸν δὲ κατ᾽ ὄσσε
Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.

Hanc parenthesin inseruit *Hemst.*) *Apollonius* quoque *Rhodius* nonnunquam paullo injustius ab *Scholiasta* suo exagitatur. Ut omittam, quod compluribus in locis, ubi poëta iste τὸ σφέτερος, ἑνικῶς, *de uno*, usurpat, identidem non recte scripsisse ab *Scholiasta* suo arguitur; quam crisin, ut iniquam explo-serunt dudum eruditi, *Is. Casaubonus* ad *Athen.* IX. c. 4. *Ez. Spanhemius* ad *Callimachum* pag. 457. Ubi apud hunc lib. I. v. 440. Jason Apollinis oraculum comitibus suis hoc modo profatur,

Ὑμῖν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν χρειώ τε περῆσαι
Ἐνθάδε κῶας ἔχοντας, —

interpres Graecus continuo infert, oportuisse ἄγουσι· (nempe, ut hoc obiter dicam, Scholiastes ille in suo libro legebat ἄγοντας, non ἔχοντας. Et forte haec sanior est lectio: nam sic κῶας ἄγειν reperio quoque in hoc poëtae anonymi apud *Etymol. M.* scriptorem, voce Κώδιον, fragmento,

Κῶας ἄγειν κριοῖο μεμαῶτας —)

referendum enim id esse ad τὸ ὑμῖν. Sed vero sicut ἄγουσι, sive ἔχουσι, non fuisset culpandum, ita nunc quartus casus ab omni vitio purus est. Quemadmodum enim etiam Latine dicitur *mihi otioso esse non licet*, *expedit bonas esse vobis*, ita et quo minus Graece possimus utroque modo loqui, nulla est ratio, modo recte in construendo distinguatur. *Apol-*

lonii ergo verba ita erunt concinnanda, Ὑμῖν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν χρειώ τε, ὑμᾶς περῆσαι ἐνθάδε κῶας ἔχοντας. Ita et *Homerus* (quod ipsum exemplum adfert quoque istic *Apollonii Scholiastes*) Il. *A.* v. 541.

Αἰεί τοι φίλον ἐστὶν ἐμεῦ ἀπὸ νόσφιν ἐόντα,
Κρυπτάδια φρονέοντα δικαζέμεν —

hoc est, *Αἰεί τοι φίλον ἐστὶ, σὲ ἐμεῦ* etc. *semper tibi placet, te seorsum a nobis, clam consilia agitantem, regnare.* Nullo itidem jure, ut ante nos video animadvertisse *Jer. Hoelzlinum, Scholiastes* in his *Apollonii* I. v. 872.

Ἴομεν αὖτις ἕκαστοι ἐπὶ σφέα —

ait illud σφέα se non ὑγιῶς habere; convenire enim σφεῖς tertiae personae; hic autem sermonem fieri in prima; quare debuisse *Apollonium* dicere ἐφ' ἡμέτερα. Sed omnino fallitur Graecus ille magister: nihilo enim magis peccat *Apollonius*, dicens,

Ἴομεν αὖτις ἕκαστοι ἐπὶ σφέα —
Redeamus quisque ad sua, —

quam *Virgilius* (quod idem opportune doctus ille vir adfert) eodem, puerisque notissimo, modo dicens,

Quisque suos patimur manes: —

qua loquendi ratione nullus non scriptor frequentissime utitur. Similiter iniquus est *Scholiastes* ille in *Apollonium*, ubi in v. 893.

Ῥηϊδίως δ' ἂν ἑοῖ καὶ ἀπείρονα λαὸν ἀγείραις,

culpat τὸ ἑοῖ de secunda usurpari persona, cum id proprie pertineat ad tertiam. Sed τὸ ἑοῖ, quemadmodum et τὸ ἑαυτοῦ, etiam de aliis personis usurpari, recte animadvertit idem *Hoelzlinus*, ad quem lectorem relego. Jens. Ed. *Flor.* πάντως, uti conjeceram. In reliquis est πάντων, mendose. Solan. Unice vera lectio est πάντως, quam etiam Cod. 2954. confirmat. Valent hic non tam linguae rationes, e quibus πάντων saltem ferri posse nimia cura demonstravit *Jensius*, quam potius sententiae ipsius natura. Nimirum conspicit Lucianus appropinquantes complures feminas eodem fere habitus decore, eadem vultus humanitate, eadem denique incessus dignitate, in quibus et Philosophiam esse modo dixerat Plato. Recordatus igitur Lucianus fucatarum istarum, quas olim cognoverat, Philosophiarum ratusque tali corona stipatam hic prodire veram, quaerit, ex his quae genuina illa sit: nam, inquit, unam modo *necesse est* (hoc enim est πάντως) genuinam esse illam, quam cognoscere cupio, philosophiam, etiam in hoc choro. Haec postrema referenda sunt ad similes, quas olim vidisset et per aliquod tempus pro vera Philoso-

phia accepisset, meretricias formas. Itaque *καὶ*, tantum abest, ut oneri sit sententiae, ut contra vi sua destituantur Luciani verba, si cum *Schmiedero* in hujus particulae locum substituere volueris *ἐστί*. Lehm.

Pag 144. l. 1. *Κεφάλαια*) Apud Latinos saepissime *principes* philosophi illi illustres audiunt, praesertim apud *Ciceronem*. At hic non *principum* tantum nomine honoris caussa compellat, sed *summam et epitomen totius suae disciplinae: ipsa disciplinarum mearum capita.* Sic *αὐτὰ δὴ τὰ κεφ.* usurpat iterum Quom. Hist. Conscr. c. 28. et Diall. Mortt. XX. Haec cum scriberem, venit in mentem locus *Ciceronis* depravatissimus, de Nat. D. initio. Cum perobscuram esse dixisset *quaestionem de natura Deorum*, sic pergit: *De qua tam variae sunt doctissimorum hominum, tamque discrepantes sententiae, ut magno argumento esse debeat CAUSSAM PRINCIPIUM philosophiae esse scientiam, prudenterque Academicos a REBUS INCERTIS assensionem cohibuisse.* Ad hunc locum docti multa. *P. Manutius* legit, *caussam, id est principium*, ostenditque pluribus, qua ratione *scientia* sit *caussa* philosophiae. Sed nihil haec ad rem: imo *Ciceroni* contraria, qui, quidquid demum scripserat, statim infert, *prudenter Academicos A REBUS INCERTIS assensionem cohibuisse.* *Fulvius Ursinus* a Ms. suo haec verba abesse ait, *caussam principium.* Omnibus aqua haeret. Ego sic emendo: *cassam principum philosophiae esse scientiam.* Norunt qui *Ciceronis* opera philosophica legerunt, solere eum philosophos celebres *principum* nomine insignire: exstantque illius rei in hoc ipso libro exempla: nec de eo laborandum est. At insolita forsan videbitur locutio, *cassa scientia.* Esto: at certe rei accommodatissima. Et, si vacaret, ex *Plauto*, *Seneca* et ipso *Cicerone* possem non admodum abhorrentia loca proferre. Solan. *Caput* etiam Latinis tam de principe alicujus Sectae, quam de summa atque epitome rei dici, recte quidem clar. *Solanus* adfirmat, idque omnibus satis notum arbitror; verum emendatione illa *Ciceronis*, quam proponit, nihil opus esse arbitror; cum *Davis.* ex Ms. *Eliensi* nobis exhibuerit: *Caussam, id est principium philosophiae, esse inscientiam*, ut *Aldus* quoque jam habuerat. Quia *inscientia* sit *ποιητικὴ αἰτία* philosophiae, ut ait *Nemesius* de nat. Hom. c. 30. p. 230. Reitz.

Ead. l. 2. *Τις ὑμᾶς*) Angl. *τί*. Bourd. *Τι* et in aliis Codd. lectum praeferendum censuit *Belinus*, et hoc judicium secutus vere praetulit *Schmiederus*. Mihi quidem videtur ab imprudente librario repetitum esse, quod modo praecesserat, *τι*. Et *τις* quidni et ipsum ferri possit, equi-

dem non video. Dialogos certe Mortuorum qui legerit, facile is nec sane invitus de Menippo aliquo vel Diogene h. l. cogitabit, qui illic umbris quibusdam minus sapientibus admodum molesti (λυπηροί, e. g. Diall. Mortt. II, 1.) fuisse perhibentur. Lehm.

Ead. l. 4. *Λωποδύτης*) Angl. τυμβωρύχος. Has voces interpretantur *Pollux, Hesych. Suid.* copiose. Interpres *Demosth. Liban.* Arg. orat. contra Midiam. Bourd. Utrum probes, per se h. l. perinde est: sed utrum eligas, difficulter dijudicaveris, quum utrumque sua commendetur auctoritate. In hac ponderis aequalitate consultius duxi in Editionum lectione acquiescere. Lehm.

Ead. l. 11. *Ἐν Διονυσίοις*) His actae etiam Aristophanis nubes, quas ipsas cum patienter adeo tulerit Socrates, vel fortiter potius et magno animo: parum decorum personae illius servavit in hoc dialogo Lucianus, quo toto nimirum impotenter nimis insultat capitibus sectarum, nimis de se arroganter, vel impudenter potius commemorat. Gesn. Neque *Wielandius* non ingenue fatetur, ea, quae *Lucianus* h. l. ipsam Philosophiam dicere jubeat, licet versutissime inventa, non tamen sufficere ad cavillatoris insolentiam omni ex parte excusandam. Quod enim quis injuria affectus forti sit et generoso animo, eo tamen non reddi meliorem ejus, qui affecerit, caussam. Recte quidem. Sed duo tamen in hac caussa teneri velim: primum, quod haec, a Philosophia pronuntiata, haud dubie Lucianus non tam ad se purgandum, quam potius ad adversarios suos pungendos, valere voluerit. Deinde vero, ubi ipse se defendit, imprimis a c. 30. ita caussam suam agit, ut apertius principes illi philosophi ab indignis eorum simiis distinguantur, atque adeo jam non possint non lubenter in gratiam redire cum verissimo ipsorum cultore. Hinc et duo patent: primum, Lucianum, dum magnos illos philosophos hic illic petiit, nonnisi sectas, ab iis profectas, sectarumque maxime studium petere voluisse; alterum, petulantiam scriptoris nostri, etsi nimiam passim, ac vere injuriosam, non tamen perditi, et, cujus a multis iisque cupidioribus hominibus accusatus est, malitiosi animi fuisse. Lehm.

Ead. l. 15. *Ὥσπερ τὸ χρυσίον, ἀποσπώμενον τοῖς κόμμασι, λαμπρότερον ἀποστίλβει*) *Erasmus: tanquam aurum, cum erutum inciditur, clarius relucet.* Et quaeso, quid hinc distat *Benedictus, quemadmodum aurum, cum erutum inciditur, clarius refulget?* Scilicet hoc erat, quod Salmuriensem interpretationem mercbatur. At quid hoc rei est? an aurum tunc inci

sum clarius est reliquo auro? Immo quid magis fatuum est? an periculum est, ut quis credat, aurum ab aliquo incisum iri non erutum? Rectissime annotavit pater: vide *Casaubonum* ad *Strabon.* p. 63. ad lib. 3. innuens locum scilicet, unde discimus, aliquod auri genus effossum solere tundi, ut ait *Plinius*, *κόπτεσθαι*, ut *Strabo*. Gron.

Ibid. *Ἀποσπώμενον τοῖς κόμμασι*) Locus est elegantissimus, sed ab interpretibus pessime acceptus de convitiis, et scommatibus: *Οἶδα γὰρ ὡς οὐκ ἄν τι ὑπὸ σκώμματος χεῖρον γένοιτο, ἀλλὰ τοὐναντίον ὅπερ ἂν ᾖ καλὸν, ὥςπερ τὸ χρυσίον, ἀποσπώμενον τοῖς κόμμασι, λαμπρότερον ἀποστίλβει, καὶ φανερώτερον γίνεται.* Vertitur: *Novi enim nihil reddi deterius a scommate; sed contra quod bonum est, quemadmodum aurum, quod erutum inciditur, clarius refulget, fitque splendidius.* Quid hoc *aurum, quod erutum inciditur?* Num incisio reddit aurum splendidum? num *κόπτειν χρυσὸν* est *aurum incidere? Κόπτειν* est *ferire, signare aurum:* et *κόμμα* est *signum in nummo percussum;* hinc numisma *πονηροῦ κόμματος*, quod aliter dicitur *παρακεκομμένον, malae notae, nummus adulterinus.* Hic tamen *κόμμα* est *ipsa percussio*, cum in moneta nummus feritur, *ille actus feriendi:* legitur autem pro *ἀποσπώμενος* in Ms. *ἀποσμώμενος*, quod valde placet. Est igitur *ἀποσμώμενον τοῖς κόμμασι χρυσίον aurum detersum ipsa percussione,* dum in officina monetariorum ab operis rude aurum feritur, et signatur, fitque, cum signatum est, splendidius: quod qui in officinis illis aurum et argentum viderunt signari, non possunt ignorare. Sicut igitur aurum, inquit, cum in moneta percutitur, signo a malleatoribus impresso, fit splendidius, sic convitia et scommata rem bonam reddunt meliorem. Si quis tamen velit vulgatam tueri pertinacius, potest exponere, *monetam recentem*, quae modo ex trium virorum A. A. A. F. F. officina est protracta: sed ego Ms. scripturam laudo proboque. Graev. *Ἀποσμώμενον*) Hanc scripturam Ms. Gr. in textum pro vulgata *ἀποσπώμενον* recepimus. In P. *ἀποσκώμενον* mendose. Solan. Vid. Passion. S. S. Mart. Tarachi, Probi et Andronii p. 275. Hemst. *Ἀποσμώμενον Solanus* in textum recipi jussit. Ego vero propter consensum optimarum Edd. et plurimorum Codicum, nihil mutare ausus sum in vulgata, maxime cum citatio *Hemsterhusii* sensum probum ostendat. Reitz. *Noster* de Gymn. c. 29. *τὸν ξένον ἀποσμᾶν* sequiturque etiam *καὶ στιλπνότερον ποιεῖ τὸν ἄνδρα.* Quare jam et hic *ἀποσμώμενον* restitutum vellem pro *ἀποσπώμενον.* Idem *in Addend. et Corrig.* Sic praeter *Graevium* ipsum, *Solanum* et *Hemsterhusium*, elegantissimos viros, censuerunt

etiam *Seyboldus* et *Jacobsius*, hic in Addit. ad *Goelleri* Edit. *Dionys.* de comp. verb. p. 260. sq. qui tamen simul rectissime monet, κόμμασι non referendum esse ad monetariorum malleum, sed simpliciter ad ictus, quibus metalla *a scoria purgentur*. Citat hanc in rem *Suid.* διασμώμενος ἐρευνῶν. Conferri etiam potest scholion ad Lexiph. c. 3. σμῆν· καθαίρειν, et cum hoc ille locus, quem *Hemsterhusius* ex *Nostro* attulit Anachars. c. 29. In tanto tantorum virorum consensu, cui etiam Latina *Gesneri* interpretatio accedit, nulla mihi dubitatio amplius relinquitur, quin ἀποσμώμενον vulgatae voci, cui librarii *Luciani* longe magis adsueti locum dedisse videntur, praeferendam existimem. Σκώμμασι autem et κόμμασι h. l. ludentis ingenii esse videntur. Lehm.

Pag. 145. l. 1. Ὀργίλοι) *Iracundus*, ad ulciscendum proclivis, quae significatio satis obvia si testimoniis indiget, adi *Elsner.* ad Tit. I, 7. Reitz.

Ead. l. 2. Ἄγχετε) Hic videntur loqui volentis Luciani collum pallio comprehenso stringere, ne vocem mittere possit. Itaque mox Philosophia, δῆλος, inquit, ἐστὶν εἰπεῖν τι θέλων. Gesn.

Ead. l. 4. Τὴν ἀξίαν) Ἀξία, τιμὴ, τίμησις, εὔκλεια ἀντὶ τῆς κολάσεως. Ut apud Latinos pretium, stipendium, et similia. *Eust.* ad Iliad. 1. Inter. *Aristoph.* alii. Bourd.

Ead. l. 5. Ἐπιὼν) Alibi apud hunc et *Demosthenem* παριών. Solan. Verum nec ἐπιὼν reprobandum, quum ἐπιέναι ἐς τὰ πλήθη sit *aggredi plebem* ea significatione, qua verbum *aggredi* apud *Sallustium* frequenter occurrit, i. e. *progredi, prodire in medium.* Temere itaque ἐπιὼν tum omissum in Fl. tum mutatum a *Jo. Seagero* in Class. Journ. XVII. a. 1814. p. 161. in εἰπών. Ceterum hoc ipsum *Seageri* εἰπεῖν ἐς τὰ πλήθη verear, ut unquam a Graece scribente dici potuerit. Lehm.

Ead. l. 9. Καί σοι ὅτι ἂν δοκῇ) Argl. ὅ σοι ἂν δοκῇ. Bourd. Sic et P. Sed A. 2. nescio unde depravata exhibet verba καὶ ὅσον ἂν δοκῇ. Ceterum, ne quid celem, voculae σοι reddidi accentum suum, vulgo ad καὶ retractum. Lehm.

Ead. l. 12. Ἥπερ καὶ μόνη τἀληθὲς ἐξευρεῖν δύναιο) Malim cum Ms. ἥπερ καὶ μόνη τἀληθὲς ἂν εὑρεῖν δύναιο. Inferius ἐν τῇ Ποικίλῃ rectius vertas cum *C. Nepote in Poecile*, quam cum interpretibus *in Poecilo*. Graev.

Ead. l. 13. Ἐξευρεῖν) Ms. Gr. et P. ἂν εὑρεῖν, quod ad veram lectionem magis accedere videtur: puto enim scripsisse *Lucianum* ἐξερευνᾶν. Vide tamen infra c. 45. ἐξεύρισκε eodem, quo hic sensu. L. ἀνευρεῖν. Solan. Quam duorum Codd. auctoritas fulcit, et confirmant Long. Exc. lectionem

ἂν εὗρεῖν, eam jam dudum oportuit ab Editoribus recipi. Aegerrime desideraverit h. l. particulam ἂν, quicunque paullo limatiori fuerit judicio. Quae mox Plato respondet, mirum in modum interpretatus est *Pirckheymerus: Nunc, o execrande, ipsam dominam appellas, paulo ante vero rem esse turpissimam philosophiam asserebas, cum in tanto theatro, etiam pro duobus obulis unumquemque singulatim venalem proponeres. meministine sermonum?* Ultima verba εἶδος αὐτῆς τῶν λόγων Interpres leviter tantum, credo, inspexit: aliam enim lectionem subesse vix est probabile. Lehm.

Pag. 146. l. 9. Ἄρειον πάγον) Arium pagum, Areopagum unico verbo: locus est Athenis, ubi Orestes caussam dixit, et ubi quae ad remp. spectabant, severissime administrabantur. Sic dictus, (teste *Pausan.* in Attic.) quod eo primo vocatus sit Mars (quem Graeci Arem vocant) in jus, propterea quod Alirrhothoum interfecerat. Cogn. De loco et voce multa erudite vir sanctus *Gulon. Fuliens.* ad *Dionys. Areopag.* dixit. *Suid.* Interpr. *Aristoph.* alii de quib. ad *Pausan.* Bourd. *Hesychius* in arce Areopagum ponit: Lucianus aliter, ut vides, et quidem recte. Vid. *Pausan.* pag. m. 108. C. Solan. De loco, ejus judicibus, ac diversa opinione circa etymon vocis satis egere interpretes ad *Act. Apost.* c. 17, 19. Inprimis *Hammondus* et *Clericus*, aliique, quos vid. apud clar. *Wolfium* in Cur. Philol. ad N. T. Conf. nostrum iterum de Gymn. c. 19. Reitz. Collem fuisse Areopagum constat, vel ex nomine ipso. Bene itaque habet vulgata praepositio ἐπὶ, et rejicienda Gorl. ἐς. Infra Cecropiam situm, et huic confinem fuisse Areopagi collem, docet *Pausan.* I, 28. et patet quodammodo etiam ex hoc nostro loco. Unde simul intelligitur, quo jure locum suum obtineat in sequentibus αὐτὴν. quippe altior erat Acropolis Areopago, atque adeo illustrior locus. Perit haec imago, ubi cum *Seyboldo* ταύτην supponere velis. Lehm.

Ead. l. 10. Ἐκ περιωπῆς) Confer supra Charon. c. 2. et alibi apud nostrum. Solan.

Pag. 147. l. 14. *ΦΙΛ.*) P. et L. In impressis *ΛΟΥΚ.* Solan.

Pag. 148. l. 1. *ΑΛΗΘ.*) Repono personam *ΑΛΗΘ.* In omnibus impressis antea scribebatur *ΦΙΛ.* Sed primo repugnat dialogi series; nam id agit Philosophia, ut veritas judicio adesse dignetur; quae aptissime adeo venturam se hic negat, ni secum comites solitas adducere liceat. Adde, quod etsi *Philosophiae* etiam ministrare commode dici possint *Libertas*, et, quo sensu hic sumitur, *Audacia*; elegantius

tamen et longe aptius *Veritatis asseclas* dixeris. Probabunt itaque, sat scio, viri docti et elegantiarum spectatores et exactores strenui nostram emendationem. His jam scriptis, etiam MSS. Codd. auctoritatem accedere video, ita enim in P. et L. *Veritati* haec tribuuntur. SOLAN. Probabiliter haec a *Solano* disputata, non tamen sufficiunt ad totius loci formam genuinam restituendam. Non solum haec verba, quae vulgo *Philosophiae* adscribebantur: Ἔπεσθον, ὦ Ἐλευθερία etc. *Veritati* potius adscribenda erant, sed ex iisdem caussis etiam ea, quae antea eadem illa *Philosophia* dixisse tradebatur: Οὐκοῦν ἐπάγομαι etc. nam compellata modo fuerat *Veritas* sive a Philosophia, sive a Luciano, et rogata, ut adesset judicio, non poterat non ea, quae jam respondentur, respondisse: *Tum vero non solum ipsa veniam, sed adducam etiam famulas meas.* Jam verba: Ἀλλ' ἡμῖν, ὦ Ἀλήθεια, ἐν δέοντι ξυνδικάζοις ἂν etc. quibus maxime ad *Veritatis* dictum: οὐδὲν δέομαι etc. respondetur, nullo modo a Luciano dici potuerunt, nisi aliquantam ineptiam auctori tribuere velis: nam magna quaedam jam per se inesset arrogantia in Plurali ἡμῖν, si nunc quidem is ex ore Luciani proficisceretur; et modo *Philosophia* περὶ τῶν ἡμετέρων diserte locuta fuerat. Neque a polito auctoris judicio exspectari potest, finxisse eum *Veritatem* ipsi potius cedentem, quam *Philosophiae* hortanti. Atqui si haec *Philosophiae* tribuuntur, necessario etiam, quae deinde sequuntur: Καὶ μάλα ὁπόσας ἂν ἐθέλῃς, tribuenda sunt eidem *Philosophiae*. Et sic jam prodierit illa loci forma, et ille loquentium ordo, quem textus *Reitzii* recentiorumque editorum exhibet, quique insuper haud vilissima Codicum auctoritate nititur. Imprudenter forsitan factum, quod in interpretatione Latina, reliquis ita, ut textus restitutus postulabat, dispositis, tamen verba: Ἀλλ' ἡμῖν, ὦ Ἀλήθεια etc. non, ut par erat, *Philosophiae*, sed *Luciano*, adscripta erant. Quo errore etiam *Wielandius* incaute se abripi passus est. *Belinus* autem in versione sua, nescio qua ratione ductus, utrumque sermonem, et illum: Ἀλλ' ἡμῖν etc. et hunc: Καὶ μάλα etc. Luciani fecit. LEHM.

Ead. l. 8. Μηδαμῶς) Parum modestus hic Sophista noster, ut toto fere dialogo: nimis in illum statim propendet Philosophia: nimis ille adversus eam nasutus, nimis illa patiens: nimium stulti Socrates, Plato, ceteri. Etiam illud parum provide, quod Libertas et loquendi Fiducia, ancillae sunt Philosophiae. Sed ῥᾷον μωμεῖσθαι. GESN.

Ead. l. 9. Τοῖς τυχοῦσι) Versum erat, *fortuitis.* Verte, *vulgaribus, minoribus.* Sic in *Act. Apost.* XXVIII, 2. Οἱ δὲ

Βάρβαροι παρεῖχον οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν ἡμῖν. Aelian. V. H. VI, 12. f. *Δεῖγμα οὐ τὸ τυχὸν, documentum non vulgare.* Reitz. *Γάμος οὐχ ὁ τυχὼν* Diall. Marr. XIV, 3. *οὐχ ἡ τυχοῦσα τερπωλὴ* Diall. Mortt. XXVII, 7. *haud vulgares nuptiae, oblectatio haud contemnenda.* Negativa scilicet est haec locutio, nitens affirmativa illa *ὁ τυχὼν*, qua denotatur, *cuicunque forte occurras primo*, der Erste der Beste; ergo *qui ex vulgo est, vulgaris; non selectus sedulo, non spectabilis; vili conditione, ordine, virtute;* ut *τὸ τυχὸν παιδισκάριον* in Dialogo Mortt. laud. §. 7. *vulgaris, miserae conditionis puellula,* optime opposita ibi *γενναίῳ*, generosi animi, nobilis virtutis, amatori. Plura in Indice. Non praetermittendum puto, quae modo praecesserant verba: *καὶ εἴ τις ἄλλος* a *Wielandio* prorsus omissa, a *Gesnero* vero falso reddita esse: *si quis alius,* quasi non adsit copula *καί*. Vult autem Lucianus: *Adsit nobis etiam Elenchus, et si quem alium habes comitum tuorum.* Hi omnes nobis in tam gravi caussa magno erunt usui. Deinde etiam *Ἀποδείξει* adsumta omnino omnes comites suos se sequi jubet *Veritas: Ἕπεσθε πάντες*, exclamans. Hunc in modum etiam *Pirckheymerus,* ut oportebat, locum cepit. Ergo *καὶ* ante *εἴ τις* cave, ne qua ejiciendum suspiceris. Lehm.

Ead. l. 10. *Δυςελέγκτοις*) Mallem *δυςελέγκτους*. Certe ni id fit, illud *καὶ* ante *ἀεὶ* positum oportuit. Solan. Non male *δυςελέγκτους* conjicit legendum *Solanus:* tum vero et comma post h. v. tollendum, et mox similiter *εὑρισκομένους* scribendum. In marg. *J.* notaverat, vid. *Thom. Mag.* Is quidem v. *Εὑρίσκομαι* haec habet: *Λουκιανὸς ἐν τῷ ἀναβιοῦντες, ἢ ἁλιεύς· ἀεί τινας ἀποφυγὰς εὑρισκομένοις,* ex edit. *Blancardi;* sed ex connexione et ibi *εὑρισκομένους* videtur legend. quae syllabae saepe permutari solent; nisi data opera hic ipsissima *Luciani* verba dederit: tum vero contra conjecturam *Solani* faceret, quod jam non dijudico. Reitz. Levius paullo haec acta tum a *Reitzio*, tum a *Solano* quoque. Quodsi recte haberet, quod nego, *Solani* conjectura *δυςελέγκτους*, non patet, qua ratione similiter etiam *εὑρισκομένους* scribendum *Reitzio* videri potuerit. Imo sic mirum in modum depravatus fuerit locus. Deinde non magis intelligitur, quid idem *Reitzius* sibi velit, quum in *Thoma Mag.* de sanissima voce *εὑρισκομένοις* mutanda cogitat. Scilicet conjicio eum prae nimia quadam festinantia *τινὰς* et *εὑρισκομένους* conjungi voluisse, quum tamen in oculos incurrat, etiam apud *Thomam* *τινὰς* cum *ἀποφυγὰς*, ut apud *Lucianum* ipsum, conjungi debere. Jam vero quod ad *Solani* conjecturam ipsam attinet, minime ea mihi quidem probatur. Cui enim tandem, obse-

cro, placere potuerit insolentissime illud dictum, *ἀποφυγαὶ δυςέλεγκτοι*, *refugia difficilia convictu?* Talia vix Scholasticorum barbariei condonantur. Imo nulla prorsus medela eget sanissimus locus, neque adeo transpositione, quam postulat *Solanus*, particulae *καὶ* ante *ἀεί*. Duo enim sunt, quae terribilia ac periculosa in isto hominum genere pronuntiat Lucianus: *quod insolenter se jactent*, (*ἀλαζόνεια*) *et quod difficulter ab adversariis convinci possint* (*τὸ δυςελέγκτους εἶναι*). Quae vero adduntur, caussam indicant, ob quam videantur illi difficiles esse convictu, nempe: *quum semper refugia quaedam sibi inveniant*, etiamsi quam maxime jam ad incitas videantur redacti. Sed lucente sole nihil opus lucerna! Lehm.

Ead. l. 13. *Ἄμεινον*) Aut Luciani persona hic interponenda est, aut Elenchum hic, conversa oratione, Philosophia alloquitur. Gesn.

Pag. 149. l. 1. *API.*) *Ἀναβ.* L. recte. pro reliquorum librorum *API. Fl.* A. tantum habet. Solan. Nihil mutari velim de vulgata personae notatione. Ceterorum nomine *Aristoteles* loqui putandus. Vid. ad Timon. ultimam omnium Adnotationem. Lehm.

Ead. l. 7. *ΦΙΛ.*] Et hic turbarunt vulgo personas. Error haud dubie ortus e confusis notis *ΦΙΛ.* et *ΑΛ.* A *Veritatis* autem partibus haec dicta aliena sunt, conveniunt contra maxime, vel potius unice, *Philosophiae*, utpote examinatrici et arbitrae litis; quod quidem negotium orditur a verbis: *Ἀλλ᾽ εἰπέ μοι, τί σοι τοὔνομα;* Nec caret haec ratio sua auctoritate, quum Long. Exc. sic olim scriptum fuisse testentur. Accedit, quod jam *Pirckheymerus* hanc rationem secutus est: e recentioribus idem fecerunt *Wielandius*, *Belinus* (hic vero non in versione, sed in notis Criticis posterius conscriptis) *T. F. Benedictus*, ut ipse dicit, et *Schmiederus*. Hac ratione nixus, *Belinus* e Cod. 3011. *ταύτῃ* pro *ταύτης* scribi voluit, adsentiente *T. F. Benedicto*, et *Schmiederus* vere ita edidit; quod non probo. Nam *Justitia* nondum fuerat commemorata; et sic convenit optime hoc *δεικτικόν*. Contra nihil valet *ταύτῃ*, ad *Veritatem* relatum: imo tum potius *αὐτῇ* suo loco fuisset. Lehm.

Ead. l. 10. *Παῤῥησιάδης*) *Παῤῥησιαστὴς* dicitur, qui libere loquitur, unde *Democares* ob nimiam et procacem linguam *Parrhesiastes* dictus est. Leg. *Senec.* lib. III. de Ira. Cogn. Locus *Senecae* est lib. III. de Ira c. 23. pr. ubi *Demochares Lipsius* edidit, pro *Democares*, et rectius; sed merentur verba *Senecae* addi, quia historia est lepida, ait enim: *Si qua alia in Philippo virtus, fuit et contumeliarum patientia*,

ingens instrumentum ad tutelam regni. Demochares ad illum, Parrhesiastes *ob nimiam et procacem linguam appellatus, inter alios Atheniensium legatos venerat: audita benigne legatione, Philippus,* Dicite, *inquit,* mihi, facere quid possum, quod sit Atheniensibus gratum? *Excepit Demochares:* Te, *inquit,* suspendere. Reitz.

Pag. 150. l. 1. *'Επευφρατιδίων*) Rogatus Lucianus patriam suam, ait, *Σύρος* (*εἰμὶ* scilicet) *ὦ Φιλοσοφία, τῶν ἐπ' Εὐφρατιδίων.* Conjunctim legendum *'Επευφρατιδίων*, probe vidit eruditissimus vir, *Jac. Gronovius.* Et certe ita habet Flor. editio; ceterae vitiose *ἐπ' Εὐφρατιδίων.* Jens. *'Επευφρατιδίων* in textum recepi ex Fl. ac jubente *Solano* cum *Gronov.* (licet omnes, quas inspexi, Edd. disjunctim habeant *ἐπ' Εὐφρατιδίων*) quia necessaria erat haec correctio. Reitz.

Ead. l. 4. *Σολέας*) Vide *Scholiasten*, cujus catalogo, quia de Babyloniis tacet, addendus Diogenes Stoicus et Posidonius, hic Apamensis Syrus, ille Seleucensis ad Tigrim, sed Babylonius tamen audiebat. (*Diog. Laërt.* p. 157. C.) vide et nostrum de utroque in Macrob. cap. 20. *Plut.* 1073. f. Alterum Posid. memorat. *Diog. Laërt.* 173. C. Adde etiam, si lubet, Athenodorum et Nestora Tarsenses, ex eod. *Luc.* libro. *Σολεὺς Χρύσιππος, Origen.* c. Cels. 196, 2. et *Plut.* 1073. f. Tarsensis etiam quibusdam. Protagoras Abderites, e bajulo, Democriti auditor etc. *Diog. Laërt.* 249. F. etiam Clearchus Solensis Aristotelis discipulus. Solan.

Ead. l. 8. *"Αλλως γοῦν τοῦτο ἠρόμην. ἡ τέχνη δέ σοι τίς;*) Quis posset has voces ita interpretari, ut faciunt interpretes, *verum et hoc quaero, quamnam artem nosti?* An in Graecis legitur, *ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἠρόμην, τίς δή σοι ἡ τέχνη;* Haec Graeca conveniunt istis Latinis, non Lucianea. Nam *Lucianus* priorem citatarum vocum partem retulit ad praecedentia, posteriorem ad sequentia, et verti debuit, *frustra igitur id rogabam.* (nempe de patria et lingua, cum nihil ad disciplinas id faciat.) *Verum quod artificium tuum est?* Paullo ante scribi debuit, *Σύρος, ὦ Φιλοσοφία, τῶν 'Επευφρατιδίων*, ut recte pater, non *ἐπ' Εὐφρατιδίων.* Gron. Vid. idem Deor. Diall. XX, 3. Solan. Vertebatur male, *Verum et hoc quaero.* Propius ad verum sensum accedit versio haec cl. *Gesn. Temere enim illud quaerebam.* Proxime tamen *Solani* nostri, qui orae Ed. *Bened.* adscripserat: *neque hoc ideo rogabam. Verum quamnam tu profiteris artem?* Reitz. *"Αλλως, temere, sine consilio,* haud rarum apud *Nostrum.* Diall. Deor. XIX, 1. Cupido de Minerva in ipsum suspiciosa narrans: *καί ποτε,* inquit, *ἐγὼ μὲν ἄλλως παρέπτην, πλησίον ἔχων τὴν λαμπάδα· ἡ δὲ,* etc. *temere*

advolabam, non eo quidem consilio, ut illam vulnerarem, ohne mir gerade Etwas zu denken. Eorundem Diall. XX, 3., quem locum *Solanus* adfert, eadem, quae hic, verba leguntur, ad quae vid. *Hemsterhus.* commodam Adnot. Timon. c. 23. legebatur olim *ἄλλος* pro *ἄλλως*. Restituimus autem egregiam *T. Fabri* emendationem. Lehm.

Pag. 151. l. 6. *'Απὸ τοῦ φιλῶ*) Non potest Latina versio hunc locum adsequi: neque enim formare licet composita, quae his a *μισο*, vel a *φιλο* incipientibus respondeant. Gesn. Quid autem in hac scribendi ratione insoliti insit, quod se invenire in ea fatetur *T. F. Benedictus*, equidem non invenio. Imo frequentissima haec est non solum Grammaticorum posteriorum, sed etiam optimorum scriptorum Atticorum, *Platonis, Xenophontis* e. a. ratio. Quod autem pro *φιλῶ* legi vult *φίλου*, ne menti quidem *Luciani* ipsius id convenerit, qui paullo post verbo *τῷ φιλεῖσθαι* manifesto ostendit, se voces *φιλαλήθης*, *φιλόκαλος*, et ceteras ejusdem classis, non ab Adjectivo *φίλος*, sed a verbo *φιλεῖν*, deduci velle. Lehm.

Ead. l. 13. *Καὶ τάδε, φασὶ, καὶ τάδε*) Dixerat *Lucianus*, se duplicem scire artem, se esse *μισαλαζόνα*, *μισοψευδῆ* etc. addit, se vereri, ne alteram prae segnitie dedisceret, alteram vero melius addisceret: ad quae Philosophia, *καὶ μὴν οὐκ ἐχρῆν, τοῦ γὰρ αὐτοῦ καὶ τάδε, φασὶ, καὶ τάδε*. Interpres: *atqui non oportebat: ejusdem enim, ferunt, esse et illa et ista.* Ita ille intellexit, quasi diceret Philosophia, *οἵ ἄνθρωποί φασι*, *ferunt homines, et ista et illa esse ejusdem.* Sed *τάδε* est nominativi casus, et verba sic construenda sunt: *καὶ τάδε καὶ τάδε, φασὶ, τοῦ αὐτοῦ*, scil. *ἀνθρώπου εἶναι*, h. e. *Et haec et illa indicant ejusdem hominis* scil. artem, vel ingenium, h. e. qui *μισοψευδὴς* est, ille pariter est *φιλαλήθης*. Qui odit vitium, amat virtutem oppositam, quare mox addit, *μία γάρ ἐστιν* (scil. *τέχνη*) *δύ' εἶναι δοκοῦσαι.* Vitring. Ad haec *Seyboldus* notavit: „Dubito, an haec vere *Horat. Vitringa:* multo simplicius videtur: utrumque (et amare et odisse) ejusdem hominis est. *Φασὶ* enim saepius *περιφράσει* servit.“ *Pleonasmum*, nisi fallor, innuit *Seyboldus*; sed neque hoc recte: nam *φασὶ* notat *vulgarem sermonem, quod vulgo ajunt.* Cetera *Seyboldi* recte habent. Argutatus enim manifesto est *Vitringa.* Lehm.

Ead. l. 14. *Τὼ τέχνα*) Sic Edd. *P. S. F.* et Ms. P. sed *Junt.* *τὰ τέχνα*, ad vulgares Grammaticorum canones usitatius. Nos vero prius praetulimus, non quod per heterogeniam Atticis peculiarem (de qua vid. *Maittaire* de dialect. p. 37. etc.) femininum nomen masculino genere usurpatum sit; sed quod

articulus τὼ in duali saepe communis, immo omnis sit generis. *Schol.* ad *Sophocl.* Ai. 291. Εἰώθασιν οἱ Ἀττικοὶ τὰ θηλυκὰ ἄρθρα ἀρσενικῶς ἐκφέρειν, ἀντὶ τοῦ τῆς τοῦ λέγοντες — καὶ κοινῶς, ὡς ἔπος εἰπεῖν παρὰ πᾶσι λογοποιοῖς τὼ χεῖρε. Sic etiam in proverb. quod *Eustath.* adfert ad *Hom.* Il. *B.* pag. m. 235, 37. Τὼ μὲν χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νοῦς ἐς Κλοπιδῶν. Adde duo alia in voce Χεὶρ ab Lexicogr. ex *Xenoph.* et *Thucydid.* jam prolata, ubi similiter τὼ χεῖρε pro τὰ legitur, et *Lucian.* non semel alibi. Reitz. Vid. *Matthiae* Gramm. Gr. p. 61. 2. et p. 604. 1. Lehm.

Pag. 152. l. 4. Προνάῳ) Πρόναος Graecorum, *templo* Romanorum respondet: ναὸς *cellae.* Gesn.

Ibid. Πολιάδος) Sic in Lapith. et apud *Herod.* lib. 5. Minervae cognomentum, cujus rationem alibi reddimus. Eadem dicta Πολῖτις *Aristophani*, et Πολιοῦχος *Pindar.* Bourd.

Ead. l. 7. Ὦ Πολιὰς) *O Minerva.* Brod. Id est, Minerva, urbis Dea tutelaris, Atheniensibus proprie Πολιὰς dicta. *Ael.* V. H. 2. c. 9. f. ὦ Πολιὰς Ἀθηνᾶ. Ubi omnino vid. *Periz.* Reitz. Singularem de Minervae Poliadis sacris et aede in arce Athenarum libellum edidit *Car. Godofr. Müller* cum tribus tabulis aere incisis ab *Ern. Riepenhusio.* Gotting. 1820. Hanc Lucianus dicit *solam* videre, quae agant philosophi, utpote praesidem Athenarum et inspectricem. Sed *Jacobsius* in Animadvv. in *Eurip.* Tragg. p. 45. negat apparere caussam, cur Minerva *sola* hominum (at non omnino *hominum*, sed horum philosophorum) facinora videre dicatur, atque adeo verba δὲ μόνη tanquam corrupta in δαιμονίη mutanda censet. A qua quidem suspicione et conjectura abstinuisset, opinor, Vir egregius, si clarius animo ipsius obversata fuissent Mercurii verba Diall. Mortt. X, 8. Κατάθου σὺ etc. οὐ λέληθε γάρ με, εἰ καὶ μάλα περικρύπτεις αὐτά. Cf. §. 11. et alia similia loca, ubi philosophorum imprimis Atheniensium fraudes et flagitia recensentur, nemini facile, nisi τῇ ἐπισκόπῳ urbis, Minervae Poliadi, cognita. Lehm.

Ead. l. 9. Ἐπίσκοπος οὖσα) Ἐπὶ σκοπῆς οἰκοῦσα. Hanc scripturam pro vulgata ἐπίσκοπος οὖσα, suppeditant Coll. C. quam lubens ut praestantiorem amplector. Vid. *Zeux.* cap. 4. Solan. Tolerabile hoc est Scholion, inepta vero textus lectio, quae *Schmiedero* non erat recipienda, licet aliquid commendationis nacta a Cod. 2954. et a *T. F. Benedicti* adsensu. Lehm.

Ead. l. 11. Αἱ μέλαιναι) Scil. ψῆφοι. Brod.

Ibid. Σὺ προσθεῖσα) Proverbium, *Minervae suffragium.* Marcil.

Ibid. Προςθεῖσα) *Albam* scilicet. Haec ad fabulam de judicio Orestis spectant, cui periclitanti auxilium tulit Minerva: suo enim illum suffragio liberavit. Brod. Vid. etiam Harmon. c. 3. et *Eur.* Iph. in Taur. 1469. Solan. Σῶζε] Uti Orestem olim: plures enim de Oreste haec, quam de Themistocle, referunt. locus princeps est *Aeschyl.* Eumen. v. 738. sq. ad quem vid. *Stanlejus.* adde *Barnes.* ad *Eurip.* p. 106. T. II. (ed. Lips. T. I. p. 603.) Seyb.

Ead. l. 13. Εἶεν) Ad superiora etiam hic respectum habet, *sint ista!* q. d. satis de his: satis cunctatum. Vid. ad princ. dialogi proximi. Gesn.

Ibid. Ἡμεῖς μὲν ὑμῖν) Ἡμεῖς μὲν ὑμῖν ἤδη καθήμεθα. Marcil. *Marcilii* conjecturam probo, sed Codicum auctoritate suffultam vellem. Solan. Non probat *J. Seager.* in Classic. Journ. XVII. a. 1814. p. 161. et conferri jubet *Xenoph.* Anab. I, 10, 7. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐβουλεύοντο, καὶ δὴ βασιλεὺς, παραμειψάμενος etc. ibique *Hutchins.* et *Toup.* ad *Longin.* sect. XVI. Καὶ δὴ scilicet, monente *Hesychio*, est pro ἤδη, non tamen pro simplici ἤδη, sed vellem Grammaticus addidisset: ubi jam aliquid aliud factum ab eodem dictum fuerat, quo καὶ spectat. Ut h. l. modo dixerat Philosophia: Ἄγε δὴ, πάρεσμεν γὰρ ἔνθα ἐχρῆν. Nunc dicit: *Jam etiam* (καὶ δὴ) *sedemus vobis paratae.* De particulis καὶ δὴ post τε positis adeundus *Stallbaum.* ad *Platon.* Phileb. p. 205. Lehm.

Ead. l. 15. Ὅςτις ἄριστα κατηγορῆσαι) Praestat quoque ex eodem libro scribi: ὅςτις ἄριστα κατηγορήσειν δοκεῖ, *qui videtur optime accusaturus;* quamvis vulgata possit ferri. Graev. Κατηγορήσειν ex Ms. Gr. et L. arripuimus. Edd. κατηγορῆσαι ἄν. Solan. Κατηγορῆσαι) Voluit *Solanus* hoc in textu mutare. Verum quia vulgata se potest tueri, ei non obsecundavimus, sed majorem Edd. et Mss. numerum potiorem habuimus. Aorist. enim infin. cum futuro permutatio tam est frequens, etiam apud alios, ut aoristus hic vitiosus pronuntiari nequeat. Sed adsentior *Horreo*, qui in observ. Crit. in *Herodot.* I. IX. p. 5. Ἐν νόῳ ἔχουσα τίσασθαι τὸν Κανδαύλεα, ex uno Ms. in τίσεσθαι non mutandum censet, quod *Gronov.* frustra existimarat, cum aoristi exemplum ipse *Gronov.* adferat ibidem. Addo *Homer.* Il. Δ, 161. — μεγάλῳ ἀπέτισσαν, *magno luent.* Ubi recte *Schol.* exponit: ἀποτίσουσιν. ἀποδώσουσι — καὶ ἀόριστος χρείαν παρέχει τοῦ μέλλοντος. Immo noster *Lucian.* Deor. Diall. XV. vel sequenti futuro aoristum praemittit, dicens ἐπιμηχανήσασθαι — καὶ συλλήψεσθαι, quod clar. *Jens.* tamen in —ήσεσθαι mutatum voluit, idque mollius

flueret, fateor; nulla tamen mutandi necessitas, cum nec Ms. nec Edit. ulla praeeat; quos quidem nil moraremur, credo, si res esset certissima. Verum non est contra canones Grammaticorum dissimilia tempora per conjunctiones conjungi, qui similes tantum modos conjungere jubent. Plura exempla, ubi aoristi cum futuris conjungantur, vid. ap. eund. *Horr.* ubi ad Obs. Miscell. vol. IV. T. IV. p. 286. remittit. Reitz.

Pag. 153. l. 5. *XP. Σοῦ*) Sic L. recte, ut ex Platonis responso patet. (In Edd. deest haec persona.) Malebam etiam *σοι·* sed repugnant Codd. In P. est *σύ*. Sed vulgata nunc placet. Solan. *Σὺ* habet etiam 2954. et deinde *ἥτε γὰρ μεγαλόνοια* 3011. et Gorl. quam quidem rationem magno cum studio commendat *Belinus*, nec omnino frustra: nam adstipulatus est *T. F. Benedictus*, obsecutus etiam *Schmiederus.* Equidem sequi dubitabam. Neque enim in vulgatis, ut ait *Belinus*, nulla est cohaerentia, neque ea, quam sumit idem sane absurdam: *Σοῦ — ἡ μεγαλόνοια — σοι πρόςεστι.* Sed construe sic: *Σοῦ, ὦ Πλάτων, (ἐστὶν) ἥτε μεγαλόνοια — καὶ — καὶ* — et nunc singula haec complectitur Philosophia novo membro: *πάντα ταῦτά σοι ἀθρόα πρόςεστι. Tua, o Plato, est illa* (quam nos in hac quidem caussa desideramus) *admirabilis mentis magnitudo* etc. His autem haud incommode responderi a Chrysippo ad superiorem interrogationem, nemo temere negaverit, nisi qui putidius praeconceptae opinioni adhaeserit. Imo etiam *exquisitius* hoc responsum, uti vulgatur, recte dixit *Seyboldus.* Profectum autem *σὺ* haud dubie a librariis *Belini* similibus, et traxit deinde sequens *γὰρ* insertum. Ejusdem ferme originis esse videtur *ἡ* ante *καλλιφωνία*, quod et ipsum *Schmiederus*, *Belini* judicio, quod postea etiam *T. F. Benedictus* probavit, captus, sine idonea ratione inseruit. Lehm.

Ead. l. 9. *Προςηγορίαν*) *Th. Magist.* p. m. 155. *προςηγορία καὶ προςήγορος, οὕτω καὶ προηγορία ἡ ὑπερηγορία καὶ τὸ πρὸ τῶν ἄλλων λέγειν, καὶ προήγορος ὡσαύτως καὶ προηγορῶ. Λουκιανὸς ἐν τῷ ἀναβιοῦντες ἢ ἁλιεύς· τὴν προηγορίαν δέχου, καὶ ὑπὲρ ἁπάντων εἰπὲ τὰ εἰκότα.* Vid. plur. ap. eundem ex *Synes.* et *Aristid.* Quare et hic ap. nostrum *προηγορίαν* legendum arbitror, ut sit: *Tu prior caussae dictionem suscipe*, i. e. *age*; quia praestas reliquis. Cf. *Schol.* licet vulgata stare possit. Reitz. *προηγορίαν* non solum exhibent Codd. 2954. 3011. et Gorl. sed edunt etiam A. 1. 2. et B. 1. Non erat itaque, quod *Reitzius* lectionem, per se quoque ipsam praestantiorem,

postponeret receptae. *Schmiederus* recte eam recepit, *Belino* quoque probatam, et *T. F. Benedicto*. Lehm.

Ead. l. 11. *Γοργίαν*) In eo praecipue dialogo, qui *Gorgias* inscribitur, p. 281. Polum Agrigentinum passim, Prodicum non adeo videtur insectari. Hippiam in dialogis duobus p. 95. et 229. Solan. Quae mox leguntur, ἐπίπαττε οὖν καὶ τὰς εἰρωνείας, *Gesnerus* vertit: *Itaque adsperge etiam aliquid de ironia*; legit itaque τῆς εἰρωνείας, ut in J. H. et utraque A. editum est; et recte quidem. Elegantiam Genitivi, de qua *Viger.* p. 52. ed. *Zeun.*, exturbavit librarii imperitia. Diall. Deor. XIII, 1. χρήσιμος ἐπιθήσειν ἀνθρώποις τῶν φαρμάκων. Ibid. Diall. XVIII, 2. τὸ ἐμφορεῖσθαι ἀκράτου. Lehm.

Pag. 154. l. 1. *Συνεχεῖ*) *Συνεχῆ*. Marcil.

Ead. l. 2. *Ὡς ὁ μέγας Ζ. πτηνὸν ἅρμα ἐλ.*) *Lucianus Platonem* subsannat, cujus in Phaedro verba haec sunt: *ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων.* Brod. Meminit iterum Bis Acc. c. 33. et Rhet. Praec. 26. Cf. *Plat.* Phaedr. 344. Solan. Post ὁ *μέγας*, duce Cod. 2954. et suadente *Belino* et probante *T. F. Benedicto*, inferiit *Schmiderus* ἐν *οὐρανῷ* ex ipsius *Platonis* loco. Argumento esse poterat locus Bis Acc. c. 33. ubi eadem *Platonis* verba sic citantur: ὁ *μέγας ἐν οὐρανῷ* Ζεύς. Atqui in utroque loco, et in Rhet. Praec. extr., liberius haec Platonica profert Noster: nam pro *Ζεὺς* certe *ἡγεμὼν* apud *Platonem* est. Ergo in nostro quidem loco in illatis ἐν *οὐρανῷ* vestigia agnosces alienae manus. Lehm.

Ead. l. 3. *Πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων*) *Homer. Pind.* a quibus poëtae omnes Latini: leg. *Mar.* ad *Horat.* p. 35. Bourd. E sacris nostris magnificum illum de Deo sermonem haustum, apologetae nostri passim indicant; v. g. *Athenag.* c. 21. p. 94. *Dechair.* Gesn.

Pag. 155. l. 2. *Τὰ κοινὰ*) *Communem omnium caussam.* Brod.

Ead. l. 3. *Ἐν τοῖς λόγοις*) Malim, *in opinionibus discrepamus*, quam *rationibus*, ut vulgo interpretes: mox sequitur, ἐν ταῖς προαιρέσεσι διαλλάττειν, quod idem est. L. Bos.

Ead. l. 10. *Οἷα οὕτως ἀπέφηνε*) Corrige οὗτος. Brod. Universa sententia adumbrata ad illam Periclis: ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ πολλῶν ἀρεταὶ κινδυνεύονται, apud *Thucyd.* II, 35. observante *Goellero* ad *Dionys.* de comp. verbb. p. 8. Lehm.

Pag. 156. l. 5. *Τοῦτο*) Diogenes caussam et suam et reliquorum philosophorum contra *Parrhesiaden*, sive Lucianum, a quo omnis philosophorum cohors arbitrabantur se graviter laesos esse, agendi partes suscipiens, dixerat, se, quamquam

Philosophia, hujus caussae arbitra, flecteretur oratione adversarii, non commissurum, ut sua accusari a quoquam posset opera et industria; quin omnes se intensurum nervos, ostensurumque, se non frustra baculo armatum esse. Ad hoc ultimum respondet *Philosophia*, *Τοῦτο μὲν μηδαμῶς, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μᾶλλον. ἄριστον γὰρ, ἤπερ τῷ ξύλῳ.* Vehementer suspicor, legendum esse τούτῳ, non τοῦτο· utique id exigit orationis hujus tenor. *Nequaquam re illo*, (baculo scilicet eos superes) *sed ratione potius. Id enim longe praestat, quam baculo rem gerere.* Jens. Rem non tetigit *Jensius*. Distingue sic: *Τοῦτο μὲν μηδαμῶς.* (*fiat* int. Similiter c. 18. *Οὐ τοῦτο.*) *ἀλλὰ τῷ λόγῳ μᾶλλον*, (*ἄριστον γὰρ,*) *ἤπερ τῷ ξύλῳ.* scil. *caussa est discertanda.* Atque eundem in modum disposuit verba Latinus Interpres. Lehm.

Ead. l. 7. *Ἐκκέχυται τὸ ὕδωρ*) Hac de re copiose *Galen.* Interpr. *Aristophan.* passim. *Apulej. Sen.* innumeri. Dispensator clepsydrae ἐφύδωρ, *Pollux* l. 8. ab hoc dispensatore proverbialiter dictum ἐφ' ὕδωρ λαχεῖν, qua de re *Hesych.* Bourd. *Ἐγκέχυται*) Sic optime in suo codice *Vorstius* emendarat: quod enim omnes Edd. insidet ἐκκ. nihili prorsus est; quamquam apud *Nostrum* iterum mendose legatur Hermot. c. 79. At recte hic c. 28. et Abdic. c. 8. Aqua nempe veteres, ut nos etiamnum arena, tempus metiebantur. Vide De Merc. Conduct. c. 35. *πρὸς ὕδωρ μεμετρημένον λέγειν.* Solan.

Ibid. Τὸ ὕδωρ) *Clepsydra.* Brod.

Ead. l. 13. *Πλείοσι κρατῆσαι*) *Pluribus suffragiis.* Brod. Inepte olim interpres: *Imo plures volo vincere.* Ignoravit ellipticam locutionem, et deesse ψήφοις. Est enim, *pluribus calculis vincere.* Sic ἁπάσαις κρατεῖν dixit auctor infra c. 39. Sed vid. quid notaverim in ellips. Gr. L. Bos.

Ead. l. 16. *Παρὰ*) Ex Cod. Ox. L. et P. restituimus. In impressis περὶ, quod nihili est. Solan. *Περὶ*) παρὰ jussit reponere *Solanus*, et usitatius et rectius quidem, ac forsan menti Luciani convenientius, quod videtur significare velle, *quales fuerimus per vitam, dum in vita essemus*, ut opponatur statui mortuorum, in quo nunc erant; et quicunque volet, hanc lectionem arripere potest. Ceterum περὶ cum accusativo, pro *secundum*, etiam *Aristot.* I. Hist. Animal. c. 1. p. m. 827. ὕστερον δὲ περὶ ἕκαστον γένος ἐπιστήσαντες ἐροῦμεν. Ita ut etiam hic significare possit ap. *Lucian per* vel *circa vitam.* Ut plura simil. testimonia omittam. Interim παρὰ tamen ex trium Codd. auctoritate reponendum credo, ut etiam deinde Catapl. cap. 23. ubi haec variatio περὶ et παρὰ τὸν βίον iterum occurrit. Reitz. In notis ad hunc Catapli locum et ad

De Luctu c. 16. poenituisse videtur *Reitzium*, quod non et hic reposuerit παρά. neque id temere. Nam ad Codicum illorum trium, quos *Solanus* secutus est, auctoritatem accedunt etiam duo Pariss. 2954. et 3011. et Edd. A. 1. et 2. ubi figura compendiaria significat παρὰ, non περί. Ceterum solenne *Luciano* est dicere παρὰ τὸν βίον, imprimis in Diall. Mortt. e. g. XV, 4. XVI, 3. XXX, 1. ut sit *per vitam, in vita, dum viveres.* Recte itaque probavit *T. F. Benedictus*, recepit *Schmiederus*. Lehm.

Pag. 157. l. 5. Ῥήτωρ) Valedixerat ergo jam Rhetoricae, cum ejusmodi Dialogos aut libellos aggressus est: quod ipse mox plenius fatebitur c. 29. rationesque, quibus inductus id fecerit, edisseret. Solan.

Ead. l. 10. Τὸ μηδὲν ὄντων) Sic iterum Lucianus De Merc. Cond. c. 16. et Bis Acc. c. 20. Solan.

Ead. l. 11. Πρὸς) Male legebatur antea in plerisque πρό. Sed Mss. Codd. P. L. et S. ed. recte πρός. Solan.

Pag. 158. l. 4. Ἀριστοφάνει etc.) In Nebulis. Brod. De his priscae comoediae scriptoribus *Horat.* Sat. 4. *Eupolis* floruit 88. Olympiade, principe Apollodoro, ut *Eusebius* observavit; hujus meminit *Cic.* in Bruto. Baptas ejusdem fabula a nostro *Luciano* celebratur. Cogn. *Aristophanem* quod attinet, res ex Nubibus satis nota; sed *Eupolis* quid designarit, nescio an ex aliis liqueat. Vid. quid nos conjecerimus ad Prom. in Verbb. c. 2. Solan.

Ead. l. 9. Ὁ θεὸς) *Bacchus.* Brod.

Ead. l. 10. Τοὺς ἀρίστους) Frequentes ea aetate virorum eruditorum circuli, in quibus fulgebat *Noster*. Solan.

Pag. 159. l. 3. Τὸν διάλογον ἡμέτερον οἰκεῖον ὄντα] Necessitudinem, quae Dialogum inter et Socraticos intercessit, fingit *Noster*, ut par erat, eam, quae sit inter *familiares*. Lege modo Prometh. in Verbb capp. 6. et 7. ubi ἑταίρους τοῦ διαλόγου vocat Socraticos philosophos, et Bis Accus. cap. 33. et seqq. Atqui οἰκέτης ubique apud *Nostrum* significat *servum, famulum*, non *familiarem*, quod *Conr. Reitz.* in Ind. ad hunc locum accommodare vult. Documento imprimis esse potest locus Bis Acc. c. 17. ubi Polemonem Academicum Academia ipsa dicit οἰκεῖον ἑαυτῇ, quem eundem *Ebrietas* οἰκέτην ἑαυτῆς appellet: paullo supra c. 16. voce ἀνδράποδον pro οἰκέτης usa fuerat. Jam et *Solanus* voci οἰκέτης vulgatae litem intendit, suspicans οἴκοθεν legendum, et *Gesnerus* vertit *familiaris noster*, vulgari lectioni minus, quam loci rationibus, accommodate. Hinc nihil videbatur certius statui posse, quam pro οἰκέτην h. l. οἰκεῖον restituendum esse, quam

lectionem tres Codd. exhibent, et *Belino* probatum *Schmiederus* recepit. Lehm.

Ead. l. 4. *Οἰκεῖον ὄντα*] Non male quidem *Thom. Mag.* *Οἰκέται οὐ μόνον οἱ δοῦλοι, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ γυνὴ καὶ τέκνα*, praesertim si *Herodoti* morem loquendi respicias. Sed a *Luciano* nostro hunc usum alienum esse animadverti, ut ex indice patebit; unde cognosces, *οἰκείους* et *οἰκέτας* creberrime ab illo usurpari, sed semper diligenter distinctos. Atqui Dialogus philosophis non erat famulus, sed familiaris. In Prom. in Verbb. c. 6. hi dicuntur *τοῦ Διαλόγου ἑταῖροι*, non *δεσπόται*. Et in Bis Accus. c. 26. sqq. eadem fere inter utrosque ratio declaratur. Ergo lectionem trium proborum Codd. *οἰκεῖον* pro vulg. *οἰκέτην* recipere non magis dubitabam, quam *Schmiederus*. Lehm.

Ead. l. 5. *Μένιππον*) Consule in ejus vita *Laërtium*. Brod. Quae de Menippo hic audis, duplici sensu intelligenda: non enim apud *Lucianum* modo, sed et per se olim in suis scriptis, ut ex *Diog. Laërt.* discimus, hominum vitia salibus comicis insectatus fuerat p. 162. A. Solan.

Ead. l. 9. *Ἔχοι*) Sic Ox. uti ante conjeceram legendum. Reliqui *ἔχῃ*. Solan.

Pag. 160. l. 1. *Ἀπημπόλησεν*) Recte ita *Brodaeus*. Marcil. (Nempe in Misc. p. 2. c. 22. ita castigandum jusserat. Et sic solet apud *Nostrum* aliosque. Testimonia vid. ad Tox. cap. 28. Reitz.) Mss. Ox. P. et L. emendationem *Brodaei* confirmant. Sed recte jam in *S.* et *A.* scribitur. In reliquis mendose, *ἀμπηπολ.* nisi quod Par. *ἀπεμπώλ.* habet. Solan.

Ead. l. 2. *Πολλῶν*) Oxon. *πολλῷ*. Solan. Hanc procul dubio veram lectionem priores Editores non debebant vilipendere. An unquam quisquam inciderit in illud *ἐπὶ πολλῶν*, de pretio usurpatum, vel serio contenderit sic usurpari potuisse? Imo qui *ἐπὶ πολλῶν* h. l. legit, potest is facile aliud quid cogitare, quam voluisse auctorem: *multis testibus*. Contra exquisitus, quamquam non frequentissimus, est usus formulae *ἐπὶ πολλῷ*, ut significetur idem, quod alibi fere *πολλοῦ*. Sic *ἐπὶ πόσῳ*, *quanti?* in verbis iis, quae Cyrus ad Armeniorum regem dicit, ap. *Xenoph.* Cyrop. III, 1, 43. (Weisk.) *καὶ ἐπὶ πόσῳ ἂν ἐθέλοις τὴν γυναῖκά σου ἀκοῦσαι, ὅτι σκευοφορεῖς;* Lehm.

Ead. l. 5. *Ἀξιοῦμεν τιμωρήσειν*) Fallitur ergo *Th. Mag.* qui v. *Βούλομαι* multa similia verba enumerans solo cum praeterito vel praesenti, nunquam cum futuro construi solita, etiam *ἀξιοῦν* illis accenset; aut scribendum *τιμωρῆσαι*, quod *Jens.* observavit ad *Lucian.* Somn. in Lect. Luc. p. 9.

Neque alibi cum futuro observavi; sed aor. hic est frequens. *Epict.* man. c. 23. p. 32. *εἰ δ' ἐμὲ ἀξιοῦτε τ' ἀγαθὰ τὰ ἐμαυτοῦ ἀπολέσαι·* et cum praesent. ibid. *Ταῦτά με πράσσειν ἀξιοῦτε.* Aor. iterum ap. *Ael.* V. H. IX, 29. *Ἀξιούσης λαβεῖν τὰ δῶρα. Thucyd.* III, 44. *Οὐκ ἀξιῶ ὑμᾶς — ἀπώσασθαι.* Et ubi non? Reitz. Eundem *Brunckii* errorem, quo *ἀξιοῦν* et similia verba Infinitivo Futuri jungi posse negatur, castigat *Schaeferus* ad *Theognidem* in Gnomicorum poëtarum Graecorum edit. *Brunck.* Lips. pag. 16. excussa satis larga exemplorum copia, quibus praeceptum illud *Thomae Magist.*, cui praeter *Jensium*, *Reitzium* et *Brunckium* etiam *Sturzius* in Lexic. Xenoph. T. I. p. 551. subscripsit, evidenter refutatur. In his etiam locus est *Polybianus* T. II. pag. 115. ubi *ἀξιοῦντες καταλύσειν* non magis mutandum censet *Schaeferus*, quam h. l. *τιμωρήσειν* mutari patietur. Nonnulla in hanc rem etiam *Courierius* proponit in Not. ad Asin. p. 292. Lehm.

Ead. l. 6. *ANAB.*) *Φιλ. εὖγε ὦ Διόγενες.* Scribendum *Πλα. εὖγε* etc. aut, *Φιλόσοφοι. εὖγε.* Marcil. *ANAB.* recte L. et Par. ed. Reliquae omnes *φιλο.* quod minus commodum, quia *Philosophiae* ipsi in hoc Dialogo tribui solet, non *Philosophis*, qui hic utique plaudentes inducuntur. Solan.

Ead. l. 8. *Ἔγχει*) *Aquam infunde.* Brod. Glossa Paris. habet, *Verte horologium.* Quod ad sensum, non male, si hodie, cum *clepsammiis* pro *clepsydris* utimur, dicendum foret. Sed quid hic sit, jam indicarunt alii commentatores. Qui figuras clepsydrarum desiderat, adeat *Peraltium* ad *Vitruv.* Gallice conversum. Reitz.

Ead. l. 12. *Καὶ ὅσα*) Illud *καὶ* omittitur in omnibus aliis impressis; sed exstat in *J.* ed. et Ox. aut certe ab eo Codice abesse non observavi, cum minutissima quaeque tamen perscrutarer. Solan. Exstat *καὶ* praeterea in duobus Pariss., nec sane, si Graecismi legem respicias, bene abesse potest. Cum singulari vi copulam esse additam censet *T. F. Benedictus: plura et ea imprimis, quae graviora erant.* Lehm.

Pag. 161. l. 9. *Τάχιστα*) Proba haec lectio, quamquam in P. L. et *Juntina* aliter est, scil. *ταῦτα.* Ex Nigrino autem discere est, Lucianum Romae, post illud colloquium, foro valedixisse. Solan.

Ead. l. 14. *Λοιπὸν τοῦ βίου*) Cave hinc provecta jam aetate fuisse colligas, cum ad otium se contulit; alibi enim diserte XL. annum notat. V. Solan.

Pag. 162. l. 8. *Καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς*) In L. *ὑμᾶς*, prave, nisi reliqua mutentur. Ego illud *αὐτοὺς* eliminandum cen-

seo. Solan. Versio Latina, et hinc, opinor, etiam *Wielandiana*, expressit *ὑμᾶς*, merito reprehensa a *Seyboldo*. *Οἱ καθ' ἡμᾶς* videlicet sunt, *qui nostra* (h. l. *mea*) *aetate vivunt*. Quia autem aevum illud Luciani prae ceteris spuriorum philosophorum, qui deinde notantur, copia abundabat, nunc, ubi veritatis gratia e numero isto paucos quosdam excipere vult, dicit, *οἱ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς*, *ipsa aetate nostra* qui vivunt. Neque adeo ita *αὐτοὺς* vi sua caret, ut cum *Solano* eliminandum censeam. Lehm.

Ibid. *Ὁρῶν δὲ πολλοὺς*) Si cui ejus aetatis historicos evolvere non vacat aut lubet; reputet modo, quid sub imperatore philosopho futurum fuit. Ne tamen res tanti momenti auctoritate prorsus careat, audi *Capitolini* in M. Aurelio verba, 23. f. *Fama fuit sane, quod sub philosophorum specie quidam remp. vexarent et privatos; quod ille purgavit.* Ad quem locum plura in hanc rem *Casaubonus* et *Salmasius* *οἱ πάνυ*, quae legere operae pretium erit. Solan.

Ead. l. 10. *Ἐφιεμένους, καὶ*] Egregie explet lacunam Codex 2954. vere ab hac parte de *Luciano* meritus. Sic demum plena, sic concinna ac rotunda reddita oratio, ubi haec verba in prioribus Edd. omnibus desiderata textui, cui debentur, restituas. Versio Latina jam sua via orationis vulgatae vitio succurrerat. *Ἐφίεσθαί τινος* quid sit, ex ipso scriptore discas. Vid. Diall. Deor. XII, 2. Anach. cap. 22. Lehm.

Ead. l. 14. *Ὑμῖν*) Aut cum P. et L. legendum *ὑμῖν*, aut, si impressorum *ἡμῖν* serves, ornatus tantum caussa additum, uti passim, censendum; sed prius ego probo. Solan. Quod in Parisina *ἡμῖν* legitur, vitium est typotheticum; nam editorem *ὑμῖν* dare voluisse, patet ex Latina versione, quae *vobis* exprimebat. Reitz.

Pag. 163. l. 2. *Γυναικίας*) Sola ed. *Junt.* habet hic *γυναικεῖος*. Sed vulgata melior. Vid. Luc. s. Asin. c. 41. Solan.

Ead. l. 3. *Ἡρακλέα*) Glossa ed. *Paris.* Herculem saltantem, et Cerberum ab inferis extrahentem meminit *Hesychius*. Reitz.

Ead. l. 9. *Κατατεθηλυσμένος*] Variant quidem tres Codd. in proferenda hac voce, quam unus scribit *κατατεθηλυμμένος*, alius *κατεθηλυμμένος*, et rursus alius *καταθηλυνόμενος*. Recedit etiam ea, quam Diall. Deor. V, 3. e quatuor Mss. recepimus, forma *ἐκτεθηλυμένος*. Nihilo magis vulgatam formam, etsi minus forte legitimam, mutare ausus sum, praesertim cum praesidio ei esse videantur similes formae

Lucianeae: ἐκτετραχυσμένος infra c. 51. et ὑφασμένος Ver. Hist. I, 18. Caute hanc rem in dubio relinquit, Codicumque fidem rite aestimatam sequendam censet *Struvius* in Grammat. Gr. Cf. Adnot. ad Diall. Deor. V, 3. Tom. II. pag. 295. Quae paullo ante orator dixerat, verba: ἀλλά μοι δοκεῖ etc. ea *Schmiederus* elegantia et vi sua privatum ivit, quando malebat legere: ἀλλά, μοι δοκεῖ, τάχιστ' ἂν ἐπιτρίψαιτο ῥοπάλῳ etc. Articulum certe ante ῥοπάλῳ vulgo positum nullo pretio exturbari patiar. Si recte auguror, movit eum, ut de mutatione cogitaret, ignoratus vel neglectus usus particulae ἂν cum Infinitivo connexae, quem tamen vel ex hoc ipso *Luciano* cognovisse et poterat et debebat. Contuli loca nonnulla in Varr. Lectt. ad Charon. c. 17. Lehm.

Ead. l. 11. *Οὐκ ἤνεγκα — τοῖς ξύλοις*) Lucianus declaraturus Philosophiae, et reliquo philosophorum coetui, quos eorum nominibus passim perstrinxisset, venum proposuisset, et omnimodo deridendos propinasset, acerbe exagitat ψευδοφιλοσόφους, eosque, qui se veros antiquorum philosophorum sectatores falso jactabant, suis coloribus depingens, tandem comparat illos cum eo, qui ipse mollis et effeminatus in scena sustinere velit personam Achillis vel Herculis, non sine spectatorum vere judicantium risu, et pudore eorum, quorum personam gerant. Ait itaque: *οὐκ ἤνεγκα τὴν αἰσχύνην τῆς ὑποκρίσεως, εἰ πίθηκοι ὄντες, ἐτόλμησαν ἡρώων προσωπεῖα περιθέσθαι, ἢ τὸν ἐν Κύμῃ ὄνον μιμήσασθαι, ὃς λεοντῆν περιβαλλόμενος, ἠξίου λέων αὐτὸς εἶναι, πρὸς ἀγνοοῦντας τοὺς Κυμαίους ὀγκώμενος μάλα τραχὺ καὶ καταπληκτικὸν, ἄχρι δή τις αὐτὸν ξένος καὶ λέοντα ἰδὼν, καὶ ὄνον πολλάκις, ἤλεγξε, καὶ ἀπεδίωξε παίων τοῖς ξύλοις.* Nimium elegans, et intellectu facilis hic locus est, quam ut tam turpiter ab oscitabundo interprete tractari debuerit. Posteriora nimirum adulterans ita vertit: *Donec quidam hospes se leonem et asinum videre saepe arguit, et fuste caedens insecutus est.* Asinina profecto versio. Totum locum ita reddo: *Talia vos pati ab illis videns, non tuli* ὑποκρίσεως *dedecus, si cum simiae essent, sumere heroum personas ausi sint, vel imitari sustinuerint Cumanum illum asinum, qui leoninam indutus, volebat et ipse leo censeri, apud ignaros Cumaeos rudens valde asperum et horridum; donec cum hospes quidam, qui et leonem et asinum saepe viderat* (atque adeo, qui leonem ab asino probe sciebat dignoscere) *coarguit, et fustibus pulsans abegit.* Sicut hic Cumaei dicuntur aliquando non potuisse agnoscere leonem, ita et elephantos primum visos Itali habuerunt pro bobus, appellaruntque, ut notum, boves Lucas. Jens. Asininam istam, quam *Jensius* vocat, versio-

nem genuit asinina; quae in veteribus Edd. reperitur; textus interpunctio. Scilicet post ὄνον comma positum est, ut jam πολλάκις non posset, quin verbo ἤλεγξε adjungeretur. Nihilo praestat, imo etiam ineptior est, ac paene ridicula, *Pirckheymeri* interpretatio: *donec hospes quidam ipsum non leonem, sed asinum esse deprehendisset, verbis redarguisset, fustibusque insequutus verberasset.* Lehm.

Ead. l. 13. Ἐν Κύμῃ ὄνον) Haec ex fabula *Aesopi* desumta esse, ipse *Lucianus* alibi (si *Luciani* quidem libellus ille) testatur, in Fugit. c. 13. Passim alibi tangit. Philops. c. 5. et Pseudol. c. 3. Sed in hodiernis *Aesopi* quae dicuntur fabulis, Cumarum nulla mentio. Vid. delect. fab. 123. et 157. et ipsum, qui circumfertur, *Aesopum* fab. 113. Utitur etiam proverbio inde ducto Socrates apud *Platonem* in Cratylo, ne recentiores memorem. Solan.

Pag. 164. l. 2. Εἴ τινα τοῦτον) Lege: εἴ τινα τούτων. Brod. Angl. τούτων, melius. Bourd. Corrigit *Brodaeus*, εἴ τινα τούτων. Melius εἴ τινα τοιοῦτον. Marcil. Τούτων *Brodaeus*; et omnino ita in P. legebatur. Alii rectius τοιοῦτον conjiciunt, ut praeter *Marcilium Vorstius*; quod et voluisse credo editores J. quia scribunt τοῦτον. Solan.

Ead. l. 5. Ὅτου αὐτὸν ἐπώνυμον ἐκεῖνος ἐποιεῖτο, καὶ οὗ τοὺς λόγους ἐποιεῖτο) Viri docti in his ita versantur, ac si *Luciano* non suppeditasset copia exprimendi se. Scripsit sine dubio οὗ τοὺς λόγους ἐπονεῖτο. In Apologia pro Mercede conductis ait λόγους ἀσκεῖν, c. 15. Gron. *Scholiastes*, ubi vulgo legitur, οὐκ ἔστιν, ὅστις οὐ φιλοσοφίαν αὐτὴν ᾐτιᾶτο, καὶ τὸν Χρύσιππον — ἢ ὅτου αὐτὸν ἐπώνυμον ὁ διαμαρτάνων ἐκεῖνος ἐποιεῖτο, in suo libro legit, ἢ τούτου τὸν ἐπώνυμον, refertque ad *Diogenem Cynicum.* Sed haud dubie vulgata lectio est verissima, in qua id auctor vult: quod mihi maxime indignum videbatur, illud erat, quod, ubi pseudophilosophi committerent turpis quid ac flagitiosi, continuo accusarent homines ipsam *Philosophiam*, et *Chrysippum*, vel *Platonem*, vel *Pythagoran*, vel eum, a cujuscunque nomine se ille, qui quidpiam commisisset, appellaret. Non ἑνικῶς *Diogenes Cynicus*, sed quilibet, cujus certa secta erat, intelligitur. Perspicuum tamen est, in vulgatis αὐτὸν, non αὑτὸν, scribendum. Jens. Αὐτὸν vulgo legebatur; sed recte *Guyetus* correxit, et αὑτὸν adspirate scripsit, cui paruimus, idemque et alibi restituimus. Millies in spiritu hoc peccatur in Editt. Ne itaque mihi objiciantur exempla, ubi αὐτοῦ pro αὑτοῦ positum legatur. Cum enim in Codicibus paullo antiquioribus

adspirationes hujusmodi non inveniantur, tanto facilius scribae ac typographi posteriores in illis erraverunt. Et cum *Homer.* integre scribat ἓ αὐτὸν, ubi *se ipsum* significatur, distinctio eadem inter reciprocum et demonstrativum ope spiritus, ex Grammaticorum praeceptis est servanda, inprimis hic, ubi ambiguum foret, si negligeretur, etsi scio in dialecto Aeol. spir. asperum saepe negligi, et ap. *Homer.* αὐτὸν pro ἑαυτὸν inveniri. Praeterea, ad sensum apertiorem reddendum, comma post ἐπώνυμον sustulimus. Reitz.

Ead. l. 6. Ἐποιεῖτο) An ἐπονεῖτο; Guyet. *Brodaeus* προςεποιεῖτο, quod probo, mutare tamen non audeo. Solan.

Ibid. Καὶ οὐ τοὺς λόγους ἐποιεῖτο) Angl. καὶ οὗτος ψόγους ἐπ. Bourd. *Brodaeus*, καὶ τοὺς λόγους προςεποιεῖτο; sed melius illud ἐποιεῖτο· intelligi enim vult *Lucianus:* si quis Stoicum, aut Platonicum, aut Pythagoricum se diceret, atque ita sive tali schemate, sive sub tali persona dissertaret. Marcil. Mihi de hoc graviter vexato loco ita videtur. Primum legendum esse — ἢ Πυθαγόραν, ἢ ὅτου αὐτὸν ἐπώνυμον etc. neque esse, quod vel *Scholiastae* lectione, vel *Seyboldi* hinc profecta conjectura turberis, monitum jam in not. ad Schol. In iis vero, quae sequuntur, maxime offendit elegantissimum quemque lectorem verbum ἐποιεῖτο bis parvo intervallo positum; quod tamen *T. F. Benedictus* ad gratam quandam negligentiam referri vult. Nec sane immerito, licet pertinaciter omnes libri utrumque tueantur, de tentando alterutro cogitatum est. Sed utrum tentari debeat, hoc vero quaeritur. *Seyboldus* quidem prius horum omnino ejiciendum ratus, sic legit verba: ὅτου αὐτὸν ἐπώνυμον ὁ διαμαρτάνων ἐκεῖνος καὶ ὅτου (vel οὗ) τοὺς λόγους ἐποιεῖτο. Quae quidem Latine versa: *cujus et nomen sceleratus ille et placita professus est,* non male sonant, Graece vero recitata nemini, qui hujus linguae ingenium ceperit, placere possunt. Quidni enim Lucianus, si ita loqui voluisset, potius sic simplicius et concinnius mentem suam explicuisset: ὅτου τὸ ὄνομά τε καὶ τοὺς λόγους ἐποιεῖτο; Placuit autem scriptori simili phrasi uti, ac quae infra adhibetur cap. 51. ubi Parrhesiades philosophum quendam adloquitur: φέρ' ἴδω τίνος ἐπώνυμον σεαυτὸν εἶναι λέγεις; pro εἶναι λέγεις modo exquisite h. l. uno utitur verbo ποιεῖσθαι, quod magis proprie indicet simulatam nominis professionem. Rectius itaque ab aliis, iisque plurimis, vitium loci in posteriori enuntiatione quaeritur. Et ii quidem, qui adhuc a falsa lectione οὐ suspensi erant, corrigi voluerunt ἐπονεῖτο, ut *Guyetus* et *Gronovius.* Quid autem *Belinus*, qui οὗ e. cod. 2954. praefert, et tamen ἐπονεῖτο probat, sibi cogitaverit, difficul-

ter intelligas. Nam si οὖ legitur, quod et utriusque *Aldinae* testimonio comprobatur, ἐπονεῖτο nullo modo locum habere potest. Ergo qui οὖ vel ad exemplum B. 1. abjiciunt, vel melius in οὐ mutant, ii rursus in diversas discedunt partes: alii, ut *Brodaeus* et *Solanus* scribi volunt προςεποιεῖτο, quod, etsi per se haud improbum, h. l. tamen vereor, ut gratius afficiat aures, quam, quod vulgatur, simplex. Quapropter ἐμιμεῖτο conjicit *Jo. Seagerus* in Class. Journ. XVII. a. 1814. p. 161. paullo jejunius, ut ego sentio, h. l. verbum, quod praeterea etiam haud facile in ἐποιεῖτο transverti potuit. Multo magis placet, quod *Jacobsius* in Actt. Monacc. T. II. p. 459. substitui vult, quodque etiam *Göllerus* commendat in iisdem Actt. Monn. T. I. p. 213. ἐνεπορεύετο, i. e. *cujus sermones et praecepta quaestum sibi facit.* Illustravit autem hunc verbi ἐμπορεύεσθαι usum *Valcken.* in Adnott. in N. T: p. 411. sq. sive in Opuscc. suis (ed. Lips.) T. II. p. 319. sq. imprimis p. 322. Verum quum ipse adhuc meo judicio non satis fidei haberem, consultius videbatur in vulgata acquiescere. Lehm.

Ead. l. 11. Ὥςτε ἐρήμην ἡλίσκεσθε μετ' αὐτοῦ) *Pirckheymerus, vos quoque indicta caussa condemnabant.* Cur igitur in fine Hermotimi, τὰ γὰρ αὐτὰ πρὸς σὲ εἶπον ἂν, εἰ τὰ Πλάτωνος ἢ Ἀριστοτέλους ᾕρησο, τῶν ἄλλων ἀκρίτων ἐρήμην καταγνούς. Ergo *Benedictus, vos vero cum ipso damnabamini:* at idem in loco Hermotimi, *ceteris indicta caussa damnatis.* Rursus in eodem Hermotimo c. 30. οὐκ ἐχρῆν ἁπάντων καταγιγνώσκειν, οὐδὲ ἐρήμην ἡμῶν καταδιαιτᾶν, ubi rursus *indictam caussam* profert. In Abdic. c. 8. οὐδ' ἐξ ἐρήμης τοὺς παῖδας εὐθὺς ἁλίσκεσθαι, habet *indefensam caussam.* Sed ex fine Hermotimi apparet, esse discrimen inter καταγινώσκειν ἄκριτον, et καταγινώσκειν ἐρήμην. Imo id satis norunt omnia Lexica. Cur non igitur attendunt quoque interpretes? Gron. Ὥςτε ἐρύμην) *Indicta caussa. J. Brod.* in Misc. jam saepe adductis ita habet pro ἐρήμην. Sed vitium typographicum esse credo. Reitz. Cf. not. ad Schol. Lehm.

Pag. 165. l. 3. Τοῖν θεοῖν) *Cereris et Proserpinae.* Brod. Cereris et Proserpinae, quarum mysteria toto orbe gentili maxima celebrabantur. De ἐξορχεῖσθαι v. notam ad De Saltat. c. 15. Solan.

Ead. l. 4. Ἐξορχούμενον) Quid esset ἐξορχεῖσθαι, copiose et erudite explicavit *Laur. Normannus* ad *Aristidis* κατὰ τῶν ἐξορχουμένων declamationem T. II. p. 589. sqq. Iebb. Gesn. Vid. not. *Solani* ad Ἀναβ. (i. e. *Piscat.* ergo hicce ipse est locus, et *Reitzius* adeo subturpicule labitur; vult, opinor, *So-*

lani notam ad De Salt. c. 15. Lehm.) c. 33. ubi hoc verbum iterum occurrit, et explicatur. Reitz.

Ead. l. 6. *Ἀθλοθέται*) Morem hunc quis notaverit, mihi nunc non succurrit. Tangit iterum Pro Merc. Cond. c. 5. Solan. Quod h. l. de histrione, idem de citharoedo dictum occurrit Adv. Indoct. c. 9., qui quidem locus omnino dignus est, qui cum hoc nostro conferatur. Nec contulisse poenitebit Nigr. c. 14. Hinc patebit simul, *ἀγωνοθέτην* et *ἀθλοθέτην* eundem Athenis fuisse magistratum, atque adeo vanum esse discrimen illud, quod nonnulli Grammatici his vocibus statui voluerunt, ut *Suidas*, cum quo, sic monente: *Ἀγωνοθέτης, ὁ ἐν τοῖς σκηνικοῖς. ἀθλοθέτης δὲ, ὁ ἐν τοῖς γυμνικοῖς*, consentiunt *Ammonius* et *Hesychius*. Nec majoris pretii esse *Thomae Mag.* et *Moeridis* praeceptum intelligetur, quorum ille: *Ἀθλοθέτης κρεῖττον, ἢ ἀγωνοθέτης*, hic: *Ἀθλοθέτης, Ἀττικῶς. ἀγωνοθέτης, Ἑλληνικῶς.* refutatus jam uterque ex optimorum scriptorum usu ab utriusque Editoribus et Commentatoribus. Tanto magis mireris, *Belinum* etiamnum nugas istas *Suidae*, et sociorum, recoquere potuisse; indigneris etiam, illinc profectum improbasse eundem h. l. lectionem vulgatam *ἀθλοθέται*, maluisseque e 2954. *ἀγωνοθέται.* quod temerarium judicium secutus non minus temere *Schmiederus* spuriam in textum importavit vocem. Lehm.

Ibid. Μαστιγοῦν) Tangit hunc morem interpres *Aristophanis*, et oratores Graeci. Bourd.

Pag. 166. l. 6. *Τὸ καλὸν ἀγαθὸν*) Summa philosophiae Stoicae, quam explicat *Laërt.* in Zen. Bourd. Mox mire interpretatus est *Pirckheymerus*: *et splendida quaeque despici debere, bonis aequaliter perfruendum esse.* Quid, quaeso, hunc legisse, vel cogitasse, censeas, ut tam longe a recto verborum vulgatorum sensu aberrare potuerit? An forte *ἀγαθοῖς διαχρῆσθαι*; At nihil ineptius. Lehm.

Pag. 167. l. 1. *Γέλωτα ὀφλισκάνουσιν*) Sic apud *Plat.* Idem passim. Bourd.

Ead. l. 2. *Ὠθιζόμενοι ἐπὶ*) His incumbentes. Guyet.

Ead. l. 3. *Παρωθούμενοι*) Sana quidem lectio; sed sanior Anglicana, *παραγκωνιζόμενοι*, quod passim eadem utatur, ut in Nigrin. vide. Bourd. Libri istius excerpta firmant Anglicanum, in quo legitur *καὶ περὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἀλλήλους παραγκωνιζόμενοι*, quod merito probat *Bourdelotius*. Graev. Egregiae pseudophilosophorum virtutes praedicantur, nimirum: *τοὺς πλουσίους τεθήπασι, καὶ πρὸς τὸ ἀργύριον κεχήνασι, ὀργιλώτεροι μὲν τῶν κυνιδίων ὄντες, δειλότεροι δὲ τῶν*

λαγωῶν, κολακευτικώτεροι δὲ τῶν πιθήκων, ἀσελγέστεροι δὲ τῶν ὄνων, ἁρπακτικώτεροι δὲ τῶν γαλῶν, φιλονεικώτεροι δὲ τῶν ἀλεκτρυόνων. τοιγαροῦν γέλωτα ὀφλισκάνουσιν, ὠθιζόμενοι ἐπὶ ταῦτα, καὶ περὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἀλλήλους παρωθούμενοι. Pro *φιλονεικώτεροι* accuratius scribe cum Basileensi *φιλονεικότεροι*. Vide plura id genus sphalmata supra lib. I. cap. 11. notata. Deinde in duobus MSS. Anglico, et quo usus est *Graevius*, legitur *παραγκωνιζόμενοι* pro *παρωθούμενοι*. *Scholiastes* in suo libro vulgatam lectionem reperit, eamque per *παραγκωνιζόμενοι* interpretatur. Nec videtur satis caussae, cur alterum altero censeatur melius. *Παρωθεῖν Hesychius* exponit *ἐκβαλεῖν*· qui tamen corrupte legitur, ubi est, *Παρῳδοῦντες, ἐκβάλλοντες.* Lege omnino *παρωθοῦντες*· neque enim *παρῳδεῖν* quidquam ad *ἐκβάλλειν*. Apud eundem, *Παρώσας, ἐάσας, ὤσας, ὠθήσας, ἐκβαλών.* Pergit *Noster* in depingendis pseudophilosophorum moribus; idque omnium impudentissimum de iis memorat, quod, ubi quotidie clamitent, se nullius indigere, sapientem solum esse divitem, paullo post ipsi accedant aliquid emendicantes, et nisi accipiant, graviter indignantes. *Ὅταν μὲν οὖν*, persequitur Noster, *αὐτούς τι δέῃ λαμβάνειν, πολὺς ὁ περὶ τοῦ κοινωνικὸν εἶναι δεῖν λόγος, καὶ ὡς ἀδιάφορον ὁ πλοῦτος, καὶ τί γὰρ τὸ χρυσίον, ἢ τἀργύριον, οὐδὲν τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων διαφέρον;* Paullo difficilior in postremis videtur haec oratio intellectu: quare condonandum interpreti, sensum pro lubitu fingenti, dum vertit, *Quid enim aurum et argentum littoralibus a lapillis differat?* Ut verus hic sensus sit, corrupit tamen elegantiam. Lepide hic commemorat auctor, quomodo illi philosophorum simiae soleant in luxum et intemperantiam concionari, ipsi licet vitiis iis quam maxime perditi: dein, quomodo, ubi nullius se rei indigos profiteantur, tamen efflagitandis muneribus molesti sint. *Quin cum necesse est*, inquit, *ut ipsi aliquid accipiant, multis praedicant, quemadmodum oporteat sua cum aliis communicare, et quemadmodum divitiae sint res nulla ab aliis rebus differentia distincta. Quid enim esse aurum et argentum, rem nihilo littoralibus lapillis digniorem?* Possent haec Graeca etiam hunc in modum distingui: *Καὶ τί γὰρ τὸ χρυσίον ἢ τἀργύριον; οὐδὲν τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων διαφέρον. Quid enim sit aurum et argentum? Nihilo nimirum littoralibus lapillis dignius.* Ut sit interrogatio et responsio ex persona itidem horum philosophastrorum. Utique interrogationis illo signo in fine caret omnino ed. Flor. Jens. *Παραγκωνιζόμενοι* A. G. P. et L. pro *παρωθούμενοι*, quod in impr. omnibus legitur. Vid. etiam Scholia. Solan. *Παραγκωνιζ.* in textum recipi

jusserat *Solanus*, nec erravit; verum, quia alterum se tueri potest, vulgatam servavi: poterit itaque alterum eligere, qui volet; quamvis enim saepe alibi utatur *Noster* τῷ παραγκων. non semper tamen sequitur, eum ubique eadem voce usum esse. Reitz. Παρωθεῖσθαι καὶ παραγκωνίζεσθαι conjunguntur in Calumn. Non Tem. Cred. c. 10. Cf. Timon. c. 54. et Jov. Trag. c. 16. *Scholiastes* h. l. vix παρωθεῖσθαι per παραγκωνίζεσθαι explanare potuit; sed aut voluit significare, *Lucianum* alibi pro illo verbo hoc adhibuisse, aut variam lectionem notare. Quidquid sit, quinque optimorum codicum auctoritas magis videbatur audienda esse, quam omnium Editionum consonae voces. idque tanto lubentius, quod, ut *Seyboldus* ait, paullo ante verbum ejusdem cum παρωθούμενοι originis praecessit, ὠθιζόμενοι. Placuit itaque, *Bourdelotii*, *Graevii*, *Seyboldi* et *Belini* judicium, exemplumque *Schmiederi*, sequi. An vero prae περὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας aliquando elegantiorem Codicis 2954. lectionem περὶ τοὺς τῶν πλ. πυλῶνας cum *Belino* et *Schmiedero* eligerem, dubius adhuc haesitabam. Alia certe res esse videbatur in Necyom c. 12. ubi ἐπὶ τῶν πυλώνων et ἐπὶ τῶν προθύρων in libris confunduntur. Vid. ibi Adnott. Lehm.

Ead. l. 6. Μεμψίμοιροι) Copiose hanc philosophantium δυςχέρειαν explodit in Lapith. Dixi supra. Bourd. Explicatur etiam Timon. c. 55. in. Lehm.

Pag. 168. l. 1. Ὀρθὴν τιάραν) Solis enim id apud Persas regibus licuisse, docet *Xenophon.* Vid. et *Plut.* in Anton. et *Spanhemium.* Solan.

Ead. l. 6. Τῶν ἐν τοῖς etc.) Versio *Benedicti*, quam impugnat *Jens.* non adeo est absurda, dummodo suppleas *ajunt.* Reitz. Falsa scilicet interpunctio, omnibus omnino Edd. inhaerens, nec a *Jensio* penitus emendata, caussa fuit, cur elegantia loci non posset omni ex parte reddi. Distinguendum erat hunc in modum: ὅταν μὲν οὖν αὐτούς τι δέῃ λαμβάνειν, πολὺς ὁ — λόγος, καὶ, ὡς ἀδιάφορον ὁ πλοῦτος, καὶ, τί γὰρ τὸ χρυσίον, ἢ τἀργύριον; οὐδὲν τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς διαφέρον. Similis coloris est locus Diall. Mortt. I, 1. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν ἀμφιβόλῳ σοι ἔτι ὁ γέλως ἦν, καὶ πολὺ τὸ, τίς γὰρ ὅλως οἶδε τὰ μετὰ τὸν βίον; Cf. etiam Diall. Meretrr. VII, 1. καὶ πολὺ τὸ, ἐὰν ὁ πατὴρ etc. et Charon. c. 17. ὅταν δὲ σφαλῶσι, πολὺ τὸ ὀττοτοῖ etc. Lehm.

Ibid. Ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων) Hac specie proverbii utitur antea in Timone. Bourd. Cap. 56. Timon. Lehm.

Ead. l. 7. Ἐκ παλαιοῦ) *Jam olim.* Brod.

Ead. l. 11. Ὅπη ποτὲ) Sic Edd. sed P. et L. rectius ὅποι τότε. Solan. Τότε quidem nihil habet, quo praestare videatur voci vulgatae. Sed ὅποι, quod praeter P. et L. etiam duo Parisienses Codd. exhibent, dudum erat recipiendum: et recepit, monente *Belino*, *Schmiederus*, probavit etiam *T. F. Benedictus.* *Thomae M.* praeceptum: Ὅπου, καὶ ὅπη, διὰ τοῦ η, ἐπὶ στάσεως τίθεται. Ὅποι, διὰ τοῦ ο καὶ ι, ἐπὶ κινήσεως, etiam a *Nostro* satis diligenter observatum; ut in simillimis istis Diall. Meretrr. IX, extr. ὡς μηδὲ ὅποι οἴχοισθε, ἔχοιτε εἰδέναι. Vid. *Courier.* ad Asin. p. 207. Lehm.

Ead. l. 12. Πτερόεντα ἔπη) Ex *Homero*, cujus copiosus interpres *Apulej.* lib. 2. Florid. Bourd. Ἔπεα πτερόεντα apud *Homerum* tam frequenter occurrit, ut non opus sit ullum exemplum adferre. Verba autem dici *alata*, quod cito avolent, *Lucian.* iterum tradit De Domo cap. 20. ac *Didym.* ad *Hom.* Il. *A*, 201.

— ἔπεα πτερόεντα προςηύδα,

ait, λόγους ταχεῖς. λόγου γὰρ οὐδὲν ταχύτερον. *Eustath.* vero ad eund. vers. pag. m. 64. m. Ὅτι πτερόεντες οἱ λόγοι, διὰ τὸ ταχὺ, καὶ διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς ἁρμονίαν καὶ εὐσυνθεσίαν, καὶ ὅτι τέμνουσι τὸν ἀέρα κατὰ τὸ πτερόν. Ἴσως δὲ καὶ ὅτι τοὺς λογίους ὑψοῦντες ἐξαίρουσιν etc. quae ibi vide, de alis Sirenum, quas Musae cum illis cantu certantes iis eripuere, capitibusque suis ut victoriae signum imposuere, unde putat *verba alata Homero* dici. Reitz.

Pag. 169. l. 4. Ἐξαλήλειπται) Sic edi curavimus, non, ut in omnibus mendose exstabat, ἐξαλήλιπται, quod et interpreti priori fraudi fuit, et animadversum a posteriori, ut ex interpolatione patet, non tamen emendatum est. Sic autem noster iterum in Catapl. c. 24. ἴχνη μὲν καὶ σημεῖα τῶν ἐγκαυμάτων οὐκ οἶδα δ' ὅπως ἐξαλήλειπται μᾶλλον δὲ ἐκκέκοπται. Ubi omnes impressi recte habent. Ox. vero solus errat. Solan. Imo vero solus ibi Ox. recte scripsit ἐξαλήλιπται, Edd. omnes errarunt. Lex, quam praescribit *Etym. M.* s. v. ἐρήρειστο p. 372. 55. ἡνίκα δὲ ἔχει τὴν ει δίφθογγον τὸ θέμα, ἢ τὴν ευ, ἐν τοῖς Ἀττικοῖς παρακειμένοις ἀποβάλλεται τὸ ε, tum formationis ordine ac ratione justa nititur, tum confirmatur etiam in hoc verbo optimorum scriptorum exemplis, ut ostenderunt Commentatores ad *Moerid.* pag. 144. *Piers.* et *Fischerus* Animadvv. ad *Weller.* Vol. II. pag. 309. Unde etiam recentiorum Grammaticorum, qui subtilissime indolem linguae Graecae indagarunt, ut *Buttmannus* p. 100. ed. 3. *Matthiae* p. 199. et *Thierschius* p. 110. hujus ipsius verbi formam ἀλήλιφα et ἀλή-

λιμμαι ut legitimam proposuerunt. Quod autem h. l. *Reitzius* mendosam, quam vocat, formam *ἐξαλήλιπται* priori interpreti dicit fraudi fuisse, respicitur, nisi fallor, *Pirckheymeri* versio: *libri excidunt*, quam equidem non certo conjicio, unde repetendam ducam. Sensum saltem etiam genuinae lectionis non absurdissime, quamquam paullo liberius, reddit. Lehm.

Ead. l. 7. *Βασιλεύς τις Αἰγύπτιος*) Cleopatra: tangit enim Cleopatrae simiam, ut in Tractat. Prometh. in Verbb. Bourd. Atqui libro de mercenariis philosophis non est *Βασιλεύς τις Αἰγύπτιος*, verum *Κλεοπάτρα ἡ πάνυ*. Nisi fortean duae historiae sunt. Nam hic multi simii, ibi unus: hic nuces sive *κάρυα*, ibi carycae aut amygdalae, sive nuces Graecae, *ἰσχάδες ἢ ἀμύγδαλον*. Marcil. Ipse *Lucianus* infra in Apol. pro Mercede conductis c. 5. *Ἄλλοι δὲ τὸ τοῦ πιθήκου πεπονθέναι φήσουσιν, ὃν Κλεοπάτρᾳ τῇ πάνυ φασὶ γενέσθαι· ἐκεῖνον γὰρ διδαχθέντα τέως μὲν ὀρχεῖσθαι πάνυ κοσμίως* etc. Menag. Fefellit memoria *Bourdelotium*: non enim in eo, quem indicat, libello, sed in Apol. pro Merc. Cond. cap. 5. hanc historiam iterum habet. Quamquam autem discrepent et regum nomina et nucum, non ideo putem diversas esse historias. Solent enim viri urbaniores fabulas, quas animi caussa narrant, varie subinde commemorare; aut ipsi de suo addentes dementesve, de vero parum solliciti, modo, quod quaerunt, ut placeant, aut rem, quam agunt, illustrent, assequantur. Edoctos etiam sub Ptolemaeis cynocephalos talia, et majora etiam, tradit *Ael.* de anim. VI, 10. Solan.

Ibid. *Τις Αἰγύπτιος*) Simii saltatores; vid. infra Apol. pro Merc. Guyet.

Ead. l. 8. *Πυῤῥιχίζειν*) Pro omni genere saltationis, ut id. docet De Saltat. Bourd.

Ead. l. 12. *Ὑπὸ κόλπον*) At infra in Hermot. c. 37. legas *ὑπὸ κόλπου*, iterum ibid. c. 81. ante med. Solan. Addi potest Alexandr. c. 26. et 39. et Adv. Indoct. c. 12. Sed *ὑπὸ κόλπον* legitur etiam in Dissert. c. Hesiod. c. 2. ubi *Reitzius* ex *Herodiani* loco quodam eandem dictionem affert. Et recte sic quoque dici posse, ostendimus supra Tom. II. p. 311. sq. Male itaque *T. F. Benedictus* phrasin *ὑπὸ κόλπον* linguae legibus adversari arbitratur. Lehm.

Pag. 170. l. 11. *Ἦ οἰκεῖόν τι καὶ ξυγγενὲς*] In his abundare *τι* ratus *T. F. Benedictus* mutari vult in *τε*, unde, meo quidem judicio, languidior provenerit sententia, ac putidior. Notiones enim *τοῦ οἰκείου* et *τοῦ ξυγγενοῦς* non adeo inter se discrepant, ut particulis *τε καὶ* tanta cum sub-

tilitate h. l. dissecari potuerint. Verba sic sunt explicanda: *Τί φατε προσήκειν ὑμῖν τοὺς τοιούτους, ἢ* (suppl. *τί φατε τοὺς τοιούτους*) *οἰκεῖόν τι καὶ ξυγγενὲς* (*ὑμῖν* int.) *ἐπιδείξασθαι τῷ βίῳ*. I. e. — *aut qua ex parte familiare quidquam cognatumque vobis dicitis tales homines ostendere in vita sua?* Conspirat versio *Gesneri*, nisi quod formam interrogativam interpres ob caussam, quam agnosco et probo, in enuntiativam mutare maluit. Similem syntaxin contulisse juvabit in verbis Hermot. c. 10. *Τί δὲ, ἂν μὴ ἀποδιδῶσιν, ὦ μακάριε, μέλει τι αὐτῷ* etc. quae vix erit, cui offensioni sint. Lehm.

Ead. l. 12. *Ἡρακλῆς*) *Hercules et simia*, proverbium de minime congruentibus. Hercules enim robore, simia dolis valet. Vid. *Erasmi* Chiliad. p. 187. Reitz.

Pag. 171. l. 1. *Φιλοσοφεῖν ἀσκοῦσι*) Sic bene legit interp. Minus recte Cod. Anglic. *φάσκουσι*. Bourd. *Φιλοσοφεῖν φάσκουσι*) Persistens noster in sua in pseudophilosophos invectiva, ait, eos veteribus illis heroibus, quorum se sectatores mentiantur, tam similes esse, quam Herculi simiam: dein rogat veteres illos philosophiae magistros, *Ἢ διότι πώγωνας ἔχουσι, καὶ φιλοσοφεῖν ἀσκοῦσι, καὶ σκυθρωποί εἰσι, διὰ τοῦτο χρὴ ὑμῖν εἰκάζειν τούτους;* MS. Angl. referente *Bourdelotio* p. 412. pro *ἀσκοῦσι* habet *φάσκουσι*, et sua quoque convenire excerpta ait cl. *Graevius* pag. 969. rectissime judicans τὸ *φάσκουσι* huic loco congruentius. Et certe passim de his pseudophilosophis ita *Noster*. Statim c. 46. *ἅπασι τοῖς φάσκουσι φιλοσοφεῖν ἐντυγχάνειν*· de Merc. Cond. c. 24. *πρὸς τὸν φιλοσοφεῖν φάσκοντα*· de Parasito c. 52. *οἱ φιλοσοφεῖν φάσκοντες*. Similiter in Hermotimo c. 52. *Ὁδοί τε πολλαί εἰσιν ἐπὶ φιλοσοφίαν ἑκάστη καὶ ἀρετὴν ἄγειν φάσκουσαι*· c. 68. *Οὐκ ἀκούεις τῶν Στοϊκῶν, ἢ Ἐπικουρείων, ἢ Πλατωνικῶν εἶναι φασκόντων;* Jens. *Bourdelotius* male damnat Codicis Anglicani lectionem, in quo, ut et meis excerptis rectius scribitur, *καὶ φιλοσοφεῖν φάσκουσιν, et qui dicunt se philosophari, se esse philosophos*, pro quo dixit cap. 41. *ὅσοι φιλόσοφοι εἶναι λέγουσι*, quam quod legitur in editionibus, *καὶ φιλοσοφεῖν ἀσκοῦσι*, quod est, *in philosophia se exercent, philosophiae dant operam*, quamvis id quoque possit tolerari, alterum tantum praeferendum est. Hanc enim vim habet: venditant se pro philosophis, cum non sint. Graev. *Φάσκουσι* omnino legendum, ut est in Angl. P. L. et. Ms. Gr. et iterum c. 46. quod autem in vulgatis est *ἀσκοῦσι*, procul ablegandum. Solan. Recepi lectionem codicis Angl. apud *Graevium*: quae recurrit etiam deinde, *πᾶσι τοῖς φάσκουσι φιλοσοφεῖν, ἐντυγχάνειν*. Gesn.

Ibid. Σκυθρωποί εἰσι) Ut in Nigrin. et Lapith. et passim alibi. Bourd.

Ead. l. 9. *ΑΡΕΤ.*) *Virtutis* persona non ita commode huc convenire videtur: longe melius altera *Veritatis*. Mutationi occasionem praebuit, quod proxime ab hoc sermone Virtutem alloquitur Philosophia, cui proinde responderi cum putaret aliquis, personam hic temere mutavit. Quidni enim, post *Veritatis* testimonium, alteram suam sodalem, *Virtutem* alloquatur Philosophia? Gesn.

Ead. l. 10. Κατὰ τῆς γῆς δῦναι) Sic de Merced. conduct. (cap. 18.) εὔχῃ δὲ ἤ σεισμῷ συμπεσεῖν ἐκεῖνα πάντα. Sic adversus Indoct. (cap. 18.) εὔξῃ τότε χανεῖν σοι τὴν γῆν κατὰ σεαυτοῦ. Sic Diall. Merr. (IX, 3.) πῶς ἂν με ἡ γῆ καταπίοι; ead. in Conviv. (c. 28.) Sic apud *Heliod.* lib. 1. ηὐχόμην δὲ καταδῦναι μᾶλλον. Habent ex *Homeri* Iliad. 4. τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. Simile illud est *Aeschyli* Suppl.

Θέλοιμι δ' ἂν μορσίμου
Βρόχου τυχεῖν ἐν σαργάναις.

Bourd.

Pag. 172. l. 3. Ἀρετὴ) Haec loqui decebat *Veritatem*, ad quam testem provocarat Parrhesiades. Servavi tamen librorum scripturam; praesertim cum mox Philosophia *Virtutem* appellet. Sed ibi pro Philosophia *Veritatem* loqui crediderim. Certe alicubi loquatur oportet, nisi personam mutam a Luciano inductam censeas, cujus opera potissimum indigebat. Solan. Si supra persona *ΑΡ.* mutanda fuit, et hic rescribendum erit ἀλήθεια pro ἀρετή. Reitz. *Seyboldus* haec adnotavit: „Ἀλήθειαν nec heic nec paullo inferius loqui, mirati sunt *Gesnerus* et *Moses Sol.* ex hoc maxime argumento, quod Parrhesiades evocaverit eam, ut ea, quae dixerit ipse, vera esse testetur. At obliti videntur hi, quos vix quisquam, quam ego, magis aestimet, Viri, omnia haec ante oculos quasi nostros agi. hinc non opus est, ut ea, queis Lucianus Philosophos petiit, crimina sic se habere, *verbis* testetur Ἀλήθεια· poterat enim id vel *nutu*, et *annuit* sine dubio. Ceterum quod idem Moses (se) ait, *alicubi loquatur oportet Veritas, nisi personam mutam a Luciano inductam censeas, cujus opera potissimum indigebat,* immemor erat eorum, quae jam superius locuta est Dea Veritas.“ Melius *Solanus* dixisset *otiosam* personam pro *muta:* illud enim voluit haud dubie, nec sane temere. Nam profecto aut hoc loco, aut nusquam, provincia sua *Veritati* adsignanda fuit; praesertim quum diserte a reo ad testandum provocetur. *Nutus* autem in tantae

gravitatis caussa non poterat sufficere. Jam vero personas in libris confusas esse recte viderunt Viri docti, et ostendit etiam Codex 2954. in quo, quae vulgo *Virtuti*, jam *Veritati*, et, quae olim *Philosophiae*, (*κἀγὼ πάνυ ἠρυθρίασα, ὦ Ἀρετή*, vel potius, quo nunc opus fit, *ὦ Ἀλήθεια*) jam *Temperantiae*, *Sophrosynae*, tribuuntur. Similem in modum jam *Wielandius*, qua erat judicii elegantia, personas mutaverat. Et *Schmiederus* hanc integram textus formam suo jure restituit; probavit etiam *T. F. Benedictus*. LEHM.

Ead. l. 7. Ἰλιέων) Historia, quae huic proverbio ansam dedit, in obscuro est. hinc interpretum silentium. Hoc per se patet, Trojanos, qui excidium, capta urbe, effugerant, tandem aliquando ludicris se dedentes, in Tragoedum incidisse, qui calamitates ejus priores, aut studio, aut imprudens repraesentavit. Idem proverbium tangit etiam in Pseudol. c. 10. SOLAN. Vid. *Dion Chrysostom.* in Tars. I. p. 266. ed. Ald. BELIN.

Pag. 173. l. 2. Ἁπάσαις) Ψήφοις. *Brod.* Vid. supra hoc Dial. c. 21. REITZ.

Ead. l. 4. *Προσεκύνησα τήν γε πρώτην*] Pessime haec verba habita sunt a plerisque interpretibus et editoribus. *Pirckheymerus* quidem reddidit: *Hanc primam adoravi: verum aliud* (at non legitur ἄλλο, sed αὐτὸ) *magis Tragicum opus mihi superesse puto*; negligentissime haec: nam praeter αὐτὸ etiam *τήν γε πρώτην* cum summa levitate, vel prorsus non, respectum esse patet: vertit, ac si legisset *τήνδε* et ἄλλο. Et quaeritur insuper, quaenam sit *illa prima? Wielandius* non magis tetigit rem, vertens: Auch bin ich immer dein Verehrer gewesen. Ergone *προσκυνεῖν* de discipulo, *colente* magistrum, quippe *Cynicum* forte, eundemque adeo *canino* more, *κυνικῶς*, adorandum? — Longe absit. Certe sic addendum fuit *σε*. Et tales sales etiam omnino h. l. non forent sales. Aliam viam ingressi sunt *Belinus* et *Schmiederus*. Vertit ille, quam hic postea edidit, lectionem L. *προσενίκησα*. Jam vide, qui concoquas hancce interpretationem: „J'ai déja gagné ma première cause; mais il me semble que je vais faire encore quelque chose (!) de plus fort et de plus noble." Vel insignis haec ineptia lectionem ipsam arguit nihil esse, nisi errorem scribendi. Neque tamen tam parvi fecit *Seyboldus* eam, de qua agitur, lectionem. Is haec adnotavit: „*τήν γε πρώτην*] quam? — Ex Variante, quam *Excerpta Longolii* dant, (*προσενίκησα*) conjicere quis possit ponendum esse, *προσεκύνησα Νίκην γε πρώτην*. Sed non opus est mutatione.

Dicit haec Parrhesiades *conversus* ad Victoriam, *indigitans* eam. — Versio habet: equidem initio jam adoravi; immo vero: primam te (o Dea) jam superius adoravi." Haec qui in verbis vulgatis invenerit, eum credo alia omnia ibidem facili opera inventurum. Imo verbis ipsis inspectis nihil aliud elicitur, quam *Gesneri* versio, quam male intelligentes vituperarunt et deseruerunt. *Τήν γε πρώτην* non Objectum est, sed adverbialiter, ut alias, capiendum: *initio*. *Προςκυνεῖν* autem absolute positum *rem sacram* denotat, videlicet *adorationem numinis cujusdam divini*. Cujusnam vero? — Respondeo, si recte memini, *Minervae Poliadis*. Vide modo c. 21. ubi, postquam *Philosophia* dixerat: *ἡμεῖς δὲ ἐν τοςούτῳ προςκυνήσωμεν τὴν θεόν*, jam Lucianus ipse preces suas ad Minervae numen facit. Sed nunc victoria deportata rem eandem (*αὐτὸ, τὸ προςκυνεῖν*) *τραγικώτερον* peragendam sibi declarat. Num quid amplius desideras? Lehm.

Ead. l. 6. *Ὦ μέγα σεμνὴ νίκη*) Hoc in fine quarundam tragoediarum apud *Euripidem* videre licet, ut in Phoen. Orest. Iphig. in Taur. Brod. Vid. Isthmia *Pind.* Od. VI. in princ. cum Scholiis. Vorst. *Eurip.* Phoeniss. 1752. Solan.

Ead. l. 9. *Δευτέρου κρατῆρος*) Aut id a *combibonibus ac commessatoribus* translatum, aut ad clepsydram rejiciendum. Brod. Specie proverbii. De secundo cratere *Long.* lib. 3. Pastoral. *Achill. Tat.* lib. 2. Bourd. Alludere videtur ad morem veterum, qui primum craterem alicui Deorum libabant, a secundo autem auspicabantur. Solan.

Ibid. *Κρατ.*) *Συμπόσιον*] Vid. *Erasmi* Adag. *τὸν τρίτον τῷ σωτῆρι*. Primus crater ad sitim sumtus, Jovi Olympico: secundus ad hilaritatem, heroibus: tertius ad ebrietatem servatori seu sospitatori dicabatur, ut ex crateris tertii potu ipsos oenopotas ab ebrietate vindicaret. Vorst. Phrasis, ut Interpp. volunt, a *secundo cratere*, in conviviis posito, desumta. Idem itaque est, quasi dicat Philosophia: age jam, hilarius agamus! Seyb. *Virtus* haec dicit, cui nescio an talis acclamatio, qualem *Seyboldus* vult, minus convenerit. Nihil omnino proverbialis haec locutio significat, quam hoc: *Nondum absolutum est negotium nostrum: pergamus jam ad alterum dramatis nostri actum.* Sic fere etiam *Belinus*: *Passons à la seconde partie de notre opération.* Nec *Wielandius* dissentit, vertens: Unser Geschäft ist noch nicht zu Ende. Lehm.

Ead. l. 13. *Συλλογισμὲ*) Apta huic rei Syllogismi persona, tum quod familiaris philosophis, tum propter etymon, quia *collectionem* notat. Gesn. Ego quidem Syllogismo puero praeconis munus condonassem, nec *callide* satis id perfecit. Seyb.

Nescio, quam *calliditatem* famuli vel praeconis desideraverit *Seyboldus*. Sed condonandum tamen suum cuique judicium. *Gesneri* certe judicio adsentitur *Wielandius*, qui Syllogismi personam huic loco satis lepide convenire censet. Nec illepide idem Syllogismus simili verborum lusu supra Vit. Auct. cap. 23. extr. personam induere jussus erat. Lehm.

Ead. l. 15. *Ἥκειν*) Sic solet in formula praeconiorum omitti *χρὴ*, aut simile quid. Solan.

Ead. l. 17. *Δίκης*) Lege *Δικαιοσύνης*, de qua supra c. 18. Infra tamen pro hac *Veritatem* appellat, c. 44. In omnibus scribitur *δίκης*. Solan. Nullus hic novae personae locus erat: sed haud dubie *Δίκης* e non agnito compendio scribendi provenit: unde et infra *Δίκην* male scripserunt majori initiali. Non dubitavi itaque *Solani* eleganti sententiae morem gerere. Lehm.

Pag. 174. l. 10. *Σησαμαῖος πλακοῦς*) Dixi ad *Petr.* Bourd. V. *Dalechamp.* Histoire des plantes Tom. I. l. 4. p. 406. Belin.

Ibid. *Πώγωνα βαθὺν*) Sic *Noster* iterum in Jove Trag. c. 26. *βαθυπώγωνα καὶ εὐγένειον*. Sic de Senectute profunda sive magna, *Ael.* V. H. 2, 36. *βαθύτητα γηρῶν*. Quod iterum L. 7, 5. *γηράσκων βαθύτατα*; sed et *Aristoph.* Nub. *βαθὺς τῆς ἡλικίας*, (ut observat *Jens.* ad Dial. *Lucian.* de saltat.) Verum generaliter de omni fere magno; ut *πλοῦτος βαθὺς*, *Ael.* V. H. III, 18. Et *βαθύπλουτος* ap. *Aeschylum*; vid. *Spanh.* obs. ad *Callim.* pag. 85. Et *γαῖα βαθυλήϊος*, *frugibus abundans solum*, ap. *Apollonium*, ibid. Immo et de latitudine, s. densitate; *Herodian.* VIII, 1, 3. *φάλαγγας ἐς τετράγωνα ἔταξε σχήματα, ἐπιμήκεις μᾶλλον ἢ βαθείας*, i. e. *acies densas instruxit*. Reitz.

Ead. l. 11. *Παλάθην ἰσχάδων*) Haec passim apud *Lucian.* Hac de re *Theophyl. Simoc.* Epist. 14. *ὁ δὲ θεσπέσιος οὑτοσὶ νεανίας τῶν ἰσχάδων τὰ πλεῖστα ἐκβέβρωκε, καὶ τὰς ἀκρίδας οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξερρόφησεν, ὁ δὲ τρυγίας ἐκεχήνει, καὶ μοῖράν τινα ᾔτει μετὰ κόρον κομίζεσθαι οἴκαδε·* posteriorem hanc partem tangit in Lapith. Bourd.

Pag. 175. l. 1. *Κεῖται δ' ἐν μέσσοισι*) Parodia ex Iliad. *Σ.* Bourd. *Hom.* Il. *Σ*, 507. Solan. Leg. *ἐν μέσσοισι* vel *εἰνὶ μέσοισι*. Il. *Σ*, 507.

Κεῖτο δ' ἄρ' ἐν μέσσοισι δύο χρυσοῖο τάλαντα,
Τῷ δόμεν, ὃς μετὰ τοῖσι δίκην ἰθύντατα εἴπῃ.

Gesn.

Ibid. *Μέσσοισι*) Maculam Edd. in hac voce ex *Homero* et *B.* 2. sustulimus, in quibus erat *μέσοισι*. Solan. Idem notaverat *Jens.* ad Charon. c. 14. Lehm.

Ead. l. 3. *Ἄνοδος*) V. c. 15. et 16. Si forte oblitus, ubi sint, nescias. Solan.

Ibid. *Ἐπεὶ — ὡς*) Harum vocum aut haec aut illa rejicienda videtur; sed absque codicum auctoritate, utra expungenda sit, non patet. Quid si ἐπὶ τὰς δ. μ. legatur? Solan. Leg. ἐπὶ τὰς δύο μνᾶς, ὡς ἤκουσαν κ. τ. λ. Gesn. Edidimus ἐπὶ e cod. 2954. praeeunte *Schmiedero.* Cf. supra c. 34. ὠθιζόμενοι ἐπὶ ταῦτα. Lehm.

Ead. l. 4. *Πελ. — Ἀσκλ.*) Athenarum tabulam, si per typographos liceat, hic exhibebimus, qua conspecta haec omnia clarius intelligantur. Solan. Glossa Paris. *Loca Athenis juxta arcem.* Confer infra c. 47. Reitz. Vid. *Meurs.* Cecrop. Capp. V. et VI. Seyb. De Pelasgico vid. etiam eund. *Meursium* Lectt. Att. Lib. VI. cap. 1. Lehm.

Ead. l. 6. *Τάλω*) Confer De Saltat. c. 49. et Philops. c. 19. Solan. *Τάλων* Athenis sepultum, nondum inveni: Tellus ille nobilis, qui pro victrice pugnans patria salvis liberis obiit. Gesn. Hunc Athenis sepultum dubitabat *Gesn.* et fors *Tellus* legendum: sed *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* c. 76. v. 96. sq. ubi *Τάλως* Daedali discipulus ingenio magistrum superans per invidiam a Daedalo necatus et Athenis sepultus legitur, haec observat: *Pausaniae I,* 21. *et* 26. *Κάλως est; unde Simsonio Chron. A. M.* 2773. *ita et hic scribendum esse, in mentem venit. Mihi aliud placet: accedunt Diodoro praeter Apollodor. III,* 14, 9. *Scholiast. Eurip. Orest. v.* 1648. *Lucian. Reviv. c.* 42. *ejusque interpres Graecus. Sepultus est Talus Athenis in via, qua e theatro in arcem ibatur; sic enim de Calo Pausan. I,* 21. *etc.* Reitz. Vid. *Meurs.* Athen. Att. p. 104. Seyb.

Ead. l. 7. *Ἀνακεῖον*) De Anaceo ad Tim. c. 10. *Hemsterh.* Gesn.

Ead. l. 8. *Βοτρυδὸν*) Il. *B,* 89. Solan. Cf. *Virg.* Georg. IV, 557. Seyb.

Ead. l. 10. *Μυρίοι*) Ex *Hom.* Il. *B.* pro ἦρι Angl. ὥρῃ. Bourd. Recte utique Ms. μυρίοι, ὅσσα δὲ φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ· est enim ex *Hom.* Il. *B.* v. 468. ἦρι est interpretatio: ὥρα enim accipitur cum pro vere, tum pro aestate, ut ad *Hesiodum* ostendi. Graev.

Ibid. *Ἦρι*) In Angl. L. et Ms. Gr. ὥρῃ, uti et apud *Homerum* l. c. et Odyss. I, 51. scribitur. Sed de industria, uti multa solet, a *Luciano* mutatum opinor, quo signantius anni tempestatem designaret. Solan. Ex memoria haec, ut solent a *Luciano*, citata. Unde ferri poterat Editionum lectio. In *Homero* tamen ipso praestat ὥρῃ. Eandem et *Ernestio* video sententiam fuisse ad *Homeri* verba. Lehm.

Ead. l. 11. *Μεστὴ δὲ*) *Casaub.* ad *Athen.* Bourd.

Ibid. *Κλαγγηδὸν προκ.*) *Hom.* Il. *B*, 463. Solan.

Pag. 176. l. 6. *Τὸ μὴ δὲ ἐπιβάλλειν γνώρισμα*) Non est hic locus *δὲ*, recipiendum omnino, quod Angl. codex et mea excerpta prae se ferunt, *μηδὲν ἐπιβάλλειν γνώρισμα·* quod et videtur agnovisse Latinus interpres. Statim nihil certius scribendum esse, quod et *Bourdelotius* probat, cum Angl. et meo, *δεχόμεθα ἤδη αὐτούς. Πλατ. ἡμᾶς πρώτους.* Nec minus probandum ex iisdem membranis pag. 410. *ταχεῖαν ἐπιτέλει τὴν ἄγραν*, *fac ut cito aliquid capiamus.* Graev.

Ibid. *Μὴ δὲ*) Angl. *μηδέν.* Bourd. *Μηδὲν* ed. *I.* et Mss. P. L. et a *Bourd.* et *Graevio* laudati. Vulgatae edd. mendose *μὴ δὲ* vel *μηδέ.* Adde hic *Euripidis* versus in Med. 516.

Ὦ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν ὃς κίβδηλος ᾖ
Τεκμήρι' ἀνθρώποισιν ὤπασας σαφῆ,
Ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διειδέναι
Οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι.

Solan. Pertinent huc etiam, quae a *Seyboldo* huc relata. Theseus de amicorum signis dicit apud eundem *Eurip.* Hippol. v. 925.

Φεῦ, χρῆν βροτοῖσι τῶν φίλων τεκμήριον
Σαφές τι κεῖσθαι καὶ διάγνωσιν φρενῶν,
Ὅστις τ' ἀληθής ἐστιν, ὅς τε μὴ φίλος.

Lehm.

Ead. l. 9. *Δεχώμεθα ἤδη*) Angl. *ἤδη αὐτούς·* sic erat legendum: aliter tamen interpres, et MSS. et Cod. Flor. Bourd. Cogitabam aliquando, an non ista vox sit philosophorum impatientium, *Ἀλλὰ δεχόμεθα ἤδη*, *quam mox accipimus?* Nec jam poenitet. Gesn. Ingeniosam *Seyboldus* hanc conjecturam vocat, neque injuria. Sed quin vera sit, multum abest. Primum *δέχεσθαι* pro *λαμβάνειν* dictum vix probabitur idoneis exemplis. Deinde ne placent quidem haec ab universo philosophorum grege exclamata, quum deinceps statim Platonici, qui et ipsi inter istos exclamantes fuerant, sibi primis duarum minarum pretium arrogent. Multo melius a Philosophia pronuntiantur, rem graviorem ac propiorem nunc minus gravi et remotiori praeferente. *Δεχόμεθα* autem a commentatoribus promiscue profertur et *δεχώμεθα.* Haud dubie legendum *δεχώμεθα*, quemadmodum editum lego in B. 1. A. 1. 2. et *Reitzius* quoque et *Schmiederus* ediderunt. Sed *δεχόμεθα* Ms. Gr. habere videtur, ut *Graevius* certe refert, et hanc etiam *Belinus* scripturam profert e cod. 2954. et probare eam videtur *Gesnerus.* At si *αὐτοὺς* ad priora refertur, id quod jam ex optimis codd. constat, atque adeo haec a

Philosophia dici necesse est: convenientiorem multo Conjunctivum esse patet. Lehm.

Ibid. Ἤδη αὐτούς. ΠΛ. ἡμᾶς) Ita optime depravatum prius hunc locum restituunt Angl. et Ms. Gr. In edd. ἤδη. ΠΛ. αὐτοὺς ἡμᾶς. Solan. Certa res confirmatur etiam cod. 2954. Lehm.

Pag. 177. l. 2. Χρήμασι) Quae inter bona annumerant Peripatetici. Brod.

Pag. 178. l. 7. Θέρμους) Dixi ad *Petronii lupinos.* Bourd.

Ead. l. 8. Ἄρτους τῶν αὐτοπυριτῶν) Haec omnia in Dialog. Mort. et in Catapl. Bourd.

Ead. l. 9. Καὶ μαχαιρίδιον θυτικὸν) *Secespita. Casaub.* ad *Suet.* Aug. (imo Tib. 25.) dico fuse alibi. Bourd.

Ead. l. 10. Μαχαιρίδιον θυτικὸν) Placet πυθικόν. Μαχαιρίδιον πυθικὸν, *Delphicum gladium.* Brod. *Brodaeus* μαχαιρίδιον πυθικὸν, *Delphicum gladium.* Verum ἀτυχεῖ πάνυ λίαν. Dixisset saltim Delphicum cultrum. Sed neque hoc neque illud *Lucianus* voluit, verum intelligi μαχαιρίδιον θυτικὸν cultellum sacrificatorium, sive cultrum ad sacrificia, ac festos dies atque epulas. Culter Delphicus necessitatis: cultellus sacrificatorius deliciarum et voluptatis. Non perstringit autem res ad usum hujusce Cynici ullas *Lucianus*, in pera ejus inventas, sed quae summarum deliciarum sint, χρυσίον, μύρον, μαχαιρίδιον θυτικὸν, κάτοπτρον, κύβους. Aurum, unguentum, cultellum ad sacrificia, speculum, tesseras etc. quemadmodum sacrificationes gumiis epularum occasiones fuerint, longum fuerit nunc edissertare. Marcil. De hoc, dum reliqua enumerat et enarrat, *Scholiastes* altum tacet; neque satis liquet, quodnam hoc instrumentum fuerit. Hinc doctorum conjecturae, quibus meam etiam addam. Si genuina haec verba sunt, de quo ut addubitem, facit *Scholiastae* a me jam memoratum silentium, risum captasse videtur *Lucianus* ex voce μαχαιρίδιον, quae aeque ac ἐγχειρίδιον de libro aliquo praeceptorum ea aetate noto forsitan usurpabatur. Addito autem θυτικὸν, jocum demum patuisse. At quid tandem est μαχ. θυτ. inquies? Quid alii dixerint, audiisti. Ego tamen aliud quid subesse suspicor: tu, an recte conjecerim, ipse judica. Ac primo quidem quae *Lucianus* de philosophis magiae operam dantibus scripserit in libello de merced. cond. legito: hunc ego cultrum ad eos usus comparatum opinor. Sed quid si κουρικὸν legas pro θυτικόν; Vid. Adv. Indoct. c. 29. *Plut.* in Dione p. 1667. f. et *Polyaen.* Strat. VIII. p. 604. B. ubi μ. κουρέως. *Casaubonus* observat, Graecis cultrorum

mensariorum usum diu ignoratum, ad *Athen.* 278. 52. De voce autem ἐγχειρίδιον quod dixi, notum est ex *Epicteti* libello. Adde tamen, si lubet, locum *Philostrati* insignem, sub finem Herodis. SOLAN. Triplex est, aut esse saltem potest, interpretum hujus loci genus; quorum sententias operae pretium fuerit accuratius vel recensere, vel examinare. Scilicet voces καὶ μαχαιρίδιον θυτικὸν, quas omnes ac singulae Editiones praebent, aut mutandas, aut integras servandas, aut etiam prorsus ejiciendas esse, censent. Et eorum quidem, quibus vox θυτικὸν offensioni fuit, alii, vel potius unus *Brodaeus*, maluit πυθικὸν, omnium, ut facile patet vel ex iis, quae *Marcilius* de hac conjectura protulit, infelicissime. Quod autem *Solanus*, per varias sententias aliquamdiu fluctuatus, tandem ad substituendum κουρικὸν devenit, neque hunc cultellum video, qua ratione supellectili istius temporis philosophorum convenire probes. Imo tonsorii instrumenti nullus omnino usus esse potuit philosophis, quos constat in barba promissa summum suum ornamentum posuisse; nec vituperare debuit Philosophia ipsa, quod tale humanitatis instrumentum in pera Cynici invenisset. Ob eandem caussam reprobandum est, quod *Jacobsius* in Additamm. Animadvv. in *Athen.* p. 299. conjecit, et cui *Vir Doctus* in censura Epistolae *Bastii* Criticae in Ephemeridd. Ienenss. a. 1806. N. 281. p. 385. adsentitur, ὀνυχικὸν, vel ὀνυχιστικόν. Nam uti recte quidem uterque vir eruditus docet, cultum unguium dedecuisse tum temporis genuinum Cynicae familiae adseclam, ita tamen eadem haec unguium praesecandarum cura minime displicere potuit Luciano ejusque dominae, ab elegantiae urbanitatisque studio haud alienae. Quapropter, siquidem vulgata lectio corrigenda est, correxerim equidem cum *Belino* θρυπτικὸν, cui rationi etiam *Bastius* accedere non dubitavit in Epist. Crit. p. 179. sq. et in Append. ad hanc Epist. p. 46. sq. Intelligunt autem hi viri *cultellum abacorum, quales sunt ii, quibus homines molles et elegantes utuntur*; quem Gallice vocant *un couteau de toilette*; quemque recte dicunt ab eodem nostro scriptore Adv. Indoct. c. 29. significari voce μαχαιρίδιον. Vocem θρυπτικὸς autem in hanc rem bene electam esse, probat *Bastius* verbis *Pollucis* Onomast. VII, 85. ὑπόδημα πολυτελὲς καὶ θρυπτικόν. Nihilominus fateor me nondum intelligere corrigendi necessitatem; modo recte capias vulgatum θυτικόν. Falso autem ceperunt vulgo interpretes, ut sic facile suspicio et corrigendi lubido oriri posset. *Secespitae* enim, quam *Casaubonus* vult ad *Sueton.* Tib. c. 25., i. e. cultro ad mactandas hostias destinato, nullus profecto lo-

cus esse potuit in pera Cynici, delicatae vitae adminiculis et praesidiis impleta. Age nunc audiamus *Seyboldum*, sic somniantem: „Innui puto cultrum, qui major, quam ii, qui *communi usui* adhibebantur, fuerit, talis scilicet, qui mactandis victimis inserviebat, quemque in pera occultavit Philosophus, ut habeat statim, *quicquid obtigerit.*“ Mira profecto sententia, et in se ipsa vanissima. Porro quem *Solanus* excogitavit lusum verborum *μαχαιρίδιον* et *ἐγχειρίδιον*, ingeniose quidem istum, sed nimis tamen artificiose, ac paene operose, quaesitum judico, recteque postea ipse ei renuntiasse videtur. Restat omnium simplicissima, ut mihi videtur, et probabilissima ratio, quam etiam *Gesnerus* et *Wielandius*, elegantissimi viri, in versionibus suis secuti, quamque etiam *Marcilius*, quamquam non subtiliter satis inter cultrum sacrificatorium et epularem distinguens, amplexus est. Secespitam Graece fere *σφαγίδα* vocabant, *μαχαιρίδιον* vero h. l. est culter, quo in mensa utebantur. Sed h. l. ne quis putet Cynicum *vulgarem* cultellum in pera gestasse, quamquam vel talis cum principiis philosophiae Cynicae pugnare videri debebat, additur etiam *θυτικὸν*, h. e. culter in sacrificiis, i. e. in *epulis* sacrificialibus, solennis, non communi et vulgari usui destinatus, uno verbo *epularis*, ein Festmesser, Sonntagsmesser, s. Gastmesser, ut *Wielandius* vertit; cujus generis in Bithynia potissimum in elegantiorum hominum usum fabricatos tum temporis fuisse, auctor est *Casaubonus* ad *Athen.* p. 278. et 279. Cogita itaque, nisi ita etiam scribi velis, quod non absurde fieret, *μαχαιρίδιον Βιθυνικὸν*, vel *Βιθυνόν*. Quod *Scholiastes* haec in explicandis singulis hujus loci vocibus omisit, ejus rei variae cogitari possunt caussae; et quod ea revera a cod. 3011. absunt, nihil id probat, nisi librarii indiligentiam; certe ad ejicienda haec verba non sufficiat ista auctoritas. Lehm.

Ibid. Καὶ κάτοπτρον) Haec eleganter apud *Apul.* in Apol. Bourd.

Pag. 179. l. 5. *Ἀνδρῶν ἐς τοὺς χρηστοὺς μεμιγμένοι*) Alia Anglic. Cod. lectio: *οἱ φαῦλοι τῶν ἀνδρῶν τε τοὺς χρηστοὺς μεμιμημένοι.* Bourd. *Σε τ. χ. μεμιμημ.* A. P. et L. nisi quod in A. pro *σε* legitur *τε*. In Edd. *ἐς τ. χ. μεμιγμένοι.* Solan. Ad trium illorum Codd. auctoritatem accedunt et tres alii Codd. recens collati, 2954. 3011. et Gorl., qui et ipsi lectionem, *Belino* probatam et a *Schmiedero* jam receptam, confirmant. Contra tot vocum consensum non amplius profecto tueri se potest vulgata lectio, licet nec ipsa per se fuerit spernenda. Lehm.

Ead. l. 11. *Θαλοῦ στεφάνῳ*) Sic postea *τῷ θαλῷ στεφόμενος.* Grammatici Graeci idem esse ajunt, ac *θαλλός·* quid autem *θαλλὸς*, *Theocr.* docet Eidyll. *Hesych. Suid.* vocaverunt etiam *ὄσχον κρατὸς*, ut apud *Hesych.* verbo *χύτλασον*, cujus locum emendat *Scalig.* *χύτλος δὲ κρατὸς ὄσχος εὔσκιος παρῆν χυμένοις* etc. vocarunt Latini sagmina: Gl. vet. *Sagmina θαλλὸς, σπονδεῖα.* Hac de re *Athen.* lib. 7. ferebantur in Panathenaica pompa, quique ferebant *θαλλοφόροι* dicti, ut vult *Juncus* apud *Stob.* licet quidam asserant, fuisse ramos olivae, quos manu gestabant, ut videatur esse illud Homericum *στέμματ' ἔχων ἐν χερσίν.* Usi sunt et Latini, ut auctor Ceir.

Pergit Amyclaeo spargens altaria thallo.

Quod *Virgil.* 6. Aen. dixit

Ramo frondentis olivae.

Bourd.

Ead. l. 13. *Ἐν χρῷ*) *Ἐν χρῶτι, ad vivum, ad cutem.* Brod. Confer supra Vit. Auct. c. 20. Solan.

Pag. 180. l. 2. *Ἢ ἐγκαυσάτω*) Quo modo prisci fugitivorum frontem inurebant. Brod.

Ead. l. 8. *Ὑπεροριῶντα*) *Hor. oculo irretorto* II. Od. 2. f. Solan.

Pag. 181. l. 2. *Ἀλωπεκίας*) *Vulpe notatos.* Brod. Suavissimo lusu respicit nomine altero ad *κοππατίας* equos, altero ad *σαμφόρους*, de quibus ad principium Nubium *Aristophanis* viri doctissimi. Gesn.

Ead. l. 6. *Ἡ ἱέρεια*) De qua supra *Lucianus.* Brod.

Ead. l. 7. *Ὥπερ*) Ad aliquam, sua aetate notam historiam alludit, quae ad nos usque non videtur pervenisse. Quod *ὥπερ* hic legis, ex ed. *J.* est; in reliquis enim est *ὅπερ.* Solan. *Ὥπερ* duali numero ex *J.* recipiendum jusserat *Solanus.* Obsecundassem certe, si plures Codd. et Edd. addicerent. Reitz. Lectionem *ὥπερ Juntina* ex *Ald.* 2. desumsit, in quam casu potius, ut haud pauca alia, quam consilio, irrepsisse opinor. Omnino putidi fuisset Grammatici, non liberalis scriptoris, Duali uti, ubi res duae quidem, sed in unam tamen notionem conjunctae, ut h. l. indicari debebant. Lehm.

Ead. l. 8. *Ἀνέθηκεν*) *Diis dicavit.* Brod.

Ead. l. 14. *ΦΙΛ. Τί πράττειν ἀνὴρ διανοεῖται; ΠΑΡΡ. Δελεάσας τὸ ἄγκιστρον ἰσχάδι*) *Brodaeus*, ubi notata *Παῤῥησιάδου* persona, reponi vult personam *Ἀρετῆς.* Sed frustra. Respondet enim Parrhesiades Philosophiae, cum admiratione interroganti, tertiamque personam pro secunda usurpanti, oratorie *τί πράττειν ἀνὴρ διανοεῖται*, pro *τί πράττειν διανοῇ, ὦ Παῤῥησιάδη;* mutavit personam, ut exprimeretur admiratio

rei novae. Virtutis personae locus hic nullus. Patet autem etiam sequente mox interrogatione Philosophiae, *τί ταῦτα* etc. Marcil. Argutum est, quod hic facit Lucianus, sive Parrhesiades; nimirum in muris sedens vult funiculum hamo, esca aurea instructo, armatum in urbem demittere, ut velut pisciculos adnatantes captet philosophos. Haec arma Parrhesiadae omnia commodat Sacerdos in Acropoli. Jam rogat Philosophia, *Τί πράττειν ἀνὴρ διανοεῖται; Παῤῥ. δελεάσας τὸ ἄγκιστρον ἰσχάδι καὶ χρυσίῳ, καθεζόμενος ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ τειχίου, καθῆκεν ἐς τὴν πόλιν·* sic respondere legitur Parrhesiades piscator. Sed profecto haec non sunt verba Parrhesiadae, at Sacerdotis; quare pro *Παῤῥ.* ponenda omnino est persona Sacerdotis, *Ἱερ.* Neque enim de se ipse diceret Parrhesiades *καθῆκεν*. Quin et ex ipsa Philosophiae interrogatione *τί πράττειν ἀνὴρ διανοεῖται;* patet satis, sequens responsum non dari a Parrhesiade, (quaesitum enim fuisset, *τί, ὦ ἄνερ, πράττειν διανοῇ*, vel *διανοεῖς;*) sed ab alia persona, *Ἱερεία* scilicet. Adde, quod in responso interrogationi Philosophiae non satisfit: quare mox Philosophia se ad ipsum Parrhesiade convertens, quaerit, *Τί ταῦτα, ὦ Παῤῥησιάδη, ποιεῖς;* Errorem videtur suboluisse *Marcilius* p. 413. pro *καθῆκεν* reponens *καθήκειν*. Sed nihil in hoc mutandum; modo, ut diximus, pro Parrhesiadis persona, scribatur *Ἱερ.* hoc est, Sacerdotis persona. Jens. *ΙΕΡ.* ex L. ed. J. et B. 2. restituimus pro vulgato *ΠΑΡ.* absurdissimo, vel absque Cod. auctoritate mutando, uti recte viderat *Jensius*, et ante eum *Brodaeus*. Solan. Mihi videbatur hic commodius respondere Antistita, Parrhesiade ipso in piscatus apparatu satagente. Itaque quid fecerit, respondet, non quid facturus sit. Neque tamen *Brodaei* sententiam damnaverim. Gesn.

Pag. 182. l. 2. *Καθῆκεν*) *Καθήκειν*. Marcil.

Ead. l. 5. *Ἐκ τοῦ Πελασγικοῦ*) Pelasgicum locus fuit Athenis juxta arcem, de quo antea dictum est. Cogn. Vide infra ad Quom. Hist. Conscr. c. 15. *Solanum:* adde et supra *Schol.* ad c. 42. pr. Ceterum eadem, quae *Cognatus*, etiam habet *Brod.* in Miscel. saepe adduct. p. 2. c. 22. Reitz.

Ead. l. 10. *ΕΛΕΓ.*) Malim pro *ΕΛΕΤ.* tenuissima mutatione legi *ΕΛΕΓ.* h. e. *ἔλεγχος*. Hujus enim est deprehendere verum: hic adjunctus Parrhesiadae paullo ante: cum hoc deinde colloquitur Parrhesiades. Gesn.

Ibid. *Οὐκ ἀλλὰ γαλεὸς ἐστι*) Interpretes, *minime felis est.* Sed quis unquam audivit, *γαλεὸν* esse *felem*, et feles in mari capi? Discimus praeter alios ex *Ael.* hist. anim. I, 45. *γα-*

λεὸν esse genus canis marini, qui est *κατεστιγμένος* et *ποικίλος·* qualis hic intelligitur. Vid. etiam *Aristot.* de Animal. VI. c. 11. f. *Athen.* IV, 17. et VII, 8. L. Bos. Glossa Parisina: *lupus marinus: meminit Aristot. et Plin. Felis. galeus. Gaza mustelam interpretatur, est piscis rapax.* Reitz.

Pag. 183. l. 1. *Αὔων οὗτός γε*) Haec verba non sunt in Angl. Cod. Bourd. *Κύων*) Locum hunc in omnibus impr. jam desperatum egregie restituit Cod. L. hunc in modum. Prius enim *αὔων* legebatur. In A. autem et P. deerat prorsus ea vox. In quibusdam etiam *ἀνύων* erat; ex quibus omnibus nihil effici poterat. Dum autem canem vocat, etsi canis marinus piscis sit (de quo *Aelian.* de anim. I, 55.) Cynicum tamen intelligi vult. Vide Vit. Auct. c. 7. Solan. Pro *αὔων*, quod huc adeo non convenit, ut quidam librarii ejicere maluerint, quam sententiam eo obscurare, legendum tenuissima mutatione *κύων·* quod viderat etiam L. Bos. Animadv. c. 14. p. 62. De Cynico philosopho sermonem hic esse, apertum. Cum de Platonico agit, simili ad nomen respectu *πλατὺν* appellat. Hunc vocaverat modo *γαλεόν*. Jam *γαλεὸς* s. *mustelus* piscis, *κύων*, *carcharias*, cognatarum specierum nomina aeque Cynico conveniunt. Res nobis quidem videbatur ita aperta, ut versione nostra eam exprimere nihil dubitaremus. Gesn. Quia *αὔων* olim editum erat, *Brod.* Misc. P. 2. c. 22. inde fecit *ἄνων*, vel festinans ita legi putavit, (ait enim: *ἄνων. Cum muti sint pisces*) satis absurde hoc loco. Reitz.

Ead. l. 3. *Ἔνθα λήσειν ἤλπισας*) *Benedictus, ubi te latitaturum sperabas.* Sane nullus horum sic se gerit, ut latitare velit, idque praecipuum studeat: nec circa petras liguriens versatur spe latendi, sed praedandi. Itaque *Pirckheymerus, ubi praedari sperabas;* et adscripsit pater *λῃΐζειν*. Gron.

Ibid. Λήσειν) Sic recte legi, ex Ver. Hist. I. c. 4. ubi *ἐνόμισαν λήσειν*, tribus quatuorve aliis auctoritt. ex *Nostro* probaverat *Solanus*, nimirum ex *Junt.* p. 420. 367. 400. 229. et 397. Verum non omnes invenio, quia in uno alterove numero erratum est. Sed phrasin *λήσειν ἤλπισας* probam esse, quis dubitet? Eam autem h. l. convenire, docet sequens *ἔσῃ φανερὸς ἅπασιν*. Reitz.

Pag. 184. l. 1. *Πολλοῦ*) In textum recepi ex duobus Codd. ut longe elegantius vulgato *πολὺ*, et magis respondens verbo et casui praecedenti: licet enim vulgata satis sit tolerabilis, *πολλοῦ* tamen *Lucianum* dedisse credo. Et sic fere in Act. Apost. c. V, 8. Sapphira interrogata, *εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε;* respondet *Ναὶ, τοσούτου*. Quod ibi quidem alio

casu efferri non poterat, quia novum verbum non sequitur; hic tamen ad verbum aestimandi praecedens etiam respicitur; nam et sic plane *Noster* supra in Diall. Mortt. IV. pr. *Ἄγκυραν — πέντε δραχμῶν. ΧΑΡ. πολλοῦ λέγεις.* Si quis tamen vulgatam tueri velit ex Vit. auct. c. 26. med. per me licet. Reitz. Utrumque recte dicitur. In Vit. Auct. l. c. non minus certo legitur *πολὺ λέγεις*, quam in Diall. Mortt. l. l. *πολλοῦ λέγεις*. Hoc autem loco vulgatam omnium Edd. lectionem tanto majori jure revocari censebam, quum, referente *Belino*, quamquam non probante, duo Codd. Pariss. eandem exhibeant. In Codd. P. et L. quod reperitur *πολλοῦ*, ortum esse potuit e variantis dictionis observatione. Lehm.

Ead. l. 7. *Ἀφυῶν ἐλ.*) Vid. *Aristoph. Schol.* in Eq. p. 226. Vorst. Glossa Paris. *Aphyae pisciculi, quos parit limus, vermiculorum instar scaturientes: meminit Aelianus.* Plinius vero Apuas a Latinis appellari dicit, quod ex aqua et pluvia procreentur. Reitz.

Ead. l. 8. *Ἀφυέστατοι*) Non potest commode lusus verborum conservari ex cognatione *ἀφυῶν apuarum*, et *ἀφυεστάτων*. Gesn. Lusum hunc verborum in *ἀφύα* et *ἀφυέστατος* non commode servari posse ait *Gesnerus*. vertit itaque, immo maxime sunt cognati apuis *infelicissimi ingenii* homines. non *hoc* putem dicere voluisse Lucianum, sed esse, *omnium apuarum vilissimos,* contemtiores, quam apuae. Cujus interpretationis vadem sisto *Athenaeum*, qui in Deipnosoph. VII. 8. de apuis haec refert: *τὴν ἀφύην ἐν Ἀθήναις ὑπερορῶσι, καὶ πτωχικὸν εἶναί φασιν ὄψον*, et quidem ob multitudinem earum. capiuntur enim, ut Archestratus ait,

— — ἐν εὐκόλποισι Φαλήρου

Ἀγκῶσι — ἱεροῖς. —

Hinc pergit Diogenes (pisciculi hi quamvis viles sint Athenis) eos tamen extrahe. Seyb. Doctrina male hic collocata praestrinxit *Seyboldo* oculos, quo minus id cerneret, quo nihil clarius esse potest. Momentum sententiae unice in vocis *ἀφύη* cum *ἀφυὴς* similitudine quaerendum. Atqui *ἀφυὴς* non *vilem* significat, sed qui *ingenii* est *haud felicissimi.* Ergo nihil dixit *Seyboldus*, et rem tetigit *Gesnerus;* cepit saltem. Lehm.

Ead. l. 9. *Ἡμίτομος*) Etiam Germanorum consuetudo *latos* illos pisces *dimidiatos* vocat, *Halbfische:* quemadmodum etiam nobilissimum, apud mediterraneos certe, genus, *soleas,* vulgo *Plateissen* vel *Platissen*, *πλατεῖς*, appellant. Gesn.

Ead. l. 10. *Ψῆττα*) Gloss. Pariss. *Psetta piscis latus: meminit Aristoteles et Suidas.* Reitz.

Ead. l. 13. *EA.*) Confusa hic erant omnia: neque opem ullam in impressis inveniebamus. Illud *EA.* ex P. omnia sanat. Solan. Imo valde vereor, ne turbas auxerit. Quorsum *Elenchi* ad hoc negotium fictio, si quaereret id, ad quod aperiendum unice ipse ab auctore adsumtus cogitari debet. Miror, recentiores et editores, et interpretes, ad unum omnes hanc rationem amplexos esse. Tolerabilior multo, me quidem judice, fuit vetusta illa ratio, quam etiam A. 1. 2. B. 1. tuentur: qua verba: — *ἀνασπάσθω. τίς ἐστιν; ὁ πλατωνικὸς εἶναι λέγων*, continua voce a Parrhesiade recitantur. Ut minor quidem sic sermonis variatio, ita tamen etiam minus offensionis erat. Aliam, nescio quo duce vel auctore, viam iniit *Pirckheymerus* vertens: — *capta est. Diog. Attrahatur. Quisnam est? Parrh. Platonicum se asserit.* Quae, dum modo e Cod. P. in Parrhesiadae respondentis locum Elenchi persona, quippe nec hic otiosa, transferretur, unice recta, certe omnium commodissima, mihi ratio esse videbatur. Haud longe distat *Schmiederi* conjectura, qui, ignarus, credo, *Pirckheymeriae* versionis, suumque tantum sensum secutus, mallet ita personas distribui: *Διογ. Τίς ἐστιν; Ἐλ. Ὁ Πλατωνικὸς εἶναι λέγων.* In sequenti sermone faciliori opera vel tenenda, vel invenienda, erat vera disponendarum partium ratio. Nec erat, quod a *Reitziana* forma, quam posteriores Editt. repetierunt, recederemus. Lehm.

Pag. 185. l. 1. *Τί φῄς*) *EA.* L. Impressi plerique *ΠΑΡΡ.* Fl. *Π.* tantum. Sola *J.* ed. eidem tribuit, recte. Solan.

Ead. l. 4. *Ὡς ἂν ἐν βυθῷ δόξειε ποικίλον τὴν χρόαν*) *Benedictus, ac si in profundo varii coloris appareat.* Qui sensus nec huic loco congruus, nec pro sensu haberi potest, cum nihil boni denotet. Quid enim id est? aut an id fieri solet? Prior interpres, *veluti in profundo apparet colore vario,* easque voces includit parenthesi, unde patet eum errasse in scopo et vera intelligentia. Verte, *accedentem video, prout in profundo videatur, varium colore.* Sedere enim fingitur in muris arcis, unde despiciens ait, quantum ex distantia istius altitudinis judicare posset, se videre aliquem varium. Res ipsa docet. Gron. *Solanus* versionem pristinam sic correxerat: *Et quantum in profundo cernere est,* non inepte. Reitz.

Ead. l. 14. *Ἀλλ' ἢν ἰδοὺ*) Ex *Schol.* et *Fl.* reposuimus pro vulg. *ἀλλ' ἰδοὺ,* quod etiam in P. est. Vid. init. Anachars. Solan. Adde Diall. Mortt. X, 10. ibique not. in Varr. Lectt. Hoc loco et Codex 2954. suffragatur genuinae lectioni, quam ideo etiam *Belinus* probavit, et *Schmiederus* recepit. Lehm.

Pag. 186. l. 1. Ἀκανθώδεις) Stoicorum severitatem et spinosas subtilitates Logicas carpit: quod autem multos hujus generis esse ait, non dubium est, quin propter M. Aurelium imperatorem Stoicum et ipsum plures huic familiae, quam ceteris, nomen darent. Solan.

Ead. l. 2. Ἐχίνων) Gloss. in marg. Paris. *Echinus. Latine Erinaceus, spinis aculeatis.* Reitz.

Ead. l. 9. Ὦ Πόσειδον) Auctior voce una Angl. Cod. ταχεῖαν ἐπιτέλει τὴν ἄγραν. Bourd.

Ead. l. 12. Περιεπάρῃ) Sic in Gallo c. 2. εἰ θύρσας εἶδες ἑρπούσας, καὶ βοῶν κρέα μυκώμενα, ἡμίοπτα, καὶ ἕφθα καὶ πεπαρμένα τοῖς ὀβελοῖς. Sic et Zeux. c. 10. bis. Solan.

Pag. 187. l. 9. Οὕτω) Suspecta mihi vox, pro qua lego ἴτω. In Fl. est οὗτος. Solan. Ms. Reg. 2954. οὗτος δὲ καὶ αὐτός. Bip. Et sic *Schmiedero* placuit haec verba, suadente *Belino*, edere. Sed γοῦν tuetur Codex Gorl. nec convenit δέ. Contra οὗτος, quod duorum Codd. testimonio comprobatur, et in Fl. quoque legitur, multo praestat vulgato οὕτω. Quod autem *Solano* visum est ἴτω, languidiorem id reddit omnem orationis cursum. Nec magis h. l. requirebatur verbum, quam supra extr. cap. 49. in verbis Platonis: Ἀπὸ τῆς αὐτῆς πέτρας καὶ οὗτος (int. ἀφιέσθω). Brevitas scilicet haec est vel irae, vel insolentiae. Lehm.

Pag. 188. l. 2. Ὑπερήμεροι) Supra μίαν ἡμέραν ταύτην παραιτησάμενοι ἥκομεν ἐπ' αὐτόν. Brod.

Ead. l. 5. ΠΑΡΡ.) Imo *ΕΛ.* Huic enim optime convenire haec verba visa sunt, quae minus apte in impr. Parrhesiadae tribuuntur. Solan.

Ead. l. 9. Οὐδὲν) *ΕΛ.* οὐδέν. Sic lego; neque enim haec Luciano conveniunt, sed huic optime. Solan. Ante οὐδὲν personam *ΕΛ.* inserit *Solanus*, non male; sed quia ex nulla ed. nec Ms. profert, non addimus, etiamsi in notis ita citat illud *ΕΛ.* ac si re vera in textu positum legeretur. Reitz. Varie tentatus a Viris Doctis integerrimus locus. Quid modo *Solanus* voluerit, non omnino conjicio. Dormitasse bonum virum ait *Seyboldus*, quod primum verba: Ἔσται ταῦτα, et quae sequuntur, Elencho, ac rursus eidem verba inde ab: Οὐδὲν διοίσει, tribui jusserit: quodsi enim utrique loco praeponatur *ΕΛ.*, colloqui *secum ipsum* Elenchum, colligit *Seyboldus.* At haec non potuit *Solani* sententia esse; sed utraque, quam *Reitzius* in medium protulit, *Solani* nota, a dormitante, ni fallor, *Reitzio* falso intellecta, ad unum locum hunc: οὐδὲν διοίσει τοῦτο etc. pertinet. Nam de Elenchi monologo quodam ne somniare quidem quisquam h. l. potuerit.

Utcunque sit, verba; οὐδὲν etc. sine idonea caussa Elenchi haberi, mox patebit. Aliter paullo *Schmiederus*, et, cui haec conjectura probata est, censor editionis *Schmied.* Jenensis loci formam constituunt, in hunc scilicet modum: *ΠΑΡΡ.* Ἔσται ταῦτα — παρηγγελμένα. *ΕΛ.* Ποῖ δὲ — Στοάν; *ΠΑΡΡ.* Ἀπὸ τοῦ Λ. — ἀρχήν. Ἐλ. Οὐδὲν διοίσει etc. Sic quaeret primo Elenchus, unde initium fieri velit Lucianus; et quum is responderit, unde sibi placeat, ille rursus satis inconstanter, atque adeo importune, negabit quidquam interesse. Denique *Jo. Seagerus* in Classic. Journ. Vol. XI. p. 199. sic singula disponit, ut Parrhesiades loquatur usque ad παρηγγελμένα, deinde Elenchus excipiat: Ποῖ δὲ καὶ πρῶτον ἀπιέναι δεήσει; μῶν ἐς τὴν Ἀκαδημίαν, ἢ ἐς τὴν Στοάν; ἢ ἀπὸ τοῦ Λυκείου ποιησώμεθα τὴν ἀρχήν; et nunc Parrhesiades rem disceptet: Οὐδὲν διοίσει τοῦτο etc. Aliquanto haec dexterius et rotundius efficta; sed ficta tamen, praeter auctoris ipsius voluntatem. Nam primum particula ἢ verbis: ἀπὸ τοῦ Λυκείου ex mera conjectura praemittitur; quamquam et *Seyboldus* eam casu excidisse suspicatur. Deinde vero incredibilis illius librariorum negligentiae ne vestigium quidem usquam in libris nostris omnibus apparuit. Denique quaeso, quorsum tandem tanta fiat mutatio? Quidni haec omnia ipsi Luciano bene conveniant? Est haec festiva consultatio, quam Philosophiae legatus, praesente famulo vel pedissequo suo — hanc enim, nec aliam, Elenchi personam esse probe tenendum est — secum ipse habet. Et sic lente et quasi pedetentim hoc dramation perinde ac Charon s. Contemplantes et Dialogus Mortt. X., secundum ipsum ipsius Luciani morem ad finem suum perducitur, aculeo relicto, qui tanto altius animo infixus insideat necesse est, quanto minus acumen ejus exspectabatur. Lehm.

Ead. l. 11. Καυστηρίων) Utitur et *Orig.* c. Celsum V. 273. 2. Nescio tamen, an non rectius legeretur καυτηρίων, ut supra c. 46. et infra Pro Merc. Cond. c. 2. Quod et *Vorstio* placuisse video. Sed credo potius scriptum fuisse καυστήρων, quae vox etiam apud *Origenem* reperitur c. Cels. 211. Solan. Conjectura *Vorstii* nititur exemplo Pisc. c. 46. med. Et Pro Merc. Cond. c. 2. f. Sed conjectura *Solani* melior, et propius ad literarum ductum accedens. Reitz. Leg. καυτηρίων. Sic Mss. Regg. et ita supra cap. 46. ὁ δὲ τύπος τοῦ καυτῆρος. Ceterum in Ms. Reg. 2954. ad h. v. sequens legitur Scholium: κεκαυτηριασμένος, ὁ μὴ ἔχων ὑγιῆ τὴν συνείδησιν. Belin.

IN CATAPLUM.

Pag. 189. l. 1. *ΚΑΤΑΠΛΟΥΣ*) De hujus vocis significatione et usu fuse et erudite, ut solet, *Spanh.* p. 615. Latine etiam usurpant *Cicero* et alii a viro illustr. laudati. Solan.

Ibid. *Η ΤΥΡΑΝΝΟΣ*) Inscriptio Scholiast. impr. *Καὶ τύραννος*. Ex ipso Cod. an ex arbitrio editoris, nescio. Edd. *Luciani* ἢ constanter servant. Reitz.

Ead. l. 2. *Εἶεν*) *Εἶεν* per *ἄγε* hic exponit *Scholiastes*, nec male. Verum orationem tamen a superioribus pendentem notat, indicatque (quod in dialogis ad τὸ πιθανὸν pertinet) praecessisse jam sermones alios, quibus hoc ipsum εἶεν finem imponit, atque ad alia transit. Egregie hoc illustrant loci duo *Platonis*, alter de rep. I. p. 419. E. Ἐγὼ δέ σοι ὥςπερ παῖς (vid. leg. ταῖς) γραυσὶ τοὺς μύθους λεγούσαις, εἶεν ἐρῶ, καὶ κατανεύσομαι καὶ ἀνανεύσομαι. Alter Phaedro extremo p. 420. A. Εἶεν, ἔφη, ὦ βέλτιστε, σὺ γὰρ τούτων ἐπιστήμων, τί χρὴ ποιεῖν; ubi etiam per *age* licet interpretari. Gesn. Propria sua vi εἶεν omnino est: *haec hactenus, mitte, mittam, mittamus, haec, satis haec sunto.* Dicit itaque εἶεν is, qui iis, quae vel ipse, vel alter, dixit, jam finem fieri vult. Vid. Rhet. Praec. c. 26. Varias autem haec locutio quasi formas significationis induit, quae in sermone ex loquentis sono, vultu et omni habitu, in libro scripto ex orationis nexu, cognoscuntur. Itaque est e. g. ejus, qui imperio, quasi necessitati, cedit, ut Diall. Mortt. X, 4. ubi Lampichus tyrannus, depositis jam nonnullis tyrannorum propriis rebus, etiam diadema et amiculum purpureum deponere jussus, Mercurio dicit: Εἶεν. τί ἔτι; πάντα γὰρ ἀφῆκα, ὡς ὁρᾷς. *Nihil obnitar, faciam, quod vis: sed quid amplius vis? quippe omnia, ut vides, deposui.* Porro et concedentis est, qui alterum non vult contradicendo diutius morari vel fatigare, ut ibid. XXIV, 2. singulari construendi ratione: ὁ δὲ τάφος, καὶ οἱ πολυτελεῖς ἐκεῖνοι λίθοι, Ἁλικαρνασσεῦσι μὲν ἴσως εἶεν ἐπιδείκνυσθαι, *concedam his Halicarnassenses quidem se jactare;* es mag seyn. H. l. εἶεν in initio libelli positum recte *Gesnerus* monet indicare, acta jam inter Charonem et Clotho nonnulla fuisse, antequam haec dicantur, quibus quidem voce εἶεν a Charone finis imponatur, ut ad alia nunc transitus fiat. Recteque adeo idem vertit: *Satis de his, Clotho.* De more autem *Luciani* nostri perquam fa-

miliari, lectorem statim a dialogi initio in mediam rem introducendi, supra quaedam monui Tom. II. p. 337. sq. Unde patet, quam male Scholiastes h. l. εἶεν per ἄγε δὴ explicuerit, quam temere porro *Belinus*, hujus Scholiastae vestigiis pressis, Latinum interpretem reprehenderit; quamque longe idem *Belinus* aberraverit reddendo: *Allons, Clotho*, et *Wielandius* quoque ipse, qui, arbitrium quoddam suum secutus, Charonis sermonem ita inchoari jubet: Sehr gerne, Clotho. Lehm.

Ead. l. 3. Πρὸς ἀναγωγὴν) Ἀνάπλουν. Bourd.

Ead. l. 4. Ἄντλος) Vocavit τὸ ἐν τῇ ἀντλίᾳ ὕδωρ· sic et Grammatici. Bourd.

Ead. l. 5. Παρακέκρ.) Dictio Atticorum propria, οὕτω γράφουσιν τὸ ἴδιον τὴν ὀθόνην τῇ κεραίᾳ συμβαλεῖν. Bourd. Παρακέκρ. Edd. omnes, excepta *J.* Sic etiam Ms. Ox. Sed quid sit, nemo, credo, expediet. Vide ad quas angustias redactus Scholiastes, ut sensus plures colligat. Ed. *J.* παρακκέρουσται. Quomodocunque legas, vox nautica sit, oportet, a κέρας composita, quod antennam notat, atque adeo de aptando velo intelligenda est. Credo scriptum fuisse παρακέρουσται, simplici κ. Solan. At quid sit παρακέρουσται, non ostendit ipse portentosae formae inventor, quam nescio, an etiam facillimus quisque grammaticorum repudiaverit. Quam *Juntina* praebet, forma nihil est, nisi transpositio literarum, typothetae culpa nata. In communi itaque omnium librorum lectione, quae et Scholiastae quadam auctoritate et interpretatione confirmatur, acquiescere nobis licebit. Lehm.

Ibid. Τετρόπωται) *Loro ad scalmum alligata est.* Brod. Ἐν τῷ τροπωτηρίῳ ἐμβάλλεται. Est autem τροπωτὴρ λῶρος εἰς ὃν τὴν κώπην ἐμβάλλουσιν· tangit *Hesych.* verb. τροπώσασθαι. Bourd.

Ead. l. 6. Ὅσον ἐπ' ἐμοὶ) *Quod ad me attinet.* Brod.

Pag. 190. l. 3. Ἀμφὶ βουλυτὸν) Quid sit βουλυτὸν, satis abunde declarant interpr. *Aristophan.* ad Vesp. et ad Aves, *Suid. Pollux.* Emenda in hac voce *Hesych.* apud quem βουλητὸν τὴν δειλέ.ιν ὥραν ἐν ᾗ τὸ ἄροτρον λύεται τῶν βοῶν. scrib. βουλυτόν. *Eustath.* ad illud Il. π.

Ἦμος δ' ἠέλιος μετενίσσετο βουλυτόνδε.

Hoc voluit *Virgil.* 2. Ecl.

Aspice aratra jugo referunt suspensa juvenci.

Non quod ibi somniavit *Servius*. Bourd.

Ibid. Βουλυτὸν) Ἦν μὲν ἤδη τῆς ἡμέρας ὅτε ἄροτρον βοῦν ἐλευθεροῖ γηπόνος. *Heliod.* V. *Sol ubi montium — Mutaret umbras, et juga demeret — Bobus fatigatis. Horat.* III. Carm. Od. 6. Vorst.

Ead. l. 7. *Εἴπερ*) Sic *Coll.* commodius sane, sed tamen nondum agnosco *Luciani* manum. Solan.

Ibid. *Τις ἄλλος*) Haud facile, quid haec verba sibi velint, expedies. *Mosellanus* interpres ad umbras refert. Ego ad vespillones et ejusmodi homunculos referri malim, quos verisimile fit largiter bibere solitos, cum mortuos efferrent: id enim *νεκροπομπὸς*, quod praecessit, suadere omnino videtur. Sed ne sic quidem satis concinna videtur oratio. Solan. Nec mihi vulgata, *ὥςπερ τις ἄλλος* satisfecere. Sive enim de vespillonibus cum *Solano*, sive de umbris ipsis cum reliquis interpretibus plerisque, etiam *Guil. Langio*, (*Wielandius* autem haec verba prorsus non respexit) cogitare lubeat, frigidior profecto, vel pro Charonei ingenii ac judicii modulo, evadet oratio. Multo minus convenit *Goelleri* conjectura in Actt. Monacc. T. I. p. 220. proposita, *τι ἄλλο*. Nam ob sequens *αὐτὸς* necesse omnino est, ut *τις ἄλλος* praecesserit, non Neutrum genus. Quid multa? genuinam lectionem servarunt *Scholiastes* et *Galaei Collectanea*. Lege *εἴπερ*, et habebis Charonis sententiam. Verum non urgenda est comparatio quaedam Mercurii cum alio quopiam, e verbis forte nude positis producenda. Sed formulam cape, *εἴ τις ἄλλος*, vel *εἴπερ τις ἄλλος*, nec ab aliis linguis illam alienam, qua omnino indicatur *summus* rei gradus: *quam maxime, vel maxime.* Cf. Pisc. c. 17. Sic haec, Charonis quidem persona dignior, sententia efficitur, cum aliqua ironia pronuntiata: *Praeclarus ille mortuorum deductor, si quis alius, terrestris cujusdam Lethes liquore* (*vino*, quod bene intelligit *Wielandius*) *vel maxime poto, oblitus est* etc. Lehm.

Ead. l. 9. *Παλαίει μετὰ τῶν ἐφήβων*) Hae omnes artes Mercurii jam enarratae Diall. Deorr. et Mortt. Bourd.

Ead. l. 11. *Κλωπεύει*) Vid. *Spanhem.* ad *Aristophan.* Plut. 1141. Gesn.

Ibid. *Ὁ γεννάδας*) Ironia. Brod. Reponendum ex omnibus editionibus veteribus *γεννάδας*, quod novissimae depravarunt. Jens. Vid. *Spanh.* l. c. Gesn.

Ead. l. 13. *Ἐξ ἡμισείας*) Hoc supra docuimus. Brod.

Pag. 191. l. 6. *Χοαὶ*) Dico ad *Heliod.* *χοαὶ, τὸ ἐπιχεόμενον τοῖς ἀποθανοῦσι μελίκρατον.* Bourd.

Ibid. *Καὶ πόπανα*) Horum usus maximus in sacris Dearum, ut patet apud interp. *Aristoph.* Thesm. et *Lucian.* Necyom. quid sit autem *πόπανον*, docent *Poll. Hesych. Suid.* Bourd.

Ead. l. 7. *Καὶ ἐναγίσματα*) *Τὰ προςφερόμενα τοῖς νεκροῖς.* Interpr. *Aristoph. piacula, ἄγος γὰρ μίασμα. Hesych.* Bourd.

Pag. 192. l. 1. *Αἰπόλιον*) Caprarum gregem, non ovium, appellat, quippe facile dilabitur caprinum genus, et palatur, aegre autem continetur. GESN.

Ead. l. 5. *Κεκονιμένον*) Conf. supra Tim. c. 26. (c. 45.). SOLAN.

Ead. l. 10. *Λειπόνεως*) Ὁ μεταλιμπάνων τὴν ναῦν. BOURD.

Pag. 193. l. 7. *Ὁ τὸ ξύλον*) Ἔχων subaudio. BROD. Ut inferius p. 225. (ed. Paris.) ποῦ δὲ ὁ τὸ ξύλον. MARCIL. Vid. supra Vit. Auct. pr. et alibi non semel. SOLAN. Sic ὁ τὴν κιθάραν, scil. ἔχων, et simil. ex *Luciano*, cui haec ellipsis participii frequens, item ex 2. Cor. VIII, 15. vid. apud *L. Bos* de ellipsi, p. 55. REITZ.

Ead. l. 9. *Παρ᾽ ὅλην τὴν ὁδὸν ἀντέβαινε καὶ ἀντέσπα*] Paullo aliter, quam vulgo, haec leguntur in Lexico Inedito Cod. Reg. Paris. 2562. fol. 209. *recto*: Ἀντιβαίνει τὸ ἀντιτείνει καὶ ἀντερείδει, ὡς καὶ παρὰ Λουκιανῷ, ὅδε κατὰ τὴν ὁδὸν πᾶσαν ἀντέβαινε καὶ ἀντέσπα. Ex his, quae Doctiss. *Osannus* in medium protulit ad *Philemon.* p. 239. manifesto quidem patet, *Lucianum* scripsisse ἀντέβαινε, non, quod vulgatum est hujus glossema, ἀντέτεινε. Sed quod *Osannus*, dum dicit „hinc mutilum *Luciani* locum egregie et sanari et compleri," significat, etiam verba Lexicographi: ὅδε κατὰ τὴν ὁδὸν πᾶσαν *Luciano* reddi debere, non adsentior. Debentur enim haec arbitrio cuidam vel memoriae Grammatici falsae, nec agebatur huic, nisi de verbis ἀντέβαινε καὶ ἀντέσπα. Ceterum vel sic haud exiguam a *Luciani* cultoribus iniit gratiam *Osannus*, quod ipsi verba illa in usum publicum describere placuit. De hoc verbi ἀντιβαίνειν usu *Hemsterhusius* nonnulla disseruit supra ad Diall. Mortt. XXVII, 1. Tom. II. p. 639. sq. LEHM.

Ead. l. 12. *Πρὸς ὀλίγον*) Intellige χρόνον. BROD. Ellipsis tam vulgaris et frequens apud omnes, ut exemplis non indigeat. REITZ.

Ibid. *Πολλὰ δώσειν*) Ut in Diall. Mortt. ex *Homer.* πολλὰ δ᾽ ἐν ἀφεινῷ. BOURD.

Pag. 194. l. 1. *Ἀνίσιν*) Ἀνίην. GUYET. Vid. Varr. Lectt. LEHM.

Ead. l. 2. *Στόμιον*) Peccant haec in Geographiam inferorum, in qua nihil ultra Charontis cymbam pertingere censetur. Maleque adeo hic situm cis lacum Aeaci portorium, quod in ulteriori ripa poni decuit. SOLAN.

Ead. l. 6. *Ἀνατείνας*) Ἀνατείνειν τὰς ὀφρῦς, non est *contrahere supercilia*, ut interpres habet; hoc enim Graeci dicunt συνάγειν ὀφρῦς, estque iratorum, eorumque, qui torvum vi-

dent, ut apud Comic. Pluto p. 77. Ὀφρῦς συνῆγον, ἐσκυθρωπαζόν θ' ἅμα. Sed ἀνατείνειν τὰς ὀφρῦς, est *attollere supercilia ad frontem*, ut *Cicero* loquitur: quod arrogantiae et gravitatis est indicium. L. Bos. Vid. Tim. c. 32. (c. 54.). Solan.

Ead. l. 8. Ἐν οὐρανῷ παιδίαι) Hoc ante in Dialogis Deorum innotuit. Brod. Verborum ipsorum interpretationem Latinam: *satis tibi apud superos lusus est*, mutare placuit ad *Scholiastae* rationem: melius enim haec imperative accipiuntur. De re imprimis Dialogum Deor. VII. contulisse non poenitebit. Lehm.

Ead. l. 11. Παρ' ἕνα) Confer infra de Salt. c. 12. Solan.

Ead. l. 15. Κατὰ τὴν ἄγουσαν) Ὁδόν. Brod. Vid. si quid opus, *Bos* de ellipsi p. 180. qui docet, modo τὴν φέρουσαν, omisso ὁδὸν, dici, modo τὴν ὁδὸν πρὸς, omisso participio. Reitz.

Pag. 195. l. 2. Ἐν Ταινάρῳ) *Taenarum* Laconiae promontorium, e quo ad inferos descensus. Brod. *Menand.* fragm. inc. 270. πύλη τίς ἐστι Ταινάρου πρὸς ἐσχάτοις. Solan.

Ibid. Παρὰ τοσοῦτον) *Usque adeo parum abfuit, quin effugisset.* Brod.

Ead. l. 9. Τὴν ἀποβάθραν καθεζομένη) *In scalis sedens.* Hunc integrum versum omisit interpres, *scalam* reddidimus. Est enim ἀποβάθρα (ut ex *Sophocle* in Mysis testatur *Hesych.*) κλίμαξ νεώς. Falluntur, qui aliter. nam in Gl. Ms. οὕτω καλεῖται ὁ τῆς νέρθεν τόπος δι' οὗ ἐξερχόμεθα, ἡ καλουμένη σκάλα. Bourd.

Ead. l. 12. Στοίβαζε) Πύκαζε, περίβαλλε, στέγαζε, σκίαζε, a στίβειν, unde στιπτοὶ, *Aristoph.* Acharn. quae interpretatio huic loco recte convenit. Bourd. Vid. Schol. Cod. *Bourd.* Solan.

Pag. 196. 1. Ὀμφακίας) Ἀώρους, μικροὺς, ἀνεψήτους, τὰ τετελευτηκότα νήπια. Hanc vocem interpretatur *Mercer.* ad *Aristaen.* Bourd.

Ead. l. 3. Τοὺς ἀκλαύστους ἐπὶ τούτοις ἐμβιβασώμεθα) Vertunt, *cum his indefletos introducamus.* Sed rectius vertas, *post hos*, sic in seqq. hujus pag. τοὺς τραυματίας ἐπὶ τούτοις παράγαγε, *saucios adducito post hos. Xen.* Cyrop. II, 11. καὶ τάξας δῆτα ἐπ' αὐτῷ (*post eum*) ἄνδρα νεανίαν. L. Bos.

Ead. l. 6. Τὰ πρὸ Εὐκλείδου) Hoc in Aeschinem transegimus. Brod. In bello Peloponnesiaco cum Athenienses Lacedaemonii superassent, Athenis potiti triginta tyrannos statuerunt, quibus tandem depulsis Εὐκλείδου ἄρχοντος, ἵνα μὴ μνησικακήσωσιν ἀλλήλοις οἱ πολῖται, συνθήκας ἐποίησαν ὥστε τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἄκυρα εἶναι. Hoc igitur nunc dicit ὅτι τῶν

πάνυ γερόντων ἀναζητῆσαι τὸν βίον οὐ βούλομαι. Bourd. Vid. Scholia, et Hermot. cap. 76. Solan. Non integrum locum esse, inde patet, quod πῶς, uti *Reitz.* et recentt. ex nonnullis vett. Edd. scripserunt, vel omissum est in O. et Fl., vel enclitice scriptum in B. 1. A. 1. 2. Neque ipsum illud πῶς facile explicari potest, ob quam rem etiam factum opinor, ut varie tractaretur. Restituitur locus, si γὰρ addatur, quod ob multas caussas facile excidere potuit. Sic πῶς γάρ; eum in modum, eoque sensu, interjectum orationis cursui habebis, de quo exposuit *Hemsterhusius* ad Timon. cap. 2. T. I. p. 363. sq. Cf. etiam Diall. Deor. XXVI, 2. ibique Adnot. T. II. p. 402. Simili ratione πόθεν δέ; immixtum vidimus, nec ab omnibus recte intellectum, Timon. c. 8. et Prometh. s. Cauc. c. 12. Lehm.

Ead. l. 8. Βεβυσμένοι τὰ ὦτα) *Πεφραγμένοι*. Sic in Satur. et de Merc. cond. *Heliod.* lib. 3. Bourd.

Ead. l. 10. *Δυεῖν*) Priscis Atticis. Vorst.

Ead. l. 11. *Πέπειροι*) Contra ὀμφακίαι. De quibus dictum antea: sic postea ἀσταφίδες. Bourd.

Ibid. *Καθ᾽ ὥραν*) *Opportune.* Brod.

Ead. l. 12. *Ἀσταφίδες*) *Lucilius, rugosi passique senes.* Vorst. Alludit ad proverbium ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς τὸ κρανίον, de quo *Suid.* et *Zenob.* Solan.

Pag. 197. l. 2. *Ἐν Μηδίᾳ*) De suae aetatis in Media bellis dixerit hic *Lucianus*, necne, acutioribus statuendum relinquo. Solan.

Ead. l. 5. *Φιλ. Θεαγένης*) Mirum, ni eundem hic petit, de quo in Mort. Peregr. multa: certe hoc nomine philosophum alium novi neminem. Solan. Hoc nomine tyrannus Megarensium commemoratur *Thucydidi* I, 126. et athleta ap. *Pausan.* Eodem iterum nomine ex Atheniensium principibus quidam ap. *Thucydid.* V, 24. Vid. *Duker.* ad loc. prius indicatum, qui et *Lucian.* de conscrib. hist. et Deor. concil. Theagenis mentionem fecisse monet. Num vero, et qualis philosophus fuerit, de quo hic agit, non liquet, nisi tyrannus ipse philosophus quoque fuerit. Reitz.

Ead. l. 12. *Ἐκ δικαστ.*) Quid sit, vid. Schol. *Aristoph.* in Pl. p. 32. Vorst.

Ead. l. 13. *Τοὺς ἐκ τυμπάνου*) Rei cum ad supplicium ducerentur, solebant gestare tintinnabula, ne populum incestarent, ut cives tinnitu illo moniti de via decederent. *Zon.* lib. 2. Annal. hinc carnifices cum tintinnabulo, ut ap. *Plaut.* Trucul. Dico hac de re alibi. Sunt tamen, qui τύμπανον hic interpretentur ξύλον ᾧ τοὺς καταδικασθέντας ἐφόνευον. dixi

de hoc supplicio ad illud *Petron. debeamus tenti perire.* Bourd. Spanh. ad Aristoph. Plut. v. 470. ostendit, tum fustium supplicium, tum fidicularum cruciatum hac voce notari. Alterum autem supplicium nolim crucem vertere, quae *σταυρὸς* est, et *τοῦ T* figuram habet. *Ἀπὸ τοῦ σκόλοπος* acuti notio separari, puto, non potest. Gesn.

Ibid. *Τυμπάνου*) Fustuario mulctatos. *Τύμπανα γὰρ ξύλα οἷς τύπτονται ἐν τοῖς δικαστηρίοις οἱ τιμωρούμενοι.* Vorst.

Pag. 198. l. 2. *Ἑκάτης τὸ δεῖπνον*) Vid. Diall. Mortt. I. Solan.

Ead. l. 4. *Σηπύαν ὠμὴν*) Quo mortis genere fama est Diogenem ab humanis excessisse. Brod. De hac historia supra dictum est ad Vit. Auct. c. 10. ubi recte omnes *σηπίαν*, quod et hic secuti Mss. Ox. et P. et *B.* 2. restituimus, cum in reliquis legeretur *σηπύαν*. Solan. Imitatus igitur est magistrum suum; jam alluserat in Vitarum auctione. Gesn.

Ead. l. 8. *Ἐλθεῖν*) Sic et *venire* pro mori, sive ad inferos venire, *Propert.* I, 14, 14. Reitz. Addendum erat: *ubi ex inferis quis loquitur.* Alioquin non intelligitur, qua ratione idem verbum etiam *oriri, nasci,* significare possit, ut de sole *Horat.* Ep. I, 16, 6., de arboribus *Virg.* Georg. II, 11., nec non, ut par est, de ipsis hominibus, adhibitum. Ea autem ratione, quam dixi, non solum *ἐλθεῖν* *Nostro*, imprimis in Diall. Mortt., familiare; cf. etiam *προσελεύσονται*, a Plutone dictum Diall. Mortt. VI, extr. sed etiam *ἥκειν* passim occurrit, ut in iisdem Diall. V, 2. et IX, in. et infra cap. 8. Lehm.

Ead. l. 10. *Ἰατρὸν — τῶν ἁμαρτημάτων*) Sic *ἰᾶσθαι* pro *liberare, sanare ab errore, Noster* infr. in Gallo, c. 28. *Ἐγώ σε ἰάσομαι, ὦ Μίκυλλε.* Et Fugit. c. 5. *Ἣν μόνην ἰάσασθαι ἂν τὰ γιγνόμενα οἶμαι.* Reitz.

Ead. l. 11. *Ἁμαρτημάτων*) Anglic. *πραγμάτων.* minus recte. Bourd. *Ἁμαρτημάτων* Ox. Cod. et Edd. omnes, pro quo in A. P. et L. *πραγμάτων.* Quod autem hic de Cynico, idem apud *Diogenem. Laërt.* de Menedemo etiam Cynico p. 162. E. praedicatur, qui Furiae habitu obambulans ajebat se peccatorum spectatorem ex inferis adveuire: *ἐριννύος ἀναλαβὼν σχῆμα περιῄει, λέγων ἐπίσκοπος ἀφῖχθαι ἐξ ᾅδου τῶν ἁμαρτανομένων, ὅπως πάλιν κατιὼν ταῦτα ἀπαγγέλοι τοῖς ἐκεῖ δαίμοσιν.* Solan.

Pag. 199. l. 2. *Μεγαπένθης*) De hoc Megapenthe tyranno nihil me unquam legisse memini, et alibi, credo, non invenitur mentio de eo facta. Ex nomine videtur Graecus; ex iis vero, quae infra dicit, *ἐς τοσοῦτον ἐπιβιῶναι μέχρις ἂν*

ὑπαγάγωμαι Πισίδας, καὶ Λύδοις ἐπιθῶ τοὺς φόρους, videtur fuisse tyrannus cujusdam urbis in partibus Cariae vel Ioniae. Si quis de eo certiora docuerit, beabit: in eo enim fateor ignorantiam meam. Palm. „Ignotus est hic Megapenthes in rerum historia: fictum haud dubie ab ipso *Luciano* nomen, quo *maxime* omnium *luctuosa* sors tyranni indicaretur. Menelai filium *Homerus* nominavit Megapenthen (Odyss. IV, 11. XV, 122.). Lacyden quidem novimus philosophum Cyrenaicum, qui Ptolemaei Evergetae aetate vixit circiter Olymp. 134. Sed an ille habuerit filium, et si habuit, an hic filius tyrannidem fuerit adeptus, ignoratur." His a *Belino* notatis additur citatus *Bruckerus* Inst. hist. phil. p. m. 177. §. 4. in *Bredencampii* Excerptis, quae leguntur in Commentatt. Philologg. a *Rupertio* et *Schlichthorstio* editis Vol. V. pag. 71. Lehm.

Ead. l. 4. *Αὐτόμολος*) *Ultro, sponte, a nemine arcessitus.* Brod. Ms. Reg. 3011. *αὐτόματος*, probante *B. de Ball.* Bip. Et *Schmiederus* recepit *αὐτόματος*, quod mihi nihil videtur esse, nisi vulgatae vocis interpretamentum. Conferas modo simillima illa in Bis Accus. c. 17. ubi de Polemone Academia: *καὶ τέλος, ἀποδρὰς ὥςπερ εἶχεν, ηὐτομόλησε παρ᾽ ἐμὲ, οὔτε ἐπικαλεσαμένης, οὔτε βιασαμένης, ὡς αὐτή φησιν, ἐμοῦ, ἀλλ᾽ ἑκὼν αὐτὸς ἀμείνω ταῦτα εἶναι ὑπολαμβάνων.* Unde simul patebit, *Belino* verba *καλοῦντος μηδενὸς* injuria pro glossemate ejicienda esse visa. Lehm.

Ead. l. 7. *Ἡμιτελὴς ὁ δόμος*) Haec ad Homericum Protesilaum videntur spectare. Brod. Jam hac de re diximus in Diall. Mortt. (XIX, 1.) *Val. Flacc.* lib. 6.

— Conjux miseranda Caïco
Linquitur et primo domus imperfecta cubili.

Sic postea *ἀτελὲς μένει τὸ τεῖχος.* Bourd.

Ead. l. 11. *Ἐπισκήψω*) Hic, non ut in Nigrin. cap. 17. Tim. c. 18. et in Dial. Diog. et Alex. sive Diall. Mortt. XIII. et apud *Ael.* Var. H. XII, 49. *mandare* est, sed *indicare*; quod omnino observandum; vix enim eo sensu alibi reperias. Vid. *Thucydid.* II, 73. Solan.

Ead. l. 14. *Ἄραρεν*) *Placet. Sic visum est. Aeschyl.* in Prometh. *Ἄραρεν, ἥδε γ᾽ ὠλένη δυςέκλυτος.* Brod. Sic passim antea *κέκριται, ἔδοξεν.* Bourd. *Hesych.* *Ἄραρεν, ἡρμόσθη, ἢ παγίως δέδεται, ἢ κέκριται.* Guyet. Vid. supra Pisc. c. 3. pr. Solan.

Pag. 200. l. 2. *Τι πρὸς*) Sic Hermot. c. 61. Sic *Dem.* 116. C. et 437. B. Solan.

Ead. l. 10. *ΚΛΩΘ. Οὐκοῦν ἐξήκει σοι ὁ χρόνος*) *Ἐξήρκει.* MARCIL. Accusat Clotho tyrannum Megapenthem rapinae bonorum Cydimachi, caedisque ipsius Cydimachi et liberorum ejus. Atqui se eorum fuisse ait ille dominum. *Itaque*, subjicit Clotho, *tempus possessionis tuae jam exactum est. Κλω. Σὺ γὰρ οὐχὶ Κυδιμάχου αὐτὰ ὄντα, ὦ γενναιότατε, παρειλήφεις, ἀποκτείνας τε αὐτὸν, καὶ τὰ παιδία ἔτι ἐμπνέοντι ἐπισφάξας; Μεγαπ. Ἀλλὰ νῦν ἐμὰ ἦν. Κλω. Οὐκοῦν ἐξήκει σοι ὁ χρόνος τῆς κτήσεως. Marcilius* p. 429. pro *ἐξήκει* legit *ἐξήρκει.* Quid opus? Satis utique commode *ἐξιέναι* dicitur tempus circumactum, plane uti apud Latinos tempora ac dies dicuntur *exire* et *exiisse*, ubi ad finitum terminum venerunt. *Livius* IV, 30. *Induciaeque inde, non pax facta: quarum et dies exierat, et ante diem rebellaverant.* c. 58. *Tempus induciarum cum Vejenti populo exierat.* Sic alibi saepissime. Scholiastes Graecus vulgatam *Luciani* lectionem confirmat. *Ἐξήκει*] ἀντὶ τοῦ, παρῆλθεν. οὕτω καὶ τοῦ ἐξήκοντός φαμεν χρόνου, ἀντὶ τοῦ παρελθόντος. JENS. *Ἐξήκει* genuina haud dubie lectio, quam frustra vir doctus sollicitat. Proprium in ea re verbum, ut ex *Xen. Plut. Paus.* et aliis patet. Sic *Livius* XXX, 24. 25. *dies exierat.* SOLAN.

Ead. l. 18. *Καὶ τοὺς δύο δὲ κρατῆρας, εἰ βούλει, προςθήσω*] Non tanti apud me est auctoritas Cod. 3011., qui solus omittit *εἰ*, et Gorlitiensis, in quo solo abest *δὲ*, ut propterea cum *Jacobsio* ad *Achill. Tat.* pag. 698. utramque vocem ejiciendam esse censeam. Quamquam enim nunc negare nolo, quod *Werferus* in Actt. Monacc. I, 2. pag. 234. et *Creuzerus* ad *Plotin.* p. 238. probare studuerunt, *βούλει* cum Futuro bene construi posse; non video tamen, cur, ubi omnia sunt sanissima, medela opus sit. Mox Megapenthes simillima ratione dicit: *εἰ βούλεσθε δὲ, καὶ ἄντανδρον ὑμῖν ἀντ' ἐμαυτοῦ παραδώσω τὸν ἀγαπητόν.* quae, si auctoris consilium ferret, etiam ad hanc nostram rationem sic redigi poterant: *καὶ τὸν ἀγαπητὸν δὲ, εἰ βούλεσθε, ἄντανδρον ὑμῖν ἀντ' ἐμαυτοῦ παραδώσω.* Nec quisquam adeo *δὲ* et *εἰ* temere judicaret delenda. LEHM.

Pag. 201. l. 2. *Ἀπέφθου*) Sic interpretandum aurum *ἄπεφθον* ostendunt viri docti ad *Polluc.* III, 87. GESN. Etsi haec *Gesneri* interpretatio tum ipsius vocis indoli, tum clarissimae *Pollucis* explicationi, congruit, non tamen *Belino*, quae erat istius viri novarum rerum cupido, in ea acquiescere lubuit: maluit enim aurum intelligere *natura purum, adeo purum, ut non opus habeat ignis ope purgari.* Ad quod probandum nihil

ille, nisi provocavit ad *Larcheri* auctoritatem, qui tamen et ipse in loco *Herodoti* I, 50. explanando (Tom. I. pag. 263. sq.) in manifesto errore versatur. Ἄπεφθον χρυσίον semper est *excoctum, purgatum, probatum ignis ope, aurum; aurum, quod dicitur obryzum;* quemadmodum etiam *Scholiastes* explicat. LEHM.

Ead. l. 6. Πέντε μόνας ἡμ.) Sanior haec lectio, quam quae in Angl. Codic. πεντεκαίδεκα. Solebant enim mortui in exorabulis suis a Plutone diem postulare, et ut plurimum πέντε. Sic in Diall. Mortt. BOURD.

Ead. l. 12. Ἑαυτῷ) Lege ἐμαυτῷ. SOLAN. Mutatione, ut videtur, necessaria; sed quia Edd. et Codd. consentiunt, ac pronomina interdum permutantur, ut alibi dico, nihil muto. REITZ. Nihilominus mutari vult Censor edit. Reitz. (*J. A. Ernesti*) in Novv. Actt.. Erudd. Lipss. a. 1745. mens. Maj. p. 242. Cautius paullo *Schmiederus* judicat ἐμαυτῷ recipiendum, si in uno modo Ms. haberetur. Bene itaque, quod in nullo habetur. Nam *Luciani* est ἑαυτῷ. Sic Diall. Mortt. I, 3. ἑαυτοὺς τιμωρεῖσθε, pro ὑμᾶς αὐτούς. Cf. etiam De Merc. Cond. 19. et ibi adnotata. Omnino vid. *Fischer.* Animadvv. ad *Weller.* II. pag. 238. sqq. et *Matthiae* Grammat. Gr. §. 489. p. 677. sqq. LEHM.

Ead. l. 13. Ἐπιγράψω ὁπόσα) Eadem antea et in Toxar. et in Dipsad. tangit *Theophr.* Charact. περὶ μικροφιλοτιμίας. BOURD.

Pag. 202. l. 1. Ἐγγυητὰς — τοῦ τάχους, καὶ τῆς ἐπανόδου) H. e. *atqui celeris mei reditus sponsores vobis dare paratus sum.* Per figuram ἓν διὰ δυοῖν dictum est τοῦ τάχους καὶ τῆς ἐπανόδου. Simili modo *Aristoph.* Plut. p. 37. Δῆλος δ' ἐστὶν — τῇ βαδίσει καὶ τῷ τάχει, pro τῇ βαδίσει ταχινῇ, L. BOS.

Ead. l. 3. Τὸν ἀγαπητὸν) *Amasium meum.* BROD. Suadent plura, ἀγαπητὸν hic *unicum filium* intelligi. Vota, quae vix in alium, quam in patrem conveniunt; id ipsum, quod ἀντανδρον *succedaneum* dare vult, cujus superstitionis in sacris libris vestigia; denique quod successor illum interficit, aemulum scilicet imperii et paternae necis ultorem metuens. GESN. Ἀγαπητὸν majuscula litera non modo expressum erat in Parisina; sed et ibid. atque in Benedictina Latine redditum *Agapetum*, quasi nomen proprium viri esset: sed non dubitavimus id cum *Brodaeo* in Misc. L. VIII. c. 12. et cum *Gesnero* adjective scribere. REITZ. B. 1. Ἀγαπητόν majori initiali. Sed praevalent et apud me *Gesneri* argumenta. Quid, quod et h. l., ut in aliis haud paucis, haud obscura quaedam allusio inesse videtur ad eum, quem nos Christiani credimus

ac profitemur, τὸν ἀγαπητὸν τοῦ θεοῦ, τὸν μονογενῆ, τὸν μεσίτην (ἄντανδρον) τῶν ἀνθρώπων. Tum hoc loco ditari poterit talium allusionum collectio *Eichstadiana*, quae praemissa a nobis est huic editioni in Prolegg. pag. LXXXIV. sq. Lehm.

Ead. l. 6. *Τὸ βέλτιον*) Abest illud τὸ in *B*. 2. et Par. Agnoscunt reliquae cum Ms. Ox. Vid. Rhet. Praec. c. 8. et Conviv. 23. Solan.

Ead. l. 9. *Ἀνηρημένος*) *De medio sublatus.* Brod.

Pag. 203. l. 4. *Ἐγκαταλεχθήσεται*) *Scholiastes* legit ἐγκαταλογήσεται. Eodem recidit utrumque. Jens.

Ead. l. 11. *Ἕκαστα ἐπαινοῦντες*) Ut illud, *laudant convivae*: convivae, ut hic, parasiti: dixerunt viri clar. ad *Pers.* dixi ad illud *Petron. ut foris coenares poëtam laudasti.* Bourd.

Ead. l. 16. *Εἰ οἷόν τε εἶναι*) *Aesop.* f. 124. f. εἰ τὸ ἐν χερσὶ παρεὶς κέρδος — τὸ προςδοκώμενον ἐλπίζειν· ubi et εἰ infinitivo jungitur. Reitz. In *Aesopo* quidem *Schaeferus* haud injuria scribi vult εἰ — ἐλπίζοιμι, quemadmodum jam *Jo. Chr. Glieb Ernesti*, nulla tamen ejus mutationis ratione reddita, edidit. In Cod. August., ex quo *Schneiderus* fabulas Aesopias edidit, piscator idem (Fab. 18.) ita loquitur: ἀλλ' ἔγωγε εὐηθέστατος ἂν εἴην, εἰ τὸ παρὸν κέρδος ἀφεὶς ἄδηλον ἐλπίδα διώκοιμι. Sed h. l. non opus est emendatione εἴη, quam jubet *Goeller.* ad *Dionys.* de Comp. Verbb. p. 75. sq. nam est εἰ cum Infinitivo in obliqua oratione, ut De Merc. Cond. c. 33. καὶ εἴγε μὴ πολλὰ δεηθῆναι αὐτοῦ. qui et ipse locus minime erat tentandus. Lehm.

Ibid. *Ὅλως*) Illud ὅλος in *Junt.* vitium typothetarnm esse, indicat comma, quod post ὅλος tamen positum erat, in *Hag.* punctum minus post ὅλως expressum est. In *Par.* vero nulla aderat distinctio, quam si a *Juntina* sustuleris, habebis quidem lectionem commodam; sed vulgata tamen est melior. Reitz. Unice verum est καὶ ὅλως, *omnino*, *denique*; quamquam non sola Juntina, sed etiam ejus exemplum A. 2., et insuper Cod. 3011., legunt καὶ ὅλος. Vid. Adnot. ad Vit. Auct. c. 12. et ad Necyom. c. 1. Solebant autem servi per Genios dominorum suorum jurare, ut per *Senecae* villicus ejus jurabat in Epist. 12. et Romani per Imperatorem; in cujus quidem officii intermissionem crudelissime animadvertit Caligula, teste *Sueton.* Calig. c. 27. Lehm.

Ibid. *Ὅρκος ἦν ἐγώ*) Jurant Parasiti per reges suos. Bourd.

Pag. 204. l. 1. *Ἐνεχθὲν*) Φέρω. Brod.

Ead. l. 10. *Ἐπεὶ τάχιστά με ἀποθανόντα εἶδε*) Cum dicere

debuisset ἐπεὶ ἀπέθανον, εὐθὺς τοῦτο εἴργασται. Ἀττικὸς σχηματισμὸς, *Euripidi* frequens; quod et notavit *Euripidis Schol.* BOURD.

Ead. l. 13. Γλυκέριον) Notant Grammatici, Atticos ὑποκορίζοντας solere nomina secundae sic transformare, ut εὐπραξίαν, εὐφημίαν, γλυκερίαν, εὐπράξιον, εὐφήμιον, γλυκέριον. BOURD.

Ibid. Κεκοινωνήκει) Vid. supra Deorr. Diall. I. μηδὲν — κοινωνήσῃς τῇ Νηρεΐδι. SOLAN. Haec autem verba (καὶ πάλαι δὲ, οἶμαι, κεκοινωνήκει) parenthesi inclusit idem in edit. *Junt.* quod ad sensum recte; sed nolumus editionem hanc nimiis uncis onerare. REITZ. Quasi vero legitimae distinctionis notae libro cuipiam oneri esse possint, nec potius contra ornamento habeantur maximo. Sed aliud jam, idque gravius, est agendum. In Cod. Barocc. sive Oxon., et in 3011. et Gorl. ante ἐπισπασάμενος insertum legitur παραγαγὼν, quod in omnibus Edd. deest. Nunc duplex hujus verbi nexus cogitari possit, aut extra parenthesin positi, aut intra. Hanc alteram rationem Codex B. secutus esse videtur, ita ut plena parentheseos sententia evadat haec: *dudum autem, opinor, consuetudine ejus, a se seductae, usus fuerat;* neque id per se male, quum παράγειν in re amatoria hac significatione haud raro usurpatum occurrat. Priorem vero, quam etiam *Belinus* et *Schmiederus* acceperunt (modo ne scripsissent semper παραγάγων), obtinent Codd. 3011. et Gorl., eamque etiam necessario, quum lectio κεκοινωνήκεσαν, quam uterque praebet, cogat, ut παραγαγὼν extra parenthesin collocetur, atque adeo proxime cum Objecto Γλυκέριον τὴν παλλακίδα μου conjungatur; neque hoc omnino inepte. Sic enim narraret Megapenthes, Carionem pellicem ipsius secum in conclave *adductam* (παραγαγὼν) foribus clausis subegisse: quamquam παραγαγὼν, sic captum, non solum supervacaneum, sed etiam alieno loco dictum, haberi haud temere possit. At neutra valet ratio. Nam παραγαγὼν manifesto spuria vox est, ut mirer etiam, nec *Belinum*, nec *Schmiederum*, errorem hunc vidisse. Irrepsit scilicet in textum ex interpretamento Scholiastae G., qui ἐπισπασάμενος explicuit verbis non optime selectis hisce: ἐπισύρας, ἀσφαλισάμενος, π α ρ α γ α γ ώ ν, quod ultimum verbum ab eo desumtum esse credo e Diall. Merett. XII, 3. ubi haec leguntur: οὐκ ἔκοψα δ' οὖν, ἀλλ' ἐπάρας ἠρέμα τὴν θύραν, (ἤδη δὲ καὶ ἄλλοτε ἐπεποιήκειν αὐτό) π α ρ α γ α γ ὼ ν τὸν στροφέα παρεισῆλθον (sic enim legendum) ἀψοφητί. Ἐπισπᾷν autem et ἐπισπᾶσθαι τὴν θύραν contrarium, atque illud παραγαγεῖν, significare, i. e.

claudere januam, pessulo obdito, discitur ex *Polluc.* X, 22. 25. Cf. *Xenoph.* Hist. Gr. VI, 4. 36. Quod denique ad lectionem κεκοινωνήκεσαν attinet, quam duo Codd. exhibent, dubitabam eam *Belino* et *Schmiedero* obsecutus recipere, quod non constabat mihi satis, an κοινωνεῖν hoc sensu de utroque coëunte simul in Plurali numero adhiberi potuerit. Imo κοινωνεῖν τινι sic plerumque mas dicitur ad feminam relatus, ut Jupiter ad Thetidem in loco a *Solano* laudato Diall. Deorr. et Saturnus ad mortalem quamvis ibid. XX, 2. Lehm.

Ead. l. 16. Ἀποβλέψας ἐς ἐμὲ) Phrasis nostro familiaris, ut *Jens.* alibi ostendit. Sic ἀποβλέπειν, et βλέπειν πρός τινα et τι frequens pro: oculos convertere in aliquem, vel aliquid, supra c. 11. Vel cupere, exspectare. Ep. ad Hebr. XI, 26. Ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν. Plura similia quoque dedit frater *Gul. Reitzius* in Belg. Graeciss. pag. 446. Sed hic tantum est *respicere*. Reitz.

Ibid. Μιαρὸν) Conf. notam cl. *Hemst.* ad Tim. §. 53. f. ubi frustra μικρὸν pro μιαρόν, ex sola J. legi voluit *Solan.* Reitz.

Pag. 205. l. 2. Καὶ etc.) Confer infra De Merc. Cond. c. 26. Solan. Forfasse voluit *Solanus* Ver. Hist. II, 26. locum huic simillimum. Lehm.

Ead. l. 3. Ὤιχετο) *E cubiculo exiit.* Brod.

Ead. l. 6. Σιέλῳ) At infra Alex. c. 21. m. in edd. legitur σιάλῳ. Quare et hic forsan sic legendum. Interim quia utrumque recte dicitur, vulgatam non movi, quia non tanti est. *Hesych.* Σίαλος, σίελος, ἀφρός. Reitz. Ipsi Grammatici non consentiunt inter se, et ne secum quidem ipsi. *Suidas*: Σίαλος· ὁ εὐτραφὴς χοῖρος, παρὰ τὸ ἅλις σεσιτεῦσθαι. σιελὸς δὲ ὀξυτόνως, τὸ ἀκουσίως ἐκφερόμενον περίττωμα ἐκ τοῦ στόματος. et paullo inferius: Σίελος, ὁ ἐκ τοῦ στόματος ἀφρός. *Thom. Mag.* τὸ Σίαλον, Ἀττικοί· ὁ σίελος, Ἕλληνες. Λουκιανὸς ἐν τῷ Κατάπλους, ἢ, τύραννος· σιάλῳ χρίσας τοὺς ὀφθαλμούς. Non itaque magnopere *Luciano*, vel, quis sciat? ejus librariis, vitio vertendum sit, quod in talibus minor diligentia et constantia reperiatur. Lehm.

Ead. l. 7. Δακρύσασα) Ex variatione lectionis suspicor legendum δακρύουσα, quod utroque altero planius. Reitz. Imo loci indoles flagitat unice δακρύσασα, *quasi lacrimasset*, non, *quasi lacrimaret.* Lehm.

Ead. l. 8. Ὧν εἰ λαβ.) *Scelerum suorum poenas ab his exigerem.* aut hoc aut hujusmodi quidpiam subintelligendum est. Brod. Cf. Diall. Mortt. XXII, extr. ubi minans Charon

similiter: *Καὶ μὴν ἄν σε λάβω ποτὲ* . . . . excipitur a ridente Menippo: *Ἂν λάβῃς, ὦ βέλτιστε. δὶς δὲ οὐκ ἂν λάβοις.* Lehm.

Ead. l. 15. *Τὸ νῦν δ' ἔχον*) *Ut autem res sese nunc habent.* Brod. Legend. videtur, *τὸ δὲ νῦν ἔχων μὴ διάτριβε.* Nota vis hujus participii cum verbo. Gesn. Ut *Gesn.* conjecit, in duobus Mss. erat; *ἔχον* vero constans est, nec movendum. Reitz.

Pag. 206. l. 2. *Κἂν δοῦλον*) Sic Homericus Achilles Od. *Λ.* Brod Cf. Diall. Mortt. XV. Lehm.

Ead. l. 4. *Τὸ ξύλον*) *Quo*, nisi cymbam conscendas, *vapulabis.* Brod. Conf. supra cap. 4. pr. et non semel alibi. Solan.

Ead. l. 7. *Τὸν δεῖνα*) Cynicum designare videtur. Solan.

Ead. l. 8. *ΧΑΡ. Ἀμέλει*) Sic interpungendum duximus. Judicent alii. Scriptura omnium, quotquot videre licuit, codicum, aliter, nempe, *ἀσφαλῶς ἀμέλει.* Haec cum scripsissem, video *Vorstio* eadem placuisse, qui margini sui codicis haec adscripsit: *hic pone novam personam.* Et omnino in P. legitur, non quidem *ΧΑΡ.* uti primo conjeceram, sed *ΚΥ.* Solan. *Ἀσφαλῶς. Χάρων. ἀμέλει* legendum contendit *Solanus*, et post *ἀμέλει* duo puncta adposuerat, *ΚΥ.* adscribens. Frustra. Nam *ἀμέλει* adverbialiter hic accipiendum, pro *nimirum*, ut seq. c. 14. post med. Vel ut c. 18. *ἀμέλει γράψομαί σε παρανόμων ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος.* Ubi vertitur in Par. *Age, age, ut lubet, equidem tibi diem dicam apud Rhadamanthum.* Non male, quod ad sensum, nec tamen praecise ad Graeca, quae orationem non dispescunt in duo membra. Reitz. *Solanum* et *Vorstium* rectius judicasse, quam *Reitzium*, perspicue ostendunt Codices. In C. 2954. intervallum inter *ἀσφαλῶς* et *ἀμέλει* vacuum relictum subobscure indicat nominis notam omissam, quae clarius inseritur in P. sed ita, ut *Cynisci* persona significetur, cui minus conveniunt ista dicta, melius, vel potius unice recte, *Charoni*, quem monstrant 3011. et Gorl. Quod in Gorl. *καὶ* ante *ὅπως* deest, temere id factum videtur. Sed nondum acquiescentes Viri nonnulli docti in hac mutata loci facie, etiam verba *καὶ τὸν δεῖνα* tentarunt. Et *Belinus* quidem, qui non intelligeret, quis ille *ὁ δεῖνα* esset, maluit *καὶ τὸ δεῖμα*, vel potius *δέμα*, quod ex versione ejus: *et funem*, conjicere licet, et deinceps *ὅπως ἀσφαλῶς* legi jussit, omisso *καί*. Infelicissime profecto, et maxime contorte. Quis enim quaeso ferat *δέμα* hac quidem potestate? et quis tum *δέμα δέχεσθαι*, conjunctum cum *δέχεσθαι νεκρόν*; Non melius res *Courierio* ad Luc. Asin. p. 309. cessit, qui, mancum habens locum, corrigendum censeret, *καί τοι δεινὰ*

ποιοῦντα. quae quum natura sua nihil aliud significare possint, quam: *licet pessime se gerat, tamen excipe:* cogitarine ullo modo poterit ob maleficia sua aequum esse Megapenthem non trajici? Imo ut maleficentissimus erat, ita justissime ad tribunal judicis ducendus, vel trahendus, videbatur; et gratissimum contra fecisset Clotho scelestissimo homini, cujus quam plurimum interesset in vitam redire, si sine ipso nauticum iter ingredi voluisset. Quid multa? ὁ δεῖνα est *Cyniscus*, quem modo quaesiverat Clotho: *Ποῦ 'στιν ὁ τὸ ξύλον;* Indefinite autem Mercurius eum, ac sine nomine, indigitat, quia Charonis, ad quem haec dicuntur, parum interesse poterat, nomen umbrae nosse, modo sciret, quem eorum, qui aderant, simul cum Megapenthe excipere juberetur. Lehm.

Ead. l. 13. *ΚΥ. Εἶτ' οὐ*) Verba haec in Edd. *Parcae* tribuuntur. Rationem emendationis nostrae ex sequentibus sumito. In Fl. una exstat litera *K.* hinc festinantium operarum error. Mox iterum ante τοιγαροῦν pro *ΚΛΩΘ.* repone *ΚΥ.* Solan. In neutro loco nomen *Parcae* vulgatum mutandum videbatur. Certe quae proxime sequuntur Megapenthis verba, non habent vim cogendi. Quae autem in Fl. praeponitur litera *K.* non minus commode, vel, ut rectius dicam, multo commodius, personam *Clothus* significare potest, quam *Cynisci*, quum in proxime antecedentibus non *Cyniscus*, sed *Clotho*, agens et loquens, exstiterit persona. Lehm.

Pag. 207. l. 3. *Προσεπαττάλευσα*) Megapenthes, intentari sibi ab Cynisco quopiam videns verbera, dicit ei: *οὐκ ἐγώ σε πρώην, ὅτι ἐλεύθερος ἄγαν, καὶ τραχὺς ἦσθα καὶ ἐπιτιμητικὸς, μικροῦ δεῖν προσεπαττάλευσα; Nonne ego te nuper, quod valde libere et aspere ageres, ac identidem objurgares, cruci propemodum adſixi?* Graecus interpres: *Προσεπαττάλευσα*] *Εἰς πάσσαλον ἔδυσα, ἀντὶ τοῦ ἀνεσταύρωσα.* Sic legendum. Perperam in edit. pro primis tertiae dantur personae, ἔδυσε pro ἔδυσα etc. Jens.

Ead. l. 11. *Θαῦμα γοῦν ἔχει με*) *Hom.* Od. *K.* 326. Solan.

Ead. l. 14. *Δωρεὰ*) Od. *Υ*, 389. Gesn.

Ead. l. 15. *Οὖτιν*) Vid. *Hom.* Odyss. IX, 369.

Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι μετὰ οἷς ἑτάροισι,

Neminem, i. e. Ulyssem, *ego extremum edam, post suos socios.* Indicat etiam *Brod.* Misc. L. VIII. c. 12. hunc vers. in Od. IX. quaerendum. Reitz.

Pag. 208. l. 1. *'Ἐκ διαμέτρου ἡμῶν οἱ βίοι*) *Erasmi* Chiliades in adagio *Ex diametro oppositum.* Brod. Ms. ἡμῖν. Proverb. *τῶν πάνυ διαφερόντων.* Bourd.

Ead. l. 7. Οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως) Interpungunt hunc locum Grammatici, et dici volunt οὐκ οἶδα γὰρ ὅπως. Bourd.

Ibid. Προσέχεται) Forsan *Lucian.* dederit προσίσχεται, quod hic efficacius videtur, ut apud *Aristoph.* Plut. 1097.

"Ωσπερ λεπὰς τῷ μειρακίῳ προσίσχεται,

instar ostreae adolescenti adfixa est. Non tamen moveo vulgatam, nam in eadem locutione προσέχεσθαι etiam adhibet idem Vesp. 105. Reitz. Quid vero, si προσίσχεσθαι et προσέχεσθαι vi prorsus eadem sint, et forma tantummodo diversa? Prior scilicet forma poëtico, altera prosaico, magis convenit stylo. Itaque repereris e. g. ἴσχεο in Epigr. XIX. sed in prosaicis *Luciani* frustra tale quid quaesiveris. Lehm.

Ead. l. 11. Ἀμέλει) Vid. supra c. 13. m. huj. Dial. Reitz. Frustra citatur locus nunc mutatus. Sed vide, si opus sit, Indicem s. ἀμέλει. Lehm.

Pag. 209. l. 1. Ἀποβλέπειν) Hoc est, quod *extrema linea amare* dicit ille *Terentianus* Phaedria, Eun. IV, 2, 12. Gesn.

Ead. l. 6. Κάττυμα) Vid. interpretem *Aristoph.* Vorst. Infra Schol. ad c. 20. quocum *Suidas* prope ad literas conspirat. Cf. Gall. c. 28. Quae proxime sequuntur, κρηπῖδά τινα ἐν ταῖν χεροῖν ἔχων, ita, ut olim vulgabantur, si diligentius consideres, aliqua laborant ambiguitate, quae *Belinum* seducere potuit, ut hunc in modum sumeret redderetque verba, quasi crepidam Micyllus secum in Orcum tulisset (et prenant un soulier dans mes mains, en deux sauts je suis accouru ici) adnotaretque ad haec verba, veteres mortuis res attribuisse in Orcum secum portandas, qui ingenium eorum vitaeque genus designarent. Deceperat haud dubie *Belinum* versio Latina: *abjecto scalpro et coriis, crepidam adhuc in manibus habens, exsilii statim* etc. in qua illud *adhuc* pariter atque in textu ipso Participium ἔχων sensum illum, quem interpres Francogallicus finxit, innuere videntur. At vero rectius haec a *Wielandio* ad antecedentia explicanda referuntur vertente: Auf den ersten Wink der Atropos warf ich fröhlich meinen Schusterkneif und den unvollendeten Halbstiefel, den ich eben in Händen hatte, weg etc. quoniam, etsi mos ille omnino concedatur inter veteres exstitisse, in hoc tamen dialogo neque locus huic crepidae apud inferos esse potuit, neque etiam amplius ab auctore commemoratur. Hinc patet, veram lectionem, eamque simplicissimam et clarissimam, suppeditare tres Codices: κρηπῖδα γὰρ τινα ἐν ταῖν χεροῖν εἶχον, *Schmiederumque* jure suo eam recepisse. Deinceps ἀνυπόδητος habet Cod. Barocc., reliqui libri omnes ἀνυ-

πόδετος. Jam etsi illud rectius scribatur, et Atticis veteribus in usu fuerit, ut docent *Phrynichus* et lectissimus ejus Commentator *Lobeckius* p. 445. in *Luciano* tamen e Codicum fide singulis locis scriptura sua constituenda esse videtur. Atqui ut ἀνυποδητεῖν Cynic. 17. in omnibus libris et c. 1. itidem in omnibus praeter Junt. Edit. legitur, et ἀνυπόδητος Navig. c. 1. ita contra Epistst. Saturnn. c. 19. in ἀνυπόδετος omnes consentiunt, et in Icarom. cap. 31. solae Salmur. et Amst., quibus in talibus parum est auctoritatis, exhibent ἀνυπόδητος. Accedit, quod in uno eodemque libello, cujuscunque sit auctoris, Lucio s. Asin. c. 16. ἀνυπόδετος in omnibus legitur, ubi vid. *Reitz.* capite vero 43. contra in omnibus ἀνυπόδητος. Quae satis superque docent, istius aevi scriptores neque inter se, neque sibi quoque ipsos, constitisse in hujus generis verbis scribendis. Aliter, credo, res habet in quantitate penultimae syllabae vocis κρηπῖδα statuenda. H. l. in omnibus, praeter Anap. Pell., scriptum erat κρηπίδα, quemadmodum Adv. Indoct. c. 6. κρηπίδας, et Diall. Mortt. XX, 4. κρηπίσι. Contra in omnibus κρηπῖδος Quom. Hist. Conscr. c. 27. κρηπῖδα Somn. s. Gall. c. 1. et 20. et Demosth. Encom. cap. 9. κρηπῖδας Diall. Merett. IV. Ex his unice rectis (vid. *Schaefer.* ad *Sophocl.* Tom. I. p. XXII. *Spohn.* de extr. Odyss. parte p. 171. et *Spitzner.* Griech. Prosod. pag. 36.) illa falsa vel contra librorum consensum corrigenda videbantur. Remansit tamen vulgare vitium κρηπίσι in hac nostra editione Diall. Mortt. XX, 4. quod jam in priori illorum Dialogorum editione in usum scholarum parata emendatum fuerat. Lehm.

Ead. l. 11. Ἰσοτιμίαν) Hanc apud inferos aequalem honoris sedem, sic alibi vocat in Diall. Mortt. et postea p. 231. et passim. Bourd.

Pag. 210. l. 1. Μηδ' ὑπὸ) Ita recte Ms. Ox. Impressi μήθ' ὑπό. Solan. An non cogitavit igitur *Solanus*, aeque μήτε dici ac μηδέ; Cum vero illud μήθ' sit a μήτε, recte per ϑ scribebatur, ob sequentem adspiratam. *Hom.* Il. *H*, 401. Μήθ' Ἑλένην — et alibi, quod pluribus non probo, quia ex Grammaticorum canonibus notum. Sic οὐδὲ et οὔτε, quorum posterius similiter eodem casu fit οὔϑ'. *Theogn.* 178. — οὔϑ' ἔρξαι δύναται. At non ignoravit hoc noster; verum quia bis μηδὲ praecessit, etiam tertio loco idem voluit substituere, quod tamen minus necessarium credo, quin hic vel melius μήϑ', quoniam id proprie signif. *neque,* cum μηδὲ sit *non vero*, licet etiam saepe confundantur, nulla sensus differentia. Sic post οὐδὲ quoque recte sequitur οὔτ' apud *Nostrum* de

Merc. cond. cap. 4. *Οὐδὲ γὰρ ἂν πεισθείεν, οὔτε* — quamvis frequentius *οὔτε — οὔτε* repetitum reperias. Reitz. Negligentissime inspectus locus de Merc. Cond. nihil probat, nisi contrariam, si id opus fuisset, rationem. En tibi ipsa verba: *Τοὺς μέντοι τοῦ ἄλλου πλήθους, οἷον γυμναστάς τινας, καὶ — — οὔτε ἀποτρέπειν ἄξιον τῶν τοιούτων συνουσιῶν* (*οὐδὲ γὰρ ἂν πεισθεῖεν·*), *οὔτε μὴν αἰτιᾶσθαι καλῶς ἔχει* etc. In quibus manifestum est, *οὔτε* et *οὔτε* ad se invicem esse referenda, *οὐδὲ* vero ad enuntiationem per se parenthetice positam pertinere. Leviter et cetera disputata. Nam *μήθ'* et *οὔθ'* formas per se esse posse genuinas, nemo dubitabit, qui *μήτε* et *οὔτε* norit, et adspirationis leges non ignoret. Sed tum, quum occurrit, simul clarum est, non *μηθ'*, sine accentu, ut *Reitzius* et recentt. ex eo ediderunt, sed *μήθ'* cum accentu scribendum esse, ut revera scriptum reperitur in utraque Ald. et B. 1. Quaerebatur autem hic, utrum voci *μήθ'*, i. e. *μήτε*, hic locus esse possit, praecedente particula *μηδέ*. Id vero prorsus erat negandum. Quidquid enim a Grammaticis proferatur de multiplici particularum, *οὐ*, *οὔτε*, *οὐδὲ*, et *μή*, *μήτε* et *μηδὲ* variatione; non tamen infinita haec esse potuit per rei naturam, vel libidinis temeritati permissa. Liberrime e. g. *Plato* in eo Parmenidae loco, quem *Schützius* exponit ad *Hoogeveen.* de Partt. Grr. p. 512. sq. particulas negativas variat, sed ita tamen, ut ab elegantissimo et subtilissimo scriptore diligenter respiciatur observeturque singularum particularum vis atque natura. Nam, ut jam ad id veniam, quod nobis nunc agendum est, ut ab *οὐ* et *οὔτε*, a *μή* et *μήτε*, recte transiri potest ad *οὐδὲ* et *μηδὲ* — exempla apud *Nostrum* habebis Jov. Trag. c. 6.

Μήτε τις οὖν θήλεια θεὸς, τόγε μήτε τις ἄρσην,
Μηδ' αὐτῶν ποταμῶν μενέτω νόσφ' Ὠκεανοῖο,
Μηδέ τε νυμφάων etc.

et Epigr. XXIV.

Οὔτε Χίμαιρα τοιοῦτον ἔπνει κακὸν ἢ καθ' Ὅμηρον,
Οὐκ ἀγέλη ταύρων (*ὡς ὁ λόγος*) *πυρίπνους,*
Οὐ Λῆμνος σύμπασ', οὐχ Ἁρπυιῶν τὰ περισσὰ,
Οὐδ' ὁ Φιλοκτήτου ποῦς ἀποσηπόμενος. etc.

nec desunt alia — ita vice versa vix incideris in ullum probati cujuspiam scriptoris locum, cujus quidem lectio sit indubitata, ubi ab *οὐδὲ* et *μηδὲ* transitus fiat ad *οὔτε* et *μήτε*. Certe hic noster *Luciani* locus, quem etiam *Dorvillius* attulit ad *Charit.* p. 641. Lips., et alia quaedam, quae idem Criticus, et *Sturzius* in Lexic. Xenoph. s. *μηδὲ* et *οὐδὲ* imprimis e *Xenophonte* hunc in finem laudarunt, non sunt extra omnem

dubitationem posita. Imo vero quum h. l. Codex Ox. s. Barocc., referente *Solano*, vere exhibeat μηδ', ceteri autem libri et scripti et impressi promiscue scriptum edant μήθ' et μηθ', mihi quidem prorsus non dubium amplius fuit, quin *Lucianus*, uti debebat, scripserit μηδ'. Diall. Mortt. XXVI, 2. verba ἄλλως τε οὐδὲ διψῆν, ὥςπερ ἄνω, οὔτε πεινῆν δεῖ etc. nunc fateor mihi suspecta eo nomine esse, quum praesertim vere in Cod. Aug. pro οὐδὲ legatur οὔτε. Lehm.

Ead. l. 2. Τοὔμπαλιν) Ms. ἐς τὸ ἔμπαλιν, τουτέστιν ἐναντία τοῖς γιγνομένοις ἐν τῇ ζωῇ. Bourd.

Ead. l. 7. Ἄνω) *Apud superos.* Brod.

Ead. l. 9. Πορφύρας ἄνθος) Ἄνθος de re qualibet ridente, ut ἄνθος ὥρας. Sic apud *Homer.* ἄνθος πυρός·

Αὐτὰρ ἐπεὶ πυρὸς ἄνθος ἐπέπτατο, παύσατο δὲ φλόξ.

A quo *Philostr.* in Scamand. *Aeschyl.* Prometh. vincto, τὸ σὸν γὰρ ἄνθος. Bourd.

Ead. l. 11. Κλίνας ἀργυρόποδας) Potest sumi ἁπλῶς, ut in Somnio et alibi, potest etiam significare λευκόποδας, ut ἀργυρόπεζα, λευκόπους, ut apud *Catull.* Epithal. Jul. et Manlii:

O cubile quot ô nimis
Candido pede lectuli,

τῆς κλίνης ἀργυρόποδος, licet sciam hunc locum capi de lectulis ἐλεφαντόποσι. Bourd.

Ead. l. 13. Ἀπέκναιέ με] Rursus *Belinum* pruritus vituperandi, quae non intellexisset, male habuit. Vituperat enim tanquam malam versionem Latinam: *enecabat me*, et interpretatur ipse: l'odeur des mets qu'on préparoit pour ses festins, me chatouilloit vivement l'odorat. Ἀποκναίειν admodum eleganter et proprie usurpat *Noster* de iis, quae appetitum voluptatis excitant et alunt, neque tamen explent: unde *excruciare, vexare, enecare* bene verti potest. Sic de desiderio amoris Diall. Mortt. XXIII, 1. ὁ ἔρως τῆς γυναικὸς οὐ μετρίως ἀποκναίει με. ubi vid. Adnot. De incensa curiositate, quae ambagibus alterius magis etiam inflammatur, in Nigr. c. 8. οὐ μετρίως με ἀποκναίεις περιάγων. H. l. nares pauperculi sutoris suaviter adfectae movebant appetitum delicias istas gustandi, cui tamen non satisfit. Optime igitur *Gesnerus* ipsum dicere jubet: *Enecabat me odor iste.* Lehm.

Ibid. Ὑπεράνθρωπός τις) Ms. Regius ὥςπερ ἄν θεῖός τις ἀνήρ. Bourd.

Ead. l. 14. Τρισόλβιος) Ut in principio Nigrini. Bourd. Vid. supra Nigrin. sub init. Solan.

Pag. 211. l. 1. Ὅλῳ τῷ πήχει βασιλικῷ) Tangit hunc locum *Th. Marcil.* ad *Horat.* dixit autem: βασιλικῷ, ἀντὶ τοῦ,

μεγάλῳ, ὁ γὰρ βασιλικὸς πῆχυς ἔχει ὑπὲρ τὸν ἰδιωτικὸν τρεῖς δακτύλους. Solet *Lucianus* tyrannos et ceteros superciliosos, *Τιτανῶδες βλέποντας*, his verbis attollere. Bourd.

Ibid. Πήχει) *Πῆχυς βασιλήϊος Herodoto*, qui tribus digitis justo cubito major est. Vorst.

Ibid. Βασιλικῷ) Qui plebejo solet esse longior. Nos hodie in Gallia quaedam mensurarum genera *regia* nominamus. Brod.

Ead. l. 2. *Καὶ ἑαυτὸν ἐξυπτιάζων*) Sic passim alibi *ἀντὶ τοῦ τείνων τὸν τράχηλον καὶ τοὺς ἰδίους ὤμους περισκοπούμενος, ὅτι γαυριῶν καὶ ὑπερηφάνως περιπατῶν.* Sic scriptum ad oram Ms. Regii. Bourd.

Ead. l. 7. *Λακωνικῇ θαλάττῃ κοχλ.*) Purpuram hisce omnibus describit. Solan.

Ibid. Κοχλίδων) *Conchyliorum, muricum.* Brod.

Ead. l. 8. *Γνίφωνα*) Confer supra Timon. ult. et Vit. auct. c. 23. ubi *γρίφωνα* pro *Γνίφωνα* male legitur. Solan.

Ead. l. 15. *Τοῖς δακτύλοις*) Qui pecuniam contrectabant. Brod. Non videtur *Brodaeus* ad sequentia respexisse, quae dicunt *digitos* hic ad supputationem adhibitos, non ad contrectationem. Solent enim avari quotidie secum putare, quantum nummorum habeant. Solent quidem etiam ipsos nummos delectationis caussa contrectare; sed quia de eo hic nulla mentio, non opus est *Brodaei* interpretatione. Est autem antiquus ille mos digitis et articulis computandi, satis notus. Alioqui vid. interpretes ad vulgatum illud *Juvenal.* Sat. X, 249.

— *suos jam dextra computat annos,*

et *Taubman.* ad *Plaut.* Mil. glor. p. 673. Reitz. Laudandus proxime erat *Hemst.* ad Timon. c. 13. Lehm.

Ibid. Μυριάδας) V. infra De Merc. Cond. c. 20. Solan.

Ead. l. 16. *'Εκλυθησόμενα*) Angl. ἐκχυθ . . . Bourd. *'Εκχυθησόμ.*) In textum recepimus lectionem codicis Angl. Ox. et P. alia enim illa, quae in vulgatis est, ἐκλυθησό . . . non placet. V. Tim. c. 14. ubi eadem phrasi utitur. Solan. Lubens auscultavi *Solano*, vulgatam ἐκλυθησόμενα in ἐκχυθησόμενα mutanti. Sed pro cap. 14. *Luciani*, quod citat, vid. c. 23. Tim. f. Nam alia facta est divisio, atque ille instituerat. Post haec autem nos eandem capitum distributionem servavimus, quam ille in Juntina designaverat. Reitz.

Pag. 212. l. 4. *'Ανιμήσηται*) Ms. ἀνασπάσῃ. Bourd.

Ead. l. 12. *Μὴ ἀπαγορεύσας*) Ms. ἀτονήσας. Lucianea prorsus dictio. Bourd.

Pag. 213. l. 1. *Προκαταχθ.*) Diu me vox haec torsit. Video tandem, quid significet. *Κατάγομαι* est *diversari, hospitio excipi.* uterque interpres aliter et intellexit et vertit. Solan. At vide secundam ab hac Adnotationem. Lehm.

Ead. l. 3. *Καὶ σὺ, ὦ Ἑρμῆ*) Mirum, *Bourdelotium* non recepisse Ms. Anglicani scripturam, qui vere cum meis excerptis scribit, *καὶ σὺ Ἑρμῆ συνανάσπασον, et tu simul extrahe,* quamvis vulgata non sit exsibilanda. Graev.

Ibid. Συνάρπασον) Angl. *συνανάσπασον*. Bourd. *Συνανάσπασον* A. G. P. et L. *Συνάρπασον* in Ms. O. et edd. Vid. Jud. Voc. c. 7. Ver. Hist. II. c. 6. et Luc. s. Asin. c. 4. Solan. Haec citata pertinent, nisi egregie fallor, ad penultimam *Solani* adnotationem, qua is docere voluit, *κατάγεσθαι* esse *diversari, hospitio excipi,* atque adeo *Reitzii* editoris imprudentia huc sunt delata. Non erat autem, quod *Solanus* vel se ipsum, vel locum torqueret, modo diligentius paullo respexisset alterum citatorum locorum Ver. Hist. II, 6. ubi *κατήχθημεν* neutiquam est *devertimus*, sed *appulimus*; idque ipsum etiam h. l. valet, ubi Micyllus nihil aliud vult, nisi hoc: *ac fortasse prius, quam vos, appellam. Κατάγεσθαι* autem hac potestate adeo frequenter occurrit, ut ne verbulum quidem nunc addere opus habeam. Lehm.

Ead. l. 9. *Τὰς ἀληθείας*) Sic omnes habent; quod ideo observatum volui, ne mihi imputaretur. Solan. Mirum videbatur nostro, quod plur. num. ponatur *ἀληθείας*. Sed philosophicum est, et deinde ipse alibi recte adscripsit, sic etiam uti *Arrianum* ad Epict. I. c. 4. p. 22. A. *ὁ προκόπτων ταῖς ἀληθείαις·* et c. 6. *ταῖς ἀληθείαις πατήρ.* pag. 31. Haec ille. Sed in ipso *Epict.* Sent. 128. s. ult. f. legitur, *καὶ ταῖς ἀληθείαις πατρός.* Verum hoc aliud quid est; nam signif. *revera patris,* Interim pluralis tamen est, veluti et ap. *Joseph.* in vit. T. 2. p. 36. f. *εἰκάσας, ταῖς ἀληθείαις τοὺς ἡμετέρους φεύγειν.* Reitz.

Ead. l. 13. *Πρόσκωπος*) *Ἐπὶ τῆς κώπης καθήμενος·* varia est *κώπης* acceptio, quam vide apud Grammat. Bourd.

Pag. 214. l. 3. *Κέλευσμα*) Sic *κέλευσμα* et *σάλπιγξ* junguntur in 1. ep. ad Thess. c. IV, 16. ubi vid. *Elsn. κελεύειν* autem et *κέλευσμα* non semper esse *jussum* pro imperio, sed hortamentum etiam ad alacritatem, vid. *Schol.* et *Wass.* ad *Thucyd.* I. c. 42. Et ipsum *Thucyd.* II. c. 92. pr. nempe quia priscam vim verbi *κέλομαι, hortor,* saepe retinet. Reitz.

Ead. l. 8. *ΑΛΛΟΣ*) Sic dilucidius multo cum *S.* edendum curavimus. Reliquae enim edd. vacuo tantum interposito spatio ejulatus hosce distinxerant. Solan. Non dubi-

tavi personam ἄλλος hic et quater in seqq. restituere, quae in *Benedict.* additur, in reliquis omissa erat; in *Junt.* quidem et *Hag.* intervallo satis magno relicto, ita ut verbum excidisse, satis constaret; in *Par.* vero spatio vacuo nullo, sed ipsa ejus Latina versione, τὸ *ALIUS* tamen bis exprimente. Reitz.

Pag. 215. l. 3. *Πρὸς τὸ ἔθος*) Angl. ὡς τὸ ἔθος. Bourd.

Pag. 216. l. 1. *Ἢ καθ᾽ ὕδατος*) Dictio, φασὶν, quae sequitur, proverbium notat, de quo interpr. *Catull.* Bourd.

Ead. l. 5. *Τήμερον*) Praetuli, ut magis Atticum. Vid. *Aristophan.* Plut. v. 232. et 433. Et *Nostrum* supra Rev. c. 11. et alibi. Reitz.

Ead. l. 8. *Ἐγὼ δὲ αὐτῇ*) Alii Codices αὖτι. Brod.

Ead. l. 9. *Ἰνδοπάτην καὶ Ἡραμίθρην τοὺς Σύρας*) Sic edidit *Benedictus*, et vertit *Syrae filios.* Sed in *Bourdelotiana* est τοὺς Σήρας, et *Mosellanus* conducere sibi putavit, si in versione omitteret. Gron. Ficta, ut videtur, nomina. Solan. *Seras* mihi suspectos esse h. l. fateor, quia Graecorum lectorum nihil prorsus interesse potuit, de tam longe ab ipsis remotorum hominum fatis aliquid legere. Propiores erant *Syri*, *Luciani* ipsius populares, nec sane multum aberraverim a vero, si Σύρους, id quod et lectiones Σύρας et Σῦρας haud obscure innuunt, ab auctore ipso profectum credam. Nihilominus retinui vulgatum nomen, quippe Codicum quoque auctoritate firmatum. In interpretatione *Belini* reperio, *deux frères*, quod typothetarum videtur vitium esse pro: *deux Sères.* Modo ἀναπλευσοῦμαι, quod in duobus Codd. Parr. vulgati ἀποπλευσοῦμαι loco legitur, id ipsum recte ac proprie exprimit, quod interpretes *Gesnerus*, *Belinus*, *Wielandius*, reddiderunt; minus huc fecit vulgata lectio. Mirum itaque, qui *Belinus* minus probum habere potuerit, quod unice probum erat; mirum etiam, *Schmiederum* tantopere a *Belini* judicio suspensum fuisse, ut variam illam lectionem ne commemoraverit quidem, tanquam nullius scilicet momenti. Lehm.

Ead. l. 14. *Ὁ καλὸς Μέγιλλος*) Confer supra Diall. Mortt. I. §. 3. Solan.

Pag. 217. l. 1. *Φρύνης Συμμίχῃ*) *Phryne. Symmiche.* Graeca scorta fuerunt. Brod. De priori vid. *Athen.* L. XIII. Et *Quintil.* L. 2, 15. *Et Phrynem non Hyperidis actione, quamquam admirabili, sed adspectu corporis, quod illa speciosissimum alioqui diducta nudaverat tunica, putant periculo liberatam.* De posteriore vid. *Lucianum* ipsum in Diall. Merr. IV. Solan. *Συμμίχῃ* jota subscripto exaratum, etsi manifesto syntaxeos legibus repugnat, inhaesit tamen omnibus, praeter *Schm.*,

editionibus ita, ut etiam interpretibus *Gesnero* et *Wielandio* fraudi fuerit, quorum ille verterat: *pulchriorne Phryne sit Simmicha;* hic eundem in modum. Res quidem levis: sed in levibus probatur diligentia. LEHM.

Ead. l. 3. *Τὸ πρότερον τέως ἄμορφον εἶναι δοκοῦν*] Omissum vulgo ante πρότερον articulum recipere cum *Schm.* placuit e 2954. nemine, spero, improbante. Sed idem *Schmied.* ex eodem Cod., monente *Belino*, post εἶναι etiam μοι inseruit, sententia per se quidem non omnino inepta, cui etiam ponderis aliquantum accedere videri possit ex ingenio sutoris hujus proprio, supra ab ipso enarrato. Verum nec vulgata ratio absurda, vel aliena est ab h. l. modo intelligas *ἄμορφον εἶναι δοκοῦν palliolum, quod vulgo deforme habebatur.* Sic alibi apud *Nostrum* οἱ πονηροὶ εἶναι δοκοῦντες, οἱ σοφοὶ, φιλόσοφοι etc. εἶναι δοκοῦντες occurrunt, ratione vulgaris opinionis, vel judicii, habita. LEHM.

Ead. l. 10. *Τὰ Ἐλευσίνια*) Cereris sacra. BROD. Ἑορτὴ apud Athenienses ἡ ἐπιτελουμένη Δήμητρὶ καὶ Περσεφόνῃ, ἐν ᾗ ἐγένοντο ἀνόητά τινα μυστήρια. De Eleusiniis, *Scalig.* ad lib. 4. *Tibulli*, et copiose dico alibi. BOURD. Τελεσθῆναι etiam simpliciter de iis dicitur, qui Eleusiniis mysteriis initiati sunt, ut Navig. c. 11. καίτοι ἐτελέσθημεν, ὡς οἶσθα, καὶ στέγειν μεμαθήκαμεν. Magna itaque non solum *Belino* et *Schmiedero*, sed mihi quoque, suborta est suspicio, quae vulgo h. l. adduntur, τὰ Ἐλευσίνια, explicationis caussa ab aliena manu adjecta esse. Quae suspicio etiam justior et clarior redditur eo, quod in duobus Codd. vocibus his δηλονότι praefixum legitur, quo constat fere uti solitos Glossatores. Neque id, quominus statuatur, impeditur eo, quod deinde sequitur τοῖς ἐκεῖ, quod ex ipso verbo ἐτελέσθης facili opera explanari ita potest, ut τὰς τελετὰς, vel tale quid, quod arcana illa sacra significet, intelligas. LEHM.

Pag. 218. l. 11. *Παρὰ τὸν βίον*) Sic omnino legendum, non περί. In Ox. παρὶ mendose. In impressis περί. SOLAN. Omnes Edd. hic habebant περὶ τὸν βίον, sed hic magis necessaria mutatio τοῦ περὶ in παρὰ, licet minori Codd. numero fulta, quam supra Reviv. c. 25. pr. quia ibi exponi posset, *circa*, hic minus commode; cum igitur illic nihil mutaverim, hic tamen vulgatam retinere non potui: licet, παρὰ utroque loco *Lucianum* dedisse, mihi persuadeam. Haec enim praepositio per compendium scribi solita saepe confunditur in Mss. et Edd. antiqq. Sed παρὰ verum esse, nemo dubitaverit. *Noster* hoc Dial. Catapl. c. 9. iterum habet παρὰ τὸν βίον, et non semel alibi. *Aelian.* V. H. IV, 1. παρὰ πάντα τὸν

ἑαυτῶν βίον. Idem XI, 9. pr. Conf. *Periz.* ad *Ael.* XIV, 10. qui παρὰ τὴν στρατηγίαν edidit, quia usitatius, cum Codd. inter παρὰ et περὶ variarent. Conf. mox c. 24. hujus Dial. *Lucian.* ubi recte rursus παρὰ τὸν βίον constanter et recte legitur, et saepe alibi; cumque ibi de eadem re sermo sit, tanto minus dubitavi τὸ περὶ cum *Solano* ejicere. Reitz.

Pag. 219. l. 5. Ἀπὸ τῶν στιγμάτων) Hoc ex *Platone* in Gorgia ante disseruimus. Brod.

Ead. l. 8. Στίγματα ἐπὶ τῆς ψυχῆς) Eorum animis, qui magnis se facinoribus, dum vitam agerent, obstrinxerunt, maculas inustas esse docet, *Platonem* ridens, qui sic in Gorgia loquitur: Ἀλλὰ πολλάκις τοῦ μεγάλου βασιλέως ἐπιλαβόμενος, ἢ ἄλλου ὁποτουῦν βασιλέως ἢ δυνάστου κατεῖδεν οὐδὲν ὑγιὲς ὂν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ διαμαστιγωμένην καὶ οὐλῶν μεστὴν ὑπὸ ἐπιορκιῶν καὶ ἀδικίας. Hoc attigit L. 2. in *Ruf. Claudian.*

Quid demens manifesta negas? En pectus inustae
Deformant maculae.

Cogn. Plura similia ex *Theophyl. Philostr.* et *Plutarcho* adfert *Elsner.* ad I. Timoth. IV, 2. p. 298. Cui, quantum ad exempla profanorum auctorum, facile adsentior: num vero verba Apostoli κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, eodem modo intelligenda sint, quod multas peccatorum *notas* ac *stigmata* in conscientia gerant, nondum inde constare putem. Verum cum duplex cauteriorum usus sit, nempe ad characterem sive notam imprimendam, et ad sensum dolorificum tollendum, ut Medici norunt, sensus videtur efficacior, si verba N. T. ex posteriore illo significatu exposueris; non enim semper ex auctoribus profanis illustrari possunt S. literae. Maxime cum et nexus epistolae, et loca parallela biblica suadeant, de obduratione, et quasi calli obductione quadam sermonem esse. Sed sapientioribus lubens concedo. Si tamen acute ἑλληνίζειν volumus, στίγμα est tantum quasi punctum inustum, adeoque levius, quam καῦμα et καυτηριάζω, quod totum locum cicatrice s. eschara obducere significat. Reitz. Verissimam et gravissimam hanc de notis vitiorum scelerumque animis hominum impressis fictionem agnoscent, quicunque naturam humanam recte norint. Neque iidem *Cognati* judicio subscribent, qui persuaserit sibi, *Platonem* in his a *Nostro* perstringi, perinde ac si ipsam sapientiam et veritatem ipsam *Lucianus* perstringere sibi proposuerit. Imo si quid h. l. *Platonici* loci memor fuit, usus est egregia illa sententia, quam et ab aliis scriptoribus veteribus varie propositam esse constat, ut ita sceleratos aequalium suorum terrore,

stultos pudore, afficeret, videntes inde, non adeo flagitia et scelera abscondi ulla arte posse, quin post mortem saltem certissimis signis et documentis aperiri et dignosci possint. Omnino pessime errant, qui *Lucianum* merum scurram habent, quem unice juverit alios deridere: imo potius etiam, ubi ridet, gravissimus est verae sapientiae praeceptor, vitaeque dux haud indignus, quem cum sana quidem ratione sequaris. LEHM.

Ead. l. 13. *Στιγμάτων*) Lege *Plut.* π. τῶν βρ. τιμ. 1002. ubi propemodum similia invenies, et de vario macularum genere plura; et *Platonem* in Gorgia 313. C. D. et 312. G. vid. *Brod.* Th. Crit. P. 2, 457. SOLAN.

Pag. 220. l. 5. *Κηλῖδας ἐκ τῆς ψυχῆς*) *Ὄνειδος.* Sic recte hanc vocem ad mentem *Luciani* interpretatur *Hesych.* qui hac in voce consulend. Interpr. *Aristoph. Suid.* alia est *κηλίδων* acceptio alibi apud *Lucian.* BOURD. Quodsi locum Amor. c. 15. *Bourdelotius* innuit — amavit autem ille incertas citationes — errat: nam ibi non alia est hujus vocis potestas, quam h. l. LEHM.

Ead. l. 7. *Ἀγαθῷ*) Aliquid de verbis Cynici excidisse videtur. Scio equidem, posse *bonum* hocce remedium de philosophia intelligi, sed vaga nimis illa notio. Adde, quod pro οὗτος legendum ὦ οὗτος necessario est. SOLAN. Nihili haec. *Οὗτος* simpliciter pro ὦ οὗτος dictum etiam supra c. 9. extr. et 18. occurrit, et saapius. *Ἀγαθὸν* autem *φάρμακον* quomodo offendere potuerit, prorsus equidem non perspicio. *Utile* est *remedium*, *aptum consilio.* LEHM.

Ead. l. 8. *Ἄπιθι* etc.) Rhadamanthus Cynisco: *Ἄπιθι ἐς τὰς μακάρων νήσους, τοῖς ἀρίστοις συνεσόμενος. κατηγορήσας γε πρότερον οὗ φῂς τυράννου, ἄλλους προςκάλει.* Prava distinctio hunc locum occupavit. Tu sic distingue: *Ἄπιθι ἐς τὰς μακάρων νήσους, τοῖς ἀρίστοις συνεσόμενος, κατηγορήσας γε πρότερον οὗ φῂς τυράννου. ἄλλους προςκάλει.* Illa enim *κατηγορήσας γε* etc. pertinent ad membrum praecedens: haec vero, *ἄλλους προςκάλει*, non dicit Rhadamanthus Cynisco, sed Mercurio, cujus officium erat *ἄλλους προςκαλεῖν·* ut paullo ante Rhadamanthus, *σὺ δὲ, ὦ Ἑρμῆ, κήρυττε καὶ προςκάλει*, et postea iterum ad Mercurium, *τὸν τύραννον ἤδη προςκάλει.* Hic autem Micyllus non exspectavit Mercurii vocationem, sed eam praevenit, et ultro se offert. L. BOS. Cap. 23. Cyniscus ad judicem dixerat: *Πάντως βούλομαι κατηγορῆσαί τινος* etc. Non designaverat igitur *tyrannum* reum futurum. Ergo non poterat nunc Rhadamanthus dicere: *κατηγορήσας γε πρότερον οὗ φῂς τυράννου.* Patet hinc vocem *τυράννου* attento lectori

haud injuria suspectam videri posse. Attamen non ideo *Jacobsio* plane adsentior, censenti, illam e margine in textum venisse. Nam mox idem Rhadamanthus, etsi nondum a Cynisco, quis ille reus esset, edoctus, Mercurio acclamat: τὸν τύραννον ἤδη προςκάλει. Aut igitur Cyniscus verba illa, πάντως βούλομαι κατηγορῆσαί τινος, monstrans tyrannum pronuntiasse putandus, aut *Lucianus* hic, ut et alibi passim, humani aliquid passus. LEHM.

Pag. 221. l. 6. Ἐπὶ τράχηλον ὠθοῦσα) *Collo innixo. Heliod.* lib. 8. BOURD.

Ead. l. 11. Κἂν τοῦ λ.) Vid. *Duker.* ad *Thucyd.* V, 61. HEMST.

Pag. 222. l. 1. Ἀκρίτους μὲν) Has omnes tyrannorum artes alibi fuse exsequor. BOURD.

Ead. l. 6. Ἐμπαροινῶν) V. supr. Deor. D. V. m. SOLAN.

Ead. l. 8. Φρυάγματος) Φρύαγμα equorum est sonitus naribus excussus, irae et ferociae nuntius, quem *fremitum* Latini dicunt: sed non ita commode ad superbiam referunt, ut φρύαγμα Graeci, aut nostri suum *schnarchen, anschnarchen*; quod itidem ut Graecum ὠνοματοποιημένον est. GESN.

Ead. l. 9. Ἀσκαρδαμυκτὶ) Ἄνευ τοῦ καμμύειν. Sic Grammatici. dixi antea. BOURD. Ad Timon. c. 14. LEHM.

Pag. 223. l. 5. Τοῖς δρ.) *Quae a tyranno perpetrabantur.* BROD.

Ead. l. 11. Τὸν λύχνον καὶ τὴν κλίνην) Ut antea Necyom. c. 12. induxit τὰς πρὸς τὸν ἥλιον ἀποτελουμένας σκιὰς ἀπὸ τῶν σωμάτων, accusantes τὰ πεπραγμένα ἡμῖν παρὰ τὸν βίον, sic nunc lucernam et lectum testes citat, alludens ad Graecos philosophos, καὶ ἐπίτηδες ἐμπαίζει τὸν λύχνον καὶ τὴν κλίνην μαρτυροῦντας παραγαγὼν, siquidem philosophis istis καὶ τὰ φυτὰ erant etiam ἔμψυχα. BOURD. De conscio flagitiorum lecto nonnulla ex aliis scriptoribus collegit *Piersonus* ad *Moerid.* p. 443. *Luciani* quoque ratione habita. LEHM.

Pag. 224. l. 5. Ἃ ἐπ' ἐμοῦ διεπράττετο) Non male quidem Latinus interpres! *Quae in me* (i. e. *super me*) *patravit.* Nescio tamen, an hoc potius voluerit *Lucianus*: *coram me, me teste, me spectante.* De testimonio enim nunc agitur; et ἐπὶ μαρτύρων esse *coram testibus*, ex satis multis nostri quoque scriptoris locis constat. Vid. Philops. c. 22. in. Pro Laps. c. 1. extr. De Luct. c. 16. Unde ἐπ' ὀλίγων et ἐπ' ὀλίγων τῶν μαρτύρων in uno eodemque loco Anachars. c. 16. variant eandem rem significantia. Eadem elegantia usus auctor Jud. Vocal. in. dicit, ἐπὶ τῶν ἑπτὰ Φωνηέντων, i. e. *judicibus septem vocalibus.* Notiones autem judicis et testis, per se diversae,

apud Latinos in uno vocabulo *arbiter* quodammodo conjunctae reperiuntur. LEHM.

Ead. l. 7. *Ἤδη μαρτύρει*) Post vocabulum hoc *Λυχ.* scribendum est. BROD.

Ead. l. 8. *Μεθ' ἡμέραν*) Sic *Aristoph.* Plut. 931. *Οἴμοι, τάλας, ἀποδύομαι μεθ' ἡμέραν.* REITZ.

Ead. l. 11. *Ὑπερπεπαικότα*) Difficiliorem ac minus frequentem vocem praetuli faciliori *ὑπερβεβηκότα*, quae ex interpretatione nata videtur; quia hic idem significat. *Ὑπερπεπαι. . .* autem praeter *Scholiast.* etiam legit *Steph.* in Thes. qui idem verbum duabus aliis auctoritatibus probat. REITZ. Ipsum *Nostrum* vide Imagg. c. 9. extr. *πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην εὐμορφίαν ὑπερπεπαικώς.* LEHM.

Ead. l. 12. *Τοῖς δρωμ.*) *Quae a tyranno perpetrabantur.* BROD.

Ead. l. 14. *Ἀπόδυθι τὴν πορφυρίδα*) Vid. si lubet, similia exempla adferentem *Elsner.* ad 1. Tim. IV, 2. p. 299. m. REITZ.

Pag. 225. l. 1. *Πελιδνὸς*) *Πελιδνόν ἐστι τὸ μετέχον τῆς ὠχρότητος καὶ μελανείας οἱονεὶ μολυβδοειδές. Galen.* VORST.

Ibid. *Κατάγραφος*) Ex *Platone Lucianus*, ex *Luciano Julian.* Imper. Caesar. vide *Casaubon.* ad *Pers.* Dixit idem *Lucian.* alibi *κατὰ νώτου ποικίλος.* In re tamen dissimili in *Lexiph.* Dialogo. BOURD.

Ead. l. 7. *Χάριν εἴσομαι*) Prorsus ut Belgae et Germani, *dank weten* (non *wyten*, ut vulgo male.). Sic et *Aelian.* VII, 17. et *Aristaen.* I. ep. 1. quos frater *G. O. Reitzius* adduxit in Belga Graeciss. p. 460. Recte quidem *Scholiast.* ait, veteres non dixisse *εὐχαριστῶ*, si vetustiores intelligit; nam postea tanto frequentius usurpatum, inprimis apud Eccles. Scriptt. Ita in N. T. et Patrib. non modo, sed et ap. LXX in lib. *Judith. Sap.* et *Maccab.* Verum tamen satis probae notae esse verbum, vid. ex *Phalarid.* et *Arrian.* Epict. probatum ab rev. *Alberti* ad 2. Thessalon. I, 3. REITZ.

Ead. l. 13. *PAΔ.*) Mercurio, si quidem adsit, nec post traditos mortuos e vestigio abierit, quid caussae sit, ut sese his immisceat, ego quidem non adsequor. Censeo itaque pro *Mercurio,* cujus nomen in omnibus hic invenio, *Rhadamanthum* reponendum; quod in versione ed. *Par.* factum video, quamvis in Graecis illic nihil mutatum sit. SOLAN. Restitui *Rhadamanthi* personam, invitis Edd. quae *Mercur.* hic habent; quia sensus postulat, Rhadamanthum loqui, et in ipsa Latina versione *Salm.* et *Paris.* ejus persona quoque expressa erat, licet in Graecis *EP.* legeretur. REITZ.

Pag. 226. l. 1. *Οὑτοσὶ*) Non satis sanus mihi hic locus videtur. Solan.

Ead. l. 2. *Κατὰ*) Quaesivit mutationem *Solanus*, non invenit: forsan quia ante bis, ter, *Noster* dixit *παρὰ τὸν βίον*, et hic ita maluit legi; sed nihil opus esse, cuilibet notum arbitror. Reitz. Ms. Reg. 3011. *παρὰ τὸν β.* Bip. Non solum in *κατὰ Solano* suboluit vitium, sed etiam in *οὑτοσὶ*, et illic quidem non temere, quum revera pro *κατὰ* in 3011. legatur *παρὰ*, quae genuina videtur lectio esse. Minus vero in *οὑτοσὶ* caussae est, quod offendas, modo penitus ceperis judicis sententiam. Scilicet uti supra capp. 9. 18. et 24., quo postremo loco idem *Solanus* sine caussa idonea haesit, *οὗτος* pro *ὦ οὗτος* in allocutione de secunda persona valebat, ita h. l. de tertia persona adhibitum non tam allocutionem, quam exclamationem, vel potius obliquam acclamationem, eamque cum indignatione quadam et acerbitate conjunctam, designat. Loquitur enim judex ad famulum, sed ita, ut monstret simul nebulonem nunc abducendum et vinciendum. Similem formam induit Diall. Mortt. XXX. in. Minois judicis oratio: *Ὁ μὲν λῃστὴς οὑτοσὶ, Σώστρατος, ἐς τὸν Πυριφλεγέθοντα ἐμβεβλήσθω.* Conversu difficiliora sint verba, quam explicatu. Equidem reddiderim, ut vis saltem sententiae capiatur: *heus nebulo hicce;* vel: *vae! nequam iste.* Interpretum nullus hanc vocem expressit. Lehm.

IN DE MERCEDE CONDUCTIS.

Pag. 227. l. 1. *ΜΙΣΘΩ*) Librum habes elegantissimum, viroque gravissimo dignum; acumen et dicendi rationem nec tetricam, nec rursus fucatam. Institutum ipsum viris doctis ipsis placeat necesse est, qui famae simul et virtuti consultum volunt; dum a servili propemodum sorte apud Magnates divitesve, ut virtuti sibique vivant, revocantur. Sed cave, dum vitia dominorum depicta, dum turpes doctorum quorundam artes, ambitiosam patientiam spectas, ita suavitate *Luciani* abripiaris, ut putes, nullos a contagio malorum istorum immunes. Sunt enim et *Fenelones* inter hujus ordinis viros, qui et privatis et principibus educandis de re-

publ. et orbe ipso bene meriti, et a suae aetatis hominibus viri boni merito censentur, et a posteris semper maximi fient. SOLAN.

Ead. l. 2. *Καὶ τί σοι πρῶτον*) *Theocr.* Idyll. ιζ. *Τί πρῶτον καταλέξω; ἐπεὶ πάρα μυρία εἰπῆν.* BROD. Hoc initium sumtum est ex *Homer.* Odyss. L. 9. *τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὕστατον καταλέξω;* COGN. Ex *Theocriti* Ptolemaeo. MARCIL. *Hom.* Il. *E*, 703. et Od. I, 14. SOLAN.

Pag. 228. l. 6. *Ἐξηγόρ. πρός με*) Ex Grammaticorum placitis scribendum foret *πρὸς μέ.* Illi enim encliticam accentum retinere jubent post praepositionem. Nolui tamen mutare, quia non solum Edd. consentiunt, sed et apud alios centies sic scribitur, (fors. male) ut ap. *Aristoph.* Plut. 1056. *Βούλει — πρός με παῖσαι* etc. In *Epict.* Man. c. 1. fin. *Relandus* tamen recte edi curavit *οὐδὲν πρὸς σέ·* non modo propter emphasin, et finem periodi, sed et in media oratione c. 29. pr. et c. 30. §. 14. *τὴν αἰδῶ τὴν πρὸς σὲ τῶν πλησίον.* *Aesop.* fab. 138. *κατά τινα τόπον.* Constructio autem verborum *ἀγορεύω, λέγω, φημὶ* et simil. cum praepos. *πρὸς* loco dativi, est frequentissima; maxime duo posteriora in N. T. *Matth.* XXII, 70. *Marc.* XVI, 3. *Luc.* I, 13. etc. Sed et *Epict.* Sent. 78. *Dion. Hal.* Ant. VII, 473. *ἀπήγγειλε πρὸς τὴν βουλὴν, nuntiavit senatui.* *Noster* Phalar. altero, cap. 8. *χρὴ γὰρ τἀληθῆ πρός γε ὑμᾶς αὐτοὺς λέγειν.* REITZ. Et sexcenties. *Πρός με* autem etiam in Somn. c. 15. ad fidem exemplarium edidimus. LEHM.

Ead. l. 9. *Γὰρ*) *Καὶ* lego pro *γὰρ*, quod in impressis et M. est. SOLAN. Promisit *Hemsterhusius* in Adnot. ad Diall. Marr. VII, 2. Tom. II. p. 432. de commutatis particulis *ἀλλὰ γὰρ* et *ἀλλὰ καὶ* ad hunc locum sese dicturum; ad confirmandamne *Solani* conjecturam, an ad infringendam, conjici ex ipsius verbis non certo potest. Quod debitum quum solvere Viro egregrio non licuerit, nec *Reitzius* id negotium susceperit, ego jam mihi illud imponam, ita tamen, ut ab *Hemsterhusii* consilio paullulum recedens nihil, nisi ostendam vanam esse hoc quidem loco *Solani* conjecturam. Neque tamen multis hodie verbis in eam rem opus erit, quum particularum Graecarum potestates et usus diligentius ac subtilius, quam olim, tractari coeperint. Primum *ἀλλὰ γὰρ* vel eo commendatur maxime, quod variae lectionis ne vestigium quidem in libris animadvertitur; nec mutari adeo ullo modo debebit; nisi vel in harum particularum, vel in loci ipsius, natura aliquid sit, quod mutationem fieri jubeat. Atqui quod *Solanus* mavult, *ἀλλὰ καὶ*, alienissimum est ab h. l. Sive enim *sed etiam*, sive *imo vero*, explices, neutrum convenit:

nam sententia, quae sequitur, *ηὐφραίνετο ἀναλογιζόμενοι* etc. non est amplificativa, quum eadem res praecesserit in voce *οὐκ ἀηδῶς μνημονεύοντες*, eademque ejusdem gradus; multo minus est adversativa, sed unice declarativa habenda, in qua *ἀλλὰ* annuntiat, quod modo negative dictum erat *οὐκ ἀηδῶς*, idem jam affirmative pronuntiatum iri, *γὰρ* autem rem ipsam indicat jam secuturam esse, de qua homines isti nunc laetandum sibi putarint. Est igitur h. l. illud Latinorum *Sed enim*, de quo *Hoogeveenus* ad *Viger.* p. 473. non indocte disputat. Liberius paullo, neque tamen contra auctoris mentem, interpres Latinus vertit: *Sane enim.* Exempla alia, si quis ex nostro scriptore desideret, suppeditabuntur in Indice. Lehm.

Ibid. Ηὐφραίνοντο) Sic necessario mutandum esse existimo, quod in M. et Edd. erat *εὐφρ.* Vid. tamen *Grot.* Flor. 127. C. *Demosth.* p. m. 185. B. *συνευφραίνετο τοῖς πολλοῖς.* Sed in his omnibus peccari credo. Solan.

Ibid. Οἵων ἀπηλλάγησαν) Sic saepissime sine praeposit. Ut infra Philops. c. 16. *ἀπαλλάττειν δεινῶν liberare a gravibus malis*, et alibi non semel. Sic *Herodian.* L. 2, 1, 17. *ἀπαλλάξομαι φόβου.* Interdum tamen cum praeposit. Ut ap. *Isocr.* ad Demon. p. 19. B. ed. *Wolf. ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλλάττου, a publ. functionibus te libera, discede.* Alia super hoc verbo vid. ad c. 23. hujus Dial. Reitz.

Ead. l. 10. *Διὰ πάσης*) *Τῆς τελετῆς ἐξέρχεσθαι.* Proverb. de quo paroem. Bourd.

Ead. l. 11. *Διεξεληλυθότες*) Sic W. et V. recte. In reliquis tantum *ἐξεληλυθότες.* Solan.

Pag. 229. l. 1. *Ἐξυρημένοι τὰς κεφαλὰς*) Quod a naufragis factitari solitum dudum probavimus. Brod. *Herald.* ad *Martial.* dixi ad *Petron. τὸ γὰρ παλαιὸν οἱ ναυαγήσαντες ἄνθρωποι τοιούτῳ ἐκέχρηντο σχήματι πρὸς τοῖς ἱεροῖς καθήμενοι καὶ τὴν αὐτὴν τύχην ὀλοφυρόμενοι.* Bourd. Naufragis radi solebat caput, ut non modo ex hoc loco patet, sed etiam ex Dial. de Sectis c. 86. ubi Hermotimus, *Δοκῶ δέ μοι ἀλόγως ἂν καὶ ξυρήσασθαι τὴν κεφαλὴν, ὥσπερ οἱ ἐκ τῶν ναυαγίων ἀποσωθέντες ἐλεύθεροι·* eamque caesariem Diis marinis consecrari moris erat. Auctor in Epigr. de Naufragis:

Γλαύκῳ καὶ Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ,
Καὶ βυθίῳ Κρονίδῃ καὶ Σαμόθρηξι θεοῖς,
Σωθεὶς ἐκ Πελάγους Λουκίλλιος, ὧδε κέκαρμαι
Τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

Vid. etiam *Hadr. Jun.* de Coma. L. Bos. De rasis naufragorum capitibus vid. viri docti ad *Petron.* c. 104. Gesn.

Ead. l. 3. *Καὶ ἐκβολὰς*) *Mercium ob vim tempestatis in mare jacturas.* Brod.

Ibid. *Καὶ πηδαλίων ἀποκαυλίσεις*) *Transversas gubernaculorum fracturas.* Brod.

Ead. l. 4. *Τοὺς Διοσκούρους*) *Castorem* et *Pollucem.* Hoc illustrat *Plinius.* Brod. *Hor.* I. Od. 12. *Theocr.* Idyll. 22. Vorst. Serio nauclerum idem hoc narrantem inducere videtur in Navig. c. 9. Sed ridet iterum. Reitz.

Ead. l. 6. *Ἐκ μηχανῆς θεὸν*) *Erasmus* in Proverbio, *Deus ex machina.* Brod.

Ibid. *Ἐπὶ τῷ καρχησίῳ*) *Καρχήσιος τὸ ἄκρον τοῦ ἱστοῦ* Schol. Ms. Reg. 3011. Bip.

Ead. l. 10. *Εὐμενείᾳ*) Sic recte M. S. et A. Reliquae *εὐμενίᾳ.* Solan.

Ead. l. 11. *Ἐκεῖνοι μὲν*) *Naufragi.* Brod.

Ibid. *Τὴν παραυτίκα χρείαν*) *Beza* non satis accurate in ep. 2. ad Corinth. 4, 17. *παραυτίκα ἐλαφρὸν* verterat *illico praeteriens*; cum *παραυτίκα* sit *in praesens*: quod si probatione indiget, vide ex *Demosth. Xenoph.* et *Lucian.* de non cred. calumn. probatum ab *Elsnero* ad N. T. l. c. Reitz.

Ead. l. 12. *Λαμβάνοιεν*) *Nummorum aliquid corradant, stipem accipiant.* Brod.

Pag. 230. l. 1. *Τὰς*) Deerat in plerisque hic articulus ante *τρικυμίας.* Sed quia agnoscunt M. V. Fl. et *J.* eum addidi. Reitz.

Ibid. *Τρικυμίας*) Vix assequi licet interpretatione Latina hunc locum. *Τρικυμία* quasi tu *triplicem fluctum* dicas, Graecis jam maximus est, et quem Latini *decumanum* dicant: hunc igitur lepide auget auctor. Sed ea minorem vim habent conversa Latine: nisi forte a *decumano* ad *vicesimanum, tricesimanumque* velis adscendere. Gesn.

Ead. l. 5. *Ὑπεραντλούμενοι τῇ ἅλμῃ*) Ab *Erasmo* adoptavit *Benedictus*: *salo perfundebantur,* quod utique non potest molestiam rei, quae Graecis vocibus enuntiatur, implere. Debuerunt, *vel dum antlia eorum salsugine gravabatur.* Gron. Vid. cl. *Hemsterh.* ad Timon. c. 4. Reitz.

Ead. l. 11. *Ἑκόντες*) Apud *Th. Magistr.* mendose descriptus est hic locus, voce *ἑκών.* Solan. Manifesto peccatum ibi a librariis: repugnant enim scripta iis, quae ipse Grammaticus modo praeceperat. Cf. Adnot. ad Schol. Lehm.

Ead. l. 14. *Τιμόκλεις*) Nomen haud dubie verum, sed hominis haud aliunde, quam ex nostro, noti. *Timoclis* Stoici meminit in Jov. Trag. c. 4. et seqq. Sed an idem sit, addubito, quia hic amicus videri potest. Nisi forte postea inter

eos inimicitiae fuerint, propter quas hominem ita riserit, ut illic facit. Forsan etiam tum, cum hunc librum scriberet, non admodum ei cum eo conveniebat. Indicio esse potest, quod usque adeo cupidum facit ejus vitae, quam ut philosopho, imo liberali homine indignam ei ob oculos ponit. Imo vero eundem esse suspicor, qui Ἑτοιμοκλῆς in Conviv. c. 21. et seqq. audit, quique illic haud amice sane tractatur. Solan. Non erat, quod curiose *Solanus* alibi quaereret eundem Timoclem. Fictum haud dubie est, ut multa alia apud *Nostrum*, hujus amici nomen. Poterat, ait *Wielandius*, etiam Philocles, vel Damocles, vel etiam Speusippus, nominari: nomine quidem non debebat carere; quale vero hoc esset, plane nihil referebat. Lehm.

Pag. 231. l. 2. *Μισθοφορὰν*) Forsan *μισθοφορίαν*. Conf. infra c. 6. Solan. Et illic scilicet *Solanus* vulgatum *μισθοφορὰν* eodem modo mutandum censet. Veri speciem auget assensus Codicis 2956. ubi *μισθοφορίαν* reperitur. Unde *Schmiederus* altero illo loco novam lectionem recepit, hocce nostro in veteri acquiescere maluit. *Belinus* contra in utroque loco corrigendum censet; me quidem non suffragante. *Μισθοφορὰ* enim proprie quidem est *merces* operae *accepta, vel pacta,* ut Pro Merc. Cond. c. 15. *φέρειν μεγίστας μισθοφορὰς*, et Eunuch. c. 3. *συντέτακται ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις οὐ φαύλη κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις.* *μισθοφορία* vero *operam ipsam* significat, *pro mercede quadam locatam:* vid. *Lobeck.* Parergg. ad *Phrynich.* p. 491. Sed ipse *Lobeckius* ibi docet, unum nonnunquam cum altero vices suas commutare, vel scribentium arbitrio, vel librariorum culpa. *Luciani* arbitrium vel inde cognoscitur, quod *μισθοφορίαν ἀποφέρειν* dicit Navig. c. 13. pro *μισθοφοράν*. Aliquanto tolerabilius videtur, ob tropum quidem satis frequentem, *μισθοφορὰ* pro *μισθοφορία*, in phrasibus *μισθοφορὰν ἐπαινεῖν*, ut h. l. et *ἀπαντᾷν ἐπὶ μισθοφοράν*, ut cap. 6. ubi facile altera notio in alteram transferri potest; non minus certe facile, quam apud *Xenoph.* Anab. VI, 4, 8. (*Weisk.*) ubi quae leguntur: *Τῶν γὰρ στρατιωτῶν οἱ πλεῖστοι ἦσαν οὐ σπάνει τοῦ βίου ἐκπεπλευκότες ἐπὶ ταύτην τὴν μισθοφορὰν* etc. cum his nostris conferri merentur. Lehm.

Ead. l. 2. *Οἷς μετὰ τοῦ τοὺς φίλους ἔχειν* etc.) Permoleste ab interpretibus obscuratur sententia hujus narrationis. Nam *Erasmus*, quem sequitur *Bourdelotius*, praeterquam quod praepositionis hujus rationem nullam habeat, tum finem pessime claudit, scribens *id vero non mediocre vi-*

deri. Quae quidem alienissima sunt ab illis, quae ibi scribit *Lucianus.* Adverte, lector, et videbis, verbum substantivum in illis postremis *καὶ ὧν εὖ πάσχουσι τούτων λαμβάνειν, οὐκ ὀλίγον ἐστὶν,* (ut quidem distinguit edit. Salm. et Par. cum Bas. *καὶ ὧν εὖ πάσχουσι, τούτων λαμβάνειν οὐκ ὀλίγον ἐστὶν,* omnes ineptissime) abscindi debere ab praecedentibus, et in constructione revocandum ad ipsum nostrum *οἷς*, ut adnotavit pater. Videtur sane id ipsum exprimere *Benedictus: quibus cum eo, quod* etc. *peregrinarentur, non parvi esset emolumenti mercedem amicitiae et benefactorum istorum accipere;* modo ille vel propriam interpretationem recte intellexerit, et *τὸ esset* acceperit pro *liceret.* Sic enim distinguenda illa, *προςέτι καὶ μισθὸν τῆς φιλίας καὶ ὧν εὖ πάσχουσι τούτων λαμβάνειν οὐκ ὀλίγον, ἐστίν.* Ut in Mercede cond. *μισθὸν οὐκ ὀλίγον τῆς ἀγγελίας προςλαβών.* Gron.

Ead. l. 5. *Ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους*) *Λευκὸν ζεῦγος* vocat *currum candidis equis tractum.* Brod.

Ead. l. 7. *Ἐστὶν*) Servanda omnino haec vox, et vertenda, *licet.* Solan. Imo si comma post *λαμβάνειν* deleas, et ante *ἐστὶν* reponas, ut facit *Solanus.* Reitz.

Ibid. *Ἀτεχνῶς*) Sic supra Vit. auct. c. 10. *ἀτεχνῶς ὅμοιον κυνί. Aristoph.* Plut. 109. et 362. Vid. *Scholiast.* et *Spanh.* qui docent, qua ratione *ἀτεχνῶς* significet, *vere, omnino.* *ἀτέχνως* autem, mutato accentu, est *ruditer.* Vid. *Ammonium* de sim. differ. Posteriore hoc sensu *Ael.* V. H. X, 10. Reitz.

Ibid. *Ἄσπορα*) *Hom.* Od. I, 109.

Οὔτε φυτεύουσι χερσὶ φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσιν,
Ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται.

Solan.

Ead. l. 12. *Μετὰ τῆς καρίδος*) *Cum squilla,* h. e. *cum esca.* hoc enim pisce plerique inescantur. Brod. Sic in Piscat. Bourd. *Squillam τὴν καρίδα* hic etiam verterunt. Sed cum *carica ficus*, quae *καρὶς* eadem *Eustathio*, sub finem Piscatoris huic rei adhibita sit; dum de squilla, nescio an praedae nata, constet certius, *ficum* interim hamo addidi. Gesn.

Ead. l. 14. *Περιμείναντες ἐξελκομένου*) Sic tres editiones, cum tamen *Erasmus* interpretetur *adacto*, *Benedictus illecto.* Recte igitur adsripsit pater *ἐςελκομένου.* Gron. Et hoc *Gesn.* vult, recte; sed suspectam lect. servo, quia constans. Reitz. *Gesnerus* quum vertit, *introtracto*, non necesse est cogitaverit *ἐςελκομένου*, sed potest idem etiam in verbo vulgato *ἐξελκομένου* inesse, modo motum introrsum mente suppleas, quod et in aliis verbis cum *ἐκ* compositis fieri constat, ut in *ἐκφέρειν πόλεμον*, *inferre bellum*, *ἐξάγειν*, ubi significat *incitare*, *παρ-*

ὀξύνειν, *Hesychio* interprete, e. a. Majorem, et nescio an justiorem, suspicionem movere potest totius loci structura, in qua imprimis verbum ὁρᾷν offendit *Solanum* et *Belinum*, quippe qui, quo illud referendum sit, non intellexisse videantur. Quod autem *Solanus* conjicit ὁρῶντες, rem adeo non expedit, ut magis etiam impediat. Speciosius est, quod *Belinus* vult ἑωράκαμεν, vel ἑώραμεν, adnexa copula καὶ ante ὅτε. Neque id displicuit *Schmiedero*, postquam paullo diligentius *Belini* mentem expiscari coeperat. Verum et audacior aliquanto haec est loci mutatio, nec per se omnino satisfacit. Nam caret nunc περιμείναντες Objecto suo, quo carere non debebit. Simpliciorem inveni medicinam, quae tamen adhuc vereor, ut radicitus omnem labem tollat. Maxime impeditur loci ratio colo illo, quod in Edd. *Reitz.* et recentt., excepta *Wolfiana*, post ὁρᾷν positum reperitur. Restitue cum *Wolfio* et antiquioribus plerisque comma, et clarius nunc Participii περιμείναντες nexus cum finito verbo ἐπεδακρύομεν patebit. Verum quaeritur jam, quam recte περιμείναντες ὁρᾷν, *exspectantes, dum videant*, ad normam vel usum Graecae linguae dici potuerit. Quam quaestionem etsi, qua via disceptem, sentiam, non tamen ea claritate pervideo, ut sperare possim, undique me justis exspectationibus responsurum esse. Lehm.

Pag. 232. l. 1. Ὁρᾷν) Forsan ὁρῶντες. Sed in libris, quos consului, nihil hic subsidii, nec in Edd. Solan.

Ead. l. 3. Ἄφυκτα) Vid. supra Deorr. Diall. XVII. §. 1. Solan.

Ibid. Ὡς οὐκ) Expungenda vocula negativa οὐκ. Guyet. Non expungendum οὐκ. Significatur enim: *nos non posse effugere*, i. e. *non posse caussam nostram defendere*; sive *demonstrare, nos non peccasse.* Reitz.

Ead. l. 5. Καὶ τῶν κύρτων) *Retis sinuum*, aut *nassae.* Brod. Κύρτος ἀγγεῖον σχοινῶδες ᾧ οἱ ἁλιεῖς χρῶνται. *Hesych.* εἶδος δικτύου. *Etym. M.* Vid. *Zenob.* in *Paroem.* ἔνδον τῶν ἁλιευτικῶν κύρτων. Vorst.

Ead. l. 6. Μυχοῦ) De potestate hujus vocis egit *Th. Sellius* in Observ. c. 6. Μυχὸς pro intimo recessu terrae adfert ex *Ael.* VIII, 2. *Hesiod.* θεογ. 119. *Sibyll.* L. VIII, 360. *Psalm.* 72. etc. Item pro thalamo et interiore parte aedium, *Homer.* Il. Ρ, 36. — μυχῷ θαλάμοιο. *Musaeus* de amor. Leand. et Her. 263.

Ἤγαγε νυμφοκόμοιο μυχοὺς ἐπὶ παρθενιῶνος.

Hinc θεοὶ μύχιοι *Penates. Ael.* de anim. X, 34. Reitz.

Ead. l. 7. Τοῦ σκόλοπος) *Unci, hami.* Brod.

Ead. l. 8. *Καὶ τῆς τριαίνης*) *Tridentis*, quo pisces lancinant ac fodiunt piscatores. Brod.

Ibid. *'Ακμὰς*) Libellum de Mercede Conductis, hoc est, de conditione vitae, quam vivant illi, qui in potentiorum domibus degant vel *παιδαγωγίας* caussa, vel ut principum illorum virorum familiae, solo eruditionis suae nomine quoddam quasi decus adferant, *Lucianus* scripsit, ut patet ex praemissis ad amicum suum Timoclem, qui isti vitae generi tradere se, dudum in animo haberet, monendum, ut ante, quam se in potentioris alicujus familiam committeret, diligenter cum animo reputaret ea, quae plerumque istiusmodi vitae statum comitentur; ne forte sero eum facti, non satis ante perpensi et deliberati, poeniteret; et ne quandoque quereretur, sibi defuisse amici monentis salubre consilium. Vult ergo, ut ipsum illud rete ante, quam eo se involvat, extrinsecus diligenter perspiciat. *Καὶ τοῦ ἀγκίστρου δὲ τὸ ἀγκύλον*, pergit jam, *καὶ τὴν ἐς τὸ ἔμπαλιν τοῦ σκόλοπος ἀναστροφὴν, καὶ τῆς τριαίνης τὰς ἀκμὰς εἰς τὰς χεῖρας λαβὼν, πρὸς τὴν γνάθον πεφυσημένην ἀποπειρώμενος, ἢν μὴ πάνυ ὀξέα* etc. Hic pro *ἀκμὰς* *Brodaeus* Miscell. IX. c. 13. reponit *αἰχμάς*. Acute quidem id *Brodaeus*; sed longe argutior profecto et venustior lectio vulgata. *'Ακμὴ* est subtilissimum istud et tenuissimum, atque adeo acerrime secans in quovis ad secandum pungendumve apto instrumento. Sic acies novaculae dicitur *ἀκμὴ ξυροῦ*. *Homerus* Il. *K*. v. 170.

> *Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς*
> *Ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος 'Αχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.*
> *Nunc enim omnibus in novaculae stat acie*
> *Vel valde triste exitium Achivis, vel vita.*

Sic verbum verbo potest reddi: sensus est, ad extremum usque discriminis punctum res summa Achivorum venit, utrum tristi exitio sint perituri, an salutem servaturi; sive, Periclitantur nunc Achivi de vita et de morte. De proverbio hoc *ἐπὶ ξυροῦ ἵστασθαι*, videndi paroemiographi. Quantum ad usum vocis *ἀκμὴ*, loco huic *Homerico* convenientissimus ille *Dionysii Hal.* in extremo lib. III. *ἀρχαιολ.* ubi Accio Navio cotem novacula discindente, *ἡ δὲ ἀκμὴ τοῦ σιδήρου δι' ὅλου κατελθοῦσα τοῦ λίθου* etc. Ergo *ἀκμαὶ τῆς τριαίνης*, sicut *ἀκμὴ ξυροῦ* apud *Homerum* et *Dionysium Hal.* (nam et apud hunc *ξυρὸς* intelligendus, quae vox quoque praecesserat) sunt acies dentium in tridente; quod propterea moneo, ne quis ad id offendat, quod vox *ἀκμὴ*, alibi passim in singulari, hic in plurali usurpatur. At id facere debuit *Lucianus*; cum tridens habeat tres cuspides, atque adeo tres distinctas *ἀκμὰς*, sive

acies. *Ἀκμαῖς Hesychius* quoque exponit *ὀξύτησιν*. Ceterum *ἀκμὴ* transfertur ad res qualescunque, notatque id, quod in quaque re summum et praecipuum sit. Apud *Aristophanem* in Pluto v. 256.

Ἴτ᾽, ἐγκονεῖτε, σπεύδεσθ᾽, ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν·
Ἀλλ᾽ ἐστὶ ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς ἀκμῆς, ᾗ δεῖ παρόντας ἀμύνειν.
Ite, properate, currite; neque enim jam tempus est cunctandi;
Verum ipsissima jam nata est occasio, qua vos adesse oportet.

Sic *ἀκμὴ τῆς εὐτυχίας* apud *Aelian*. II. *Ποικ*. c. 10: *Ἀκμὴ* simpliciter quoque de vigore aetatis; vide *Aeliani* Indicem. Apud *Nostrum* quoque in Deor. dialogis sive Dear. judic. XX. §. 14. de Helena, *ἐπειδήπερ εἰς ἀκμὴν κατέστη, πάντες οἱ ἄριστοι τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τὴν μνηστείαν ἀπήντησαν*. Hic *ἀκμὴ* est maturum nubendo tempus, quod et *ὥρα γάμου* appellatur ab *Arriano* 4. Exped. apud quem Roxane dicitur *ἐν ὥρᾳ γάμου*. Istiusmodi nubilis virgo Graecis quoque *ἐν ἀκμῇ γάμου γενομένη* audit; quemadmodum de Ilia, sive Rhea loquitur *Dion. Hal.* lib. I. Eodem sensu sumitur passim *ἀκμαῖος* de rebus vigentibus, et ad summum perductis; non in bonum modo, quod vulgatissimum, verum etiam in malum. Samosatensis noster in Timone Tom. I. (huj. ed.) p. 68. *νέος γ᾽ ἔτι, καὶ ὀξύθυμος ὤν, καὶ ἀκμαῖος τὴν ὀργήν*. Ita et *ἀκμάζειν ad summum pervenisse*. Apud *Longum* in Pastoral. p. 3. ed. Franeq. *μεσημβρία* dicitur *ἀκμάζουσα*. Vide plura de his apud *Budaeum* et *H. Stephanum*. Jens.

Ead. l. 9. *Ἦν μὴ πάνυ ὀξέα*) Quae nuper retulit omnia: *τοῦ ἀγκίστρου τὸ ἀγκύλον, τὴν τοῦ σκόλοπος ἀναστροφὴν, τὰς τῆς τοιαύτης αἰχμάς*. Sic enim legendum est, non *ἀκμάς*. Brod.

Ead. l. 14. *Καθάπερ ὁ Λάρος*) Ex proverb. *λάρος χάσκει*. Bourd. Vid. *Aristoph.* interprett. Vorst. Nimirum Neb. v. 591. *Ἢν Κλέωνα τὸν λάρον δώρων ἑλόντες καὶ κλοπῆς* etc. *Si Cleonem illum Larum ambitus ac furti damnatum capiatis.* Ubi *Scholiast.* *Ὅτι ὁ λάρος τοιοῦτος· καὶ ἐν Ἱππεῦσι·* (v. 956.) *Λάρος κεχηνὼς ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν*. Reitz.

Pag. 233. l. 3. *Γραμματιστῶν*) Sic iterum usurpat in Rhet. Praec. c. 10. ubi patrem Aeschinis *γραμματιστὴν* vocat, qui a *Suida γραμματοδιδάσκαλος* dicitur, et a *Demosthene* etiam de Coron. *Γραμματιστὴς* tamen aliquando apud antiquos est *ratiocinator*, *Λογιστής*· uti videre est ex I. Polit. *Platonis*, ubi haec duo synonyma facit, *ὁ λογιστὴς ἐξήμαρτε καὶ ὁ γραμματιστὴς*, i. e. *qui calculis et qui calamo rationem inierunt, uterque erraront.* Vid. etiam *Porphyr.* V. P. n. 48. At idem *Plato*

p. 77. A. B. de Gammatico usurpat. Hic autem *Grammaticos* intelligi, non *atriensem*, aut quos nos Magnatum *Secretarios* dicimus, aut *a rationibus*, sequentia postulant, in quibus et *Γραμματικοὶ* audiunt, et cum Rhetoribus Philosophisque inter doctos *πεπαιδευμένους* semper enumerantur. Vid. *Xen.* Symp. pag. 516. lin. 10. Solan. *C. G. Jacobus* in Bibl. Crit. Hildes. a. 1821. P. I. Fasc. 1. p. 105. praeferri vult *γραμματικῶν* ob capp. 25. et 36. „*Γραμματισταὶ*, ait, potius scribae *Herodot.* VII, 100. vel ludimagistri *Xenoph.* Symp. VII, 27. *Γραμματικοὶ* vero philosophi isti abjecti et miselli, qui tum in domibus divitum nutriebantur Romanorum, nec tamen eruditionis doctique commercii gratia, sed ludibrio et irrisioni semper obnoxii pessime ab omnibus fere ut Graecorum parasiti tractabantur. Cf. *Boettiger* Sabina T. II. p. 38. sq." Cui quidem sententiae etiamnum inhaerere se Vir doctus significat in Epistola nuper ad me amice data, ubi simul monet, de discrimine inter grammaticos et rhetoras conferendum esse *Quintilian.* II, 1, 1 — 6. et *Mansonem* in: Verm. Schrift. u. Abhandl. p. 66. sq. At fateor haec mihi non probari, utpote minus accurate disputata. Non *philosophi* esse poterant illi, de quibus h. l. agitur, *Grammatici:* distinguuntur enim clare et graviter inter se tum h. l., tum iis, quae ex eodem libro *Jacobus* adfert, locis. Deinde et audiendi erant *Suidas*, qui *γραμματιστὴν* dicit *τὸν τὰ πρῶτα στοιχεῖα διδάσκοντα* (ergo *Grammaticum* vult) et *Hesychius*, qui *γραμματιστὴς*, inquit, *γραμματοδιδάσκαλος*· ergo *Grammaticus.* Nec negligenda *Solani* observatio, qui e loco Rhet. Praec. c. 10. probat, *γραμματιστὴν* etiam nostro scriptori pro Grammatico valere. Sed addam tamen statim, aliquid certe discriminis esse inter *γραμματιστὴν*, et *γραμματικόν.* Hoc enim vocabulum omnino denotat *literatos*, quos tum vocabant homines, vel a peritia et eruditione, vel a vitae certe generis professione. Ita *Histiaeus* per Convivium s. Lapithas audit *ὁ γραμματικὸς*, ita distinguuntur in hoc libello Grammatici a rhetoribus et philosophis, et musicis. Sed *γραμματιστὴς* notam habet humilioris conditionis et pretii, significatque ludimagistrum, in pueris elementariis erudiendis operam collocantem. Id patet e *Suidae* et *Hesychii* verbis, patet e *Xenophontis* loco, a *Jacobo* laudato, nec non e *Luciani* ipsius, quibus Aeschinem oratorem *γραμματιστοῦ* filium designat, verbis. (Rhet. Praec. c. 10.) Jam cur h. l. *Luciano* placuerit potius *γραμματιστὰς* commemorare, quam *γραμματικοὺς*, quos alibi dicit, ratio, opinor, in promtu est. Cum contemtu quodam loquens *philosophis*, quibus adnumerabat se Timocles, *τοῖς σπουδαίοις*

γε, καὶ τοῖς σεμνοῖς (attente legenti haec occurrent), opponit nunc eos, qui aut vulgo, aut a philosophis certe, minoris fiebant, quam ipsi venerandi philosophi. Hos omnes jam dicit in hac vitae conditione, de qua sermo est, eodem prorsus a divitibus et potentibus haberi pretio et honore, i. e. pariter omnes despici ac dehonestari. Deinde recte quidem idem *Jacobus* probat παιδείᾳ. quod autem dictionem universam ad eam rationem revocat, de qua *Matthiae* in Gramm. Gr. §. 586. p. 860. mentionem injecit, et τοὺς ἐπὶ παιδείᾳ explicat *doctos*, graviter hoc quidem loco errat. Nam non absolute dicitur Τῶν ἐπὶ παιδείᾳ, sed junctim haec capienda, ut intelligas τοὺς ἐπὶ παιδείᾳ συνεῖναι καὶ μισθοφορεῖν ἀξιουμένους. quemadmodum in Demon. Vit. c. 31. Apollonius philosophus ejusque sectatores commemorantur ὡς ἐπὶ παιδείᾳ τῷ βασιλεῖ συνεσόμενοι. Denique ὅλως scripsisse *Lucianum*, neque vero, quod olim vulgatur, ὅλων, nemo dubitabit, nisi qui judicio graviter laboret. Neque adeo opus erit, ut aliis *Luciani* locis, quae paene innumerabilia sunt, haec ratio illustretur. LEHM.

Ead. l. 5. *Κοινῶν γὰρ*) Ego mutavi, in omnibus enim erat δέ. SOLAN. *Δὲ*) Mallem et ego γὰρ legere; interim, cum nec Ms. nec ed. ulla praeit, intactam reliqui vulgatam, quia sensum tolerabilem habet, si ad sequentia referas; et in argumentationibus δὲ saepe valere *atqui*, notum arbitror. Verum si γὰρ legas, concinnior tamen nexus erit cum antecedentibus et sequentibus simul. REITZ Ita judicet is, qui levi volatu locum stringat. Intentiorem vultum non potest fugere, κοινῶν δὲ etc. respondere praecedentibus τὸ μὲν ὅλον. Vult enim auctor: *Omnino quidem propter te haec disserentur, quamquam* etc. haec adjecta pro parenthesi habeas velim, usque ad ἀξιουμένων. *Quum vero communia ut plurimum sint* etc. Nihil ergo alienius h. l. particula γάρ. LEHM.

Ibid. Ἐπίπαν) Ms. ἐπὶ παρόντων. BOURD.

Ead. l. 7. *Εἰ τῶν ὁμοίων*) Ἀτιμιῶν καὶ ὕβρεων. BROD.

Ead. l. 12. Ἐπίτιμόν τί ἐστι) Angl. ἐπιτιμῶν τις. BOURD. Ἐπιτίμιον) Sic omnino legendum, quamvis omnes libri habeant ἐπίτιμον· nam quod Cod. Angl. et P. exhibent, ἐπιτιμῶν τις, ne hoc quidem sanat. ἐπιτίμιον nostro familiare est; vid. De Salt. c. 4. Τοῖς μὲν τοῦ λωτοῦ γευσαμένοις, καὶ τῶν σειρήνων ἀκούσασιν ὄλεθρος ἦν τῆς δὲ ἐδωδῆς καὶ τῆς ἀκροάσεως τοὐπιτίμιον. Sic in Toxar. cap. 10. ἀποτμηθῆναι τὴν δεξιὰν, ὅπερ τῆς Σκυθικῆς ἐπιτίμιόν ἐστι, et in Cal. N. Cred. c. 26. ἐπιτίμιον σωφροσύνης ὑποσχών. Denique in Saturn. c. 4. Alibi pro hoc usurpat εὐθύνην Pro Imagg. c. 28. SOLAN.

Ibid. *Τοῦ ἄλλου πλήθους*] Indicem hujus generis Graeculorum, qui Romae in divitum aedibus alebantur, suppeditat, quem *Wielandius* in hunc finem laudat, *Juvenalis* Sat. III.

Hic alta Sicyone, at hic Amydone relicta,

etc. Ibi nec *γυμνασταὶ* nostri omissi, quos nimis sibi indulgens *Jacobsius* in *γελοιαστὰς* mutari vellet. Lehm.

Pag. 234. l. 4. *Μὴ ἀπολειπ. τῶν μισθοδοτῶν*) Sic W. L. et V. In reliquis autem *μισθωτῶν*, quod ferri nequaquam poterat. Si enim *μισθοδότης locator*, *μισθωτὸς mercenarius* est. Solan.

Ead. l. 10. *Οὐδὲν οὖν οὔτ' αὐτοὶ — οὔτ' ἐκεῖνοι*) Triplicem negationem intensius negare observat *Meibomius* ad Jusjur. Hippocr. p. 119. ex ipso jurejurando Hippocratico: *οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον οὐδενὶ θανάσιμον.* Ex eodem de Arte: *Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀποστερέω μὲν οὐδ' αὐτὸς τὴν τύχην ἔργου οὐδενός.* Plura ex *Platone* ac *Demosthene* vid. ibid. *Noster* Philops. c. ult. *οὐδὲν οὐ μὴ ταράξῃ·* et adv. Indoct. cap. 27. f. *μηκέτι μὴ τολμήσεις τοιοῦτο μηδέν.* Adde *Aristoph.* Plut. 522. *Ἀλλ' οὐδ' ἔσται πρῶτον ἁπάντων οὐδεὶς οὐδ' ἀνδραποδιστής.* Ad quem versum *Spanh.* duo similia ex ejusd. Nubibus adfert. Sed satis frequens est apud quoscunque. Sic eodem Pluto 511. *Οὐδὲ τέχνην — οὔτε σοφίαν μελετῴη οὐδείς.* Sed ubi oratio est bimembris, vix potest dici negatio triplex: at in illo Hippocratis rectius triplex vocari potest. Reitz.

Ead. l. 11. *Ἐς τὴν ἁμίδα ἐνουροῦντες*) Ea re ad quod facto est opus, utentes. Est autem adagium. Brod. Prov. in fastosos divites. Dixi ad *Petron.* Bourd.

Ead. l. 12. *Παρέρχονται*] Mallet *Belinus* *παρεισέρχονται* contra omnium librorum consensum. Nec defuit tamen, qui huic temerario commento patrocinaretur. Largam *Jacobus* tum in publice editis Symbolis suis, tum in literis nuperrime ad me datis, profundit doctrinam, quo *παρεισέρχεσθαι ἐς τὰς οἰκίας* pateat cum *Luciani* stylo convenire, qui amet scilicet non solum verbis decompositis uti, sed etiam repetere Praepositionem, quae jam verbo insit composito. Bene quidem. Sed quorsum haec, quaeso? Ergone etiam *παρελθὼν εἴσω* Nigr. c. 2., *ἐς Λεβάδειαν παρελθεῖν* Diall. Mortt. III, 2., *ἐς τὸ εἴσω τοῦ στομίου παρελθόντες* ibid. XIII, 3., *παρελθόντες ἐς τὸν νεὼν* Hermot. c. 38. *οἱ ἐς τὰ πλήθη παριόντες* Prom. in Verb. c. 2. haeccine ergo omnia credamus mutanda esse, ut constet modo regula, quam nec ipse sibi *Lucianus* praescripsit, nec etiam praescribere potuit? Facile adsentirer, si modo unus liber probus *εἰς* excidisse testaretur.

Nunc acquiescere licebit in lectione, quae quum per se nihil habeat, quo offendat, tum etiam omnino omnium librorum suffragiis confirmatur. LEHM.

Pag. 235. l. 5. *Προεξετάσας*) M. et V. In impressis vero *παρεξ* . . . prave. SOLAN. Cur prave, non intelligo, quum nec *παρεξετάζειν* ab h.l. prorsus alienum esse videatur. Quamquam, si codicum auctoritatem respiciamus, praeferendum censeo *προεξ* . . . In *Wolf.* tamen Ed., nescio qua ratione, veterum Edd. lectio servata est. LEHM.

Ead. l. 7. *Ἐθελοδουλείας*) De qua *Herald* ad *Mart.* BOURD.

Ead. l. 8. *Ἱκανὸν τοῦτο*) Angl. *καινόν.* BOURD.

Ead. l. 14. *Πᾶς γὰρ ἀνὴρ*) *Theognidis* versus sunt. BROD.

Ibid. *Δεδμημένος*) *Ab inopia superatus.* BROD.

Ibid. *Οὔτε τι*) Mutilus hic locus in M. et vulgatis Edd. legebatur, et in ea ipsa, qua Scholiastes usus est. *Juntina*, quod in scholio est, in textu Lucianeo exhibet; nisi quod ibi *οὔτ' ἔτι* legebatur pro eo, quod in ipso *Theognide* et Scholiaste legitur *οὔτε τι.* Citatur etiam a *Plut.* 37, 2. Sed ut *Luciani* de *Theognide* judicium expendas, totus, qui de paupertate agit, locus adscribendus est.

Ἄνδρ' ἀγαθὸν πενίη πάντων δάμνησι μάλιστα,
Καὶ γήρως πολιοῦ, Κύρνε, καὶ ἠπιάλου.
Ἣν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον
Ῥιπτεῖν, καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.
Καὶ γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος οὔτε τι εἰπεῖν
Οὔτ' ἔρξαι δύναται, γλῶσσα δέ οἱ δέδεται.
Χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Δίζεσθαι χαλεπῆς, Κύρνε, λύσιν πενίης.
Τεθνάναι, φίλε Κύρνε, πενιχρῷ βέλτερον ἀνδρὶ,
Ἢ ζώειν χαλεπῇ τειρόμενον πενίῃ.

SOLAN.

Ibid. *Ἔρξαι*) Agere. *Δέδεται*, vincta est. BROD. Licet haec *Brodaei* praemissa scholia vix digna essent, quae insererentur; tamen addidi, ut pateret, versum illum in Edd. omissum ab ipso quoque in *Luciano* fuisse lectum. REITZ. Nempe *Brodaeus*, opinor, vel *Aldina* 2., vel *Juntina*, usus est. Amplius ex scholiis ejus puerilibus nihil concludi potest. Ceterum manifesto haec, de quibus agitur, verba e Scholio in textum sunt tracta, ab eo, qui pariter ac *Solanus* mutilum haberet locum, nisi eum ex *Theognide* complevisset. Quippe ignorabant isti morem *Luciani*, nota veterum loca paucis tantum verbis, ubi res ferret, significandi. LEHM.

Pag. 236. l. 2. *Ἐξενηνόχασιν*) *Ἐκφέρω.* BROD.

Ead. l. 5. *῾Ο καλός που ῥήτωρ ἔφη*) *Demosthen.* contra Philipp. Bourd. *Demosthen.* *᾿Ολυνθιακ. γ.* prope finem. *Brod.* in Miscell. L. IX. c. 13. ubi verba *Demosthenis* subjicit; sed quia *Solanus* ea quoque attulit, non bis eadem describam. Reitz.

Ibid. *῾Ρήτωρ*) *Scholiastes*, et *Bourdelotius* male hic nos ad Philipp. *Demosth.* amandant. Legitur hic locus in Olynth. III. sub fin. quem, quia brevis esse laborans obscurior *Lucianus* factus est, integrum hic describere non pigebit: *῎Ισως ἂν, ἴσως, ὦ ἄνδρες ᾿Αθηναῖοι, τέλειόν τι καὶ μέγα κτήσαισθε ἀγαθὸν, καὶ τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγείητε, ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε. καὶ γὰρ οὔτε ἰσχὺν ἐκεῖνα ἐντίθησιν, οὔτ᾽ ἀποθνήσκειν ἐᾷ. καὶ ταῦτα ἃ νέμεσθε νῦν ὑμεῖς οὔτε τοσαῦτά ἐστιν, ὥστε ὠφέλειαν ἔχειν τινὰ διαρκῆ, οὔτ᾽ ἀπογνόντας ἄλλο τι πράττειν ἐᾷ, ἀλλ᾽ ἔστι ταῦτα τὴν ἑκάστου ῥᾳθυμίαν ὑμῶν ἐπαυξάνοντα.* *Fortassis*, *Athenienses*, *fortassis perfectum et magnum aliquod bonum consequimini, talibus lucellis repudiatis, quae cum cibis, quos dant aegrotis medici, comparari possunt. Etenim ut illi neque vires augent, neque emori patiuntur: sic et ista, quae vos nunc percipitis, neque tanta sunt, ut justam aliquam utilitatem afferant; neque vos, iis despectis, ad alia converti patiuntur, sed alimenta sunt vestrûm omnium socordiae.* Vid. *Schott.* Obs. 158. Solan.

Pag. 237. l. 1. *Καὶ ἐς βαθυκήτεα*) Aut *μεγακήτεα πόντον.* Hoc ante ostensum est. Brod. De hac voce dictum est supra ad Timon. c. 16. Vid. *Theogn.* 173. Solan.

Ead. l. 2. *Πετρῶν*) Mendum hujus vocis emaculavimus, quod omnes Edd. insidebat, et ipsum M. codicem, *πετρέων.* Recte apud *Stobaeum* legitur *Grot. Flor.* 387. Solan.

Ead. l. 9. *Μισθοφοράν*) Forsan *μισθοφορίαν.* Conf. supra c. 3. Solan. Conjecturam *Solani* firmat Ms. Reg. 2956. Bip. Imo in Codice ego quidem nihil aliud video, nisi manum correctricem. Ergo hic locus ex illo capitis 5., non ille ex hoc vel e Cod. Par., efformandus erat. Vid. ad illum locum Adnot. Lehm.

Ead. l. 10. *Εἰ ἐκ τοῦ ῥαστοῦ*) *Si e facili, si nullo negotio.* Brod. Misc. L. IX. cap. 13. Ita nempe scripsit *ῥαστοῦ* pro *ῥᾴστου*, male. Reitz.

Ead. l. 11. *Μὴ πολλὰ μηδὲ πλείω τῶν ἄλλων πονοῦσι, περιγίγνεται ἁ. τ. δ.*) Hic ordo verborum ex W. et V. est. In reliquis a *περιγ. ἁ. τ. δ.* incipitur, minus commode. Solan. Cum W. et V. consentiunt Mss. Regg. 2954. et 2956. teste *Belino*; atque sic omnino videtur legendum. Bip. Acquievi in vulgato ordine, quamquam *Solani* sententiae, quam et *Be-*

linus ac *Schmiederus* adoptarunt, majus quoddam pondus addit Codex Gorl. Nam non intelligo, quid commodius et expeditius, ut *Solanus* et *Belinus* ajunt, in eo, quem Codd. suppeditant, ordine insit. Imo si *πονοῦσιν* ante verba *περιγίγνεται αὐτοῖς* legatur, non potest, quin *πονοῦσιν*, utrum Participium, an indicativus, habendum sit, aliquantisper ambigatur; quod secus fit, ubi leniori ac faciliori ordine *αὐτοῖς* praecedit, et nunc demum *πονοῦσιν* Appositionis instar sequitur. *Schmiederus* vulgatum ordinem mutavit, ne indicans quidem factum, ac si res vel per se certa, vel nullius momenti, ipsi videretur. Lehm.

Ead. l. 12. *Εὐχῇ γὰρ*) In margine Regii Cod. *αἳ γὰρ εὐχαὶ ἐπίπαν τὰ ἀδύνατα προβάλλονται.* Sic apud *Lucian.* Navig. Bourd. Cl. *Hemsterh.* orae ed. *Graev.* adleverat: vid. *Davis.* ad *Cic.* Tusc. D. pag. 132. ed. 2. p. 149. ed. 3. Is autem et haec *Luciani* ibid. adducit, aliaque huic non absimilia, ut *Plat.* de Rep. V. p. 340. ed. Cantab. *Οὐκ ἄρα ἀδύνατά γε, οὐδὲ ΕΥΧΑΙΣ ὅμοια ἐνομοθετοῦμεν.* Et VI. p. 44. *Οὕτω γὰρ ἂν ἡμεῖς δικαίως καταγελώμεθα ὡς ἄλλως ΕΥΧΑΙΣ ὅμοια λέγοντες.* Conf. *Nostrum* in Hermot. c. 71. Vota enim plerumque ad res, quae fieri nequeunt, feruntur. Reitz.

Pag. 238. l. 1. *Ὑγείας*) Intactam reliqui vulgatam, quia utrumque rectum. *Ὑγεία* ubique ap. *Ael.* *ὑγίεια* vero ap. *Aristot.* c. gr. de Somn. et vigil. c. 1. in Categ. Sect. de contrar. p. m. 40. D. etc. Apud LXX quoque *ὑγίεια* semper. Reitz. Supra quoque Vit. Auct. c. 23. *ὑγεία* vulgatum (licet in Cod. Gorl. sit *ὑγίεια.*) et sic fere ubique in *Luciano*. Vid Indic. Lehm.

Ead. l. 5. *Ταύτην*) Suspecta mihi haec vox, quam tamen omnes exhibent, quos videre mihi licuit, Codices. Solan. *Διὰ ταύτην τὴν πρόφασιν*, *propter hanc*, de qua modo sermo fuerat, *caussam praetextam*, desumtam illam ex ipsorum valetudine vel aetate. Quomodo in his *Solano* suspicio suboriri potuerit, ne conjicio quidem. Ceterum *Scholiastes* tamen, ubi ejus verba a *Reitzio* et *Bipontino* Editore exhibita sunt, variam quandam lectionem suppeditare videtur, *διὰ ταύτων.* Sed hoc, nisi egregie fallor, nihil aliud est, nisi foede vitiata textus lectio, *διὰ ταύτην.* Lehm.

Ead. l. 6. *Λοιπὸν δὴ καὶ ἀληθέστατον μὲν, ἥκιστα δὲ πρὸς αὐτῶν λεγόμενον*) *Erasmus* cum *Benedicto*: *Superest jam, ut eam caussam referamus, quae quidem ut verissima est, ita ab illis minime profertur.* At non id vult *Lucianus*, nec innuit jam superesse, ut referat eam caussam; sed mere concludit, *reliquum*

igitur (quia praecedentes praetextus pro vanis auctor traduxit) *et verissimum quidem, sed minime ab illis produci solitum.* In Apologia pro eo dicit τί οὖν ἄλλο, εἰ μήτε ταῦτα, μήτε ἐκεῖνα λέγειν δοκεῖ, ὑπόλοιπόν ἐστιν; Gron. Sic *Arrianus* ad *Epict.* III. c. 7. p. 260. B. ὑπολείπεται λοιπὸν etc. Solan.

Ead. l. 10. Εὐδαιμονίσαντας) Antea legebatur εὐδαιμονήσαντας, inepte prorsus. Vid. c. 11. Et Somn c. 7. Bis Accus. c. 3. Hanc emendationem per se liquidam firmat V. 1. De εὐδαιμονέω vid. Anachars. c. 10. Solan. Somnii locum falso citavit *Solanus.* Est vel c. 12. vel 13. Mira autem prorsus est *Solani* argumentatio, mirum judicium. Quum εὐδαιμονίζειν active constet significare *felicem praedicare*, εὐδαιμονεῖν vero *felicem esse*, vel *felicem se habere*, quod et εὐδαιμονίζεσθαι dicitur, quem quidem usum etiam a *Luciano* accurate, ut par erat, observatum esse, ipsi illi, quos *Solanus* attulit, loci, et praeterea multi alii, qui in Indicem conferentur, satis luculenter testantur: sequitur h. l. vel εὐδαιμονισαμένους scribendum fuisse, vel, quod plerique libri habent, εὐδαιμονήσαντας. Nihilominus *Reitzius*, seductus a *Solano*, et recentiores Editt., a *Reitzio* seducti, εὐδαιμονίσαντας receperunt. Lehm.

Ead. l. 15. Πολυτελῶν) An πολυτελειῶν; Brod.

Pag. 239. l. 2. Ἔντεχνοι καὶ τρίβωνες) Hoc habet ex *Aristophan.* σημαίνει δὲ per dictionem τρίβωνες, τοὺς ἐγγεγυμνασμένους τινὶ πράγματι. Bourd. MS. Vat. 1. ἄτεχνοι, quod ἄτεκνοι haud dubie esse oportuit, sensu eodem, quo supra saepius in Dial. mort. vidimus, ut VI. etc. Solan. In Dial. mort. VI. ad quem *Solanus* remittit, §. 3. ἄτεκνοι et ἔντεκνοι quidem occurrit; sed quid hoc ad hunc locum? Nec enim ibi varians lectio est notata ulla, nec opus est: et licet ex Ms. Vat. ἄτεκνοι, conjicias illum voluisse ἄτεχνοι dare, neque tamen hoc quadrat, cum ἔντεχνοι probum sit, et sequenti verbo τρίβωνες conveniens, quod *adsuetum*, *peritum* significat, ut *Scholiast.* innuit. *Aristoph.* quem citat ille, in Nub. 867. 868. pro *adsueto*, vel *cum molestia experto* adhibuit, unde tamen non sequeretur, id *callidum* significare, ut versio Parisina habet; inesse tamen eam vim voci, etiam ex composito ἐπίτριπτος patet, de quo vid. *Spanh.* ad *Aristoph.* Plut. 275. Ὡς σεμνὸς ὁ ἐπίτριπτος; *quam serio vultu haec dicit veterator.* Ibique ex *Soph.* Aj. 104. ἐπίτριπτον κίναδος, *callida, scelesta, vulpecula*; eoque putat respexisse *Andociden* Orat. I. p. 222. ὦ συκοφάντα καὶ ἐπίτριπτον κίναδος. *Girardus Aristophanis* verba vertit, *comminuendus* et *perdendus*, vel nimis proprie ad verbum τρίβω respiciens, vel quia in eodem versu

Aristophanis sequitur de poena, qua dignus esset, nimirum, *αἱ κνῆμαι δέ σου βοῶσιν Ἰού, Ἰού, τὰς χοίνικας, καὶ τὰς πέδας ποθοῦσαι.* Sed alii interprett. rectius *ἐπίτριπτος,* quasi multo usu *tritus, callidus.* Si jam *scelestus, veterator,* alibi vertere voles, licet. Ita *Noster* in Diall. Mortt. et Jov. tragoed. *περίτριμμα δικῶν, rabula litium,* et *Demosth.* de Cor. p. 160. *περίτριμμα ἀγορᾶς,* notante ibid. *Spank.* Vid. iterum *Aristoph.* Nub. 446. ubi *Kuster.* duo alia ex eodem testimonia adfert. Reitz.

Ead. l. 5. *Ἐν τῷ τυχεῖν*) Haec sic dixit *Heliod.* lib. 1. *κόρος γὰρ ἔρωτος τῶν ἔργων τὸ τέλος.* Bourd.

Ead. l. 7. *Ἐπ' ἐλπίδος ἀεὶ τὸν ἐραστὴν ἔχουσι*] *Schaeferus* Meletemm. p. 92. *ὀχοῦσι* scribendum putat, et de formula *ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖν* et *ὀχεῖσθαι* adiri jubet *Porson.* ad Eurip. Orest. v. 68. Addi possunt *Wyttenbach.* ad *Platon.* Phaedon. p. 227. et *Astius* ad *Plat.* de Legg. p. 189. Verum etsi magna quadam probabilitate gaudeat conjectura illa, recipere tamen eam, tamquam certam, non videbar mihi debere. Quemadmodum enim *ὁ ἐπὶ τῶν φροντίδων* (int. *ὤν*) Diall. Mortt. X, 8. et *βαδίζειν ἐπὶ συννοίας* Cronos. cap. 11. bene a nostro scriptore dicitur, ita non minus bene arbitror eundem dicere potuisse *ἐπ' ἐλπίδος τινὰ ἔχειν*, quo exprimeretur illud, quod alibi idem amat, *ἐπελπίζειν*, de quo vid. Adnot. ad Diall. Mortt. V, 2. vel quod *Sallustius* Latine elocutus est, *spe attinere aliquem*, mit der Hoffnung hinhalten. Vid. *Cort.* ad Iug. c. 108. sub fin. Lehm.

Ead. l. 9. *Ἀνέραστος — γένηται*) Ita M. et impr. Sed debuit esse *ἀνέραστοι γένωνται.* Solan.

Ead. l. 11. *Πολυτελῶς*) Sic necessario legendum; quod et *Vorstius* vidit, et in suo Codice emendavit. In omnibus legitur *πολυτελῶν.* Solan. Confirmat Adverbium Codex 2956., qui idem sermonem paullo concisiorem explet praemissis vocibus *ποτε αὐτῶν.* *Schmiederum* in iis recipiendis non dubitabam sequi. Lehm.

Ibid. *Εἶτ' ἔλαθον ἄφνω*) Vulgo legitur, *εἶτ' ἔλαθον ἄφνω γηράσαντες, ἔξωροι γενόμενοι·* prorsus ita, ac *Graevius* in notis p. 970. legendum esse monuerat, habet ed. Flor. nimirum *ἄμφω* pro *ἄφνω*, quod ceteras editiones pervasit. Jens. *Ἄμφω*) *Ἄφνω* editum est, menda vero tam aperta, qui potuit tot editores effugere, praesertim cum Latinus interpres veram lectionem in suo libro reperisse videatur. Nam *εἶτ' ἔλαθον ἄφνω γηράσαντες, ἔξωροι γενόμενοι, καὶ οὗτος τοῦ ἐρᾶν, κἀκεῖνος τοῦ μεταδιδόναι,* legendum *εἶτ' ἔλαθον ἄμφω γηράσαντες.*

Recte Latinus: *donec imprudentes ambo senuerint.* GRAEV. Ἄμφω W. L. P. Fl. et Par. recte. Reliquae ἄφνω. SOLAN.

Ead. l. 12. Ἔξωροι) Ut passim in Diall. Mortt. et alibi, contra ἄνθος ὥρας. *Lucian.* alibi. *Dion.* in Julio. BOURD.

Ead. l. 14. Πέρα τῆς ἐλπίδος) Viderint alii. Ego legendum censeo παρ' ἐλπίδα. SOLAN. Quia constans est lectio, nihil mutavi; interim *Solano* adsentior jubenti παρὰ legi. Nam etsi infra cap. 24. med. recte legatur, πέρα τοῦ μετρίως ἔχοντος, ac perinde sit, vertasne ibi, *praeter modum*, an, *ultra modum*, et hic quoque πέρα τῆς ἐλπίδος verti queat, *praeter spem*; tamen non idem est πέρα quod παρὰ, quin plane diversus sit sensus, cum, πέρα τῆς ἐλπίδος si legas, significaret *Lucianus*, eos id quidem, quod speraverant, adeptos, sed nihil ultra. Si vero παρὰ legeris, significabit, eos nihil ejus adeptos, quod speraverant, sed spe mera lactatos, sive, eos nihil nisi spem accepisse; et hoc voluit. REITZ. Fallitur *Reitzius.* Πέπρακται οὐδὲν αὐτοῖς παρ' ἐλπίδα foret: *nihil iis actum est praeter spem*, h. e. omnia proposita iis ita successerunt, ut speraverant. Quod toto coelo ab eo differt, quod vere vult auctor. Contra πέρα τῆς ἐλπίδος οὐδὲν αὐτοῖς πέπρακται est: *ultra spem iis nihil actum est*; h. e. per totam vitam nihil perfecerunt, nisi ut spem foverent inanem; numquam nacti sunt revera, quae concupiverant, et vero speraverant. Idque unice menti auctoris convenit. Deceptus *Reitzius* perversa phraseos πέρα τοῦ μετρίως ἔχοντος comparatione, quam sane perinde est vertasne, *ultra modum,* an, *praeter modum.* Verum inter πέρα τῆς ἐλπίδος et παρ' ἐλπίδα aliquantum est discriminis, quod et ipsum, ut jam patet, *Reitzio* fraudi fuit. Explodenda itaque potius sine ambagibus erat *Solani* conjectura, quam ullo modo commendanda. Explosa etiam ab erudito censore edit. *Reitz.* in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 247., qui tamen *Solani* sententiam praeter veritatem refert. LEHM.

Pag. 240. l. 2. Θεραπεύῃ) Mihi placebat θηρεύῃ, venetur. GESN. Vult haud dubie *Gesnerus* θηρεύει. Sed tuetur vulgatam Censor edit. *Reitz.* in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. pag. 253. et provocat ad locum Qu. Hist. Conscr. c. 13. ubi θεραπεύειν eodem sensu, quamquam alia structura, ponatur. Sed eandem prorsus phrasin, idemque plane significantem, ἡδονὴν θεραπεύειν, habes Bis Accus. c. 21. LEHM.

Ead. l. 4. Ἐχέτω) Legitur hic locus vulgo ita: ἐχέτω τινὰ συγγνώμην αὐτοῖς, εἰ ἐπιτυγχάνοιτο· ubi primum desideratur nominativus verbi ἐχέτω, deinde male respondet dativus

αὐτοῖς singularibus vel praecedentibus, vel sequenti proxime ἐπιτυγχάνοιτο. Itaque converti, ac si legatur ἐχέτω, ille, de quo dicimus, τινὰ συγγνώμην, αὐτῆς, ἡδονῆς, εἰ ἐπιτυγχάνοιτο· nec dubito, quin ita *Lucianus* dederit. Gesn. Etsi paullo difficilior videtur vulgata, quam si cum *Gesn.* legeris αὐτῆς· tamen commodus est sensus vulgatae, cum ἐχέτω τινὰ συγγνώμην αὐτοῖς significet: *Habeto*, sive, *des tamen aliquam iis veniam*, εἰ ἐπιτυγχάνοιτο, *si contigerit*, nempe id, *quod cupiunt.* Adeoque neque cum *Solano* opus erit ἐπιτυγχάνοιντο legere, nec quaerere, quo αὐτοῖς referatur: nam ad eos *homines* pertinet, qui voluptatem sectantur, de quibus ante dixit; et pergit etiam in plurali personae, mox ὁρῶντας dicens. Nec refert, quod ejusmodi pluralis non expresse praecedat ante αὐτοῖς, sed τις tantum; nam singularis bis ter repetita enarratio tanto facilius pluralem feret, quanto illud praecedens τις est magis generale, et quasi collectivum. Immo et dativus personae huic phrasi est accommodatior; vid. supra Piscat. c. 26. Εἶχε γὰρ ἄν τινα συγγνώμην αὐτῷ τὸ πρᾶγμα, εἰ ἀμυνόμενος — ἔδρασε. Itaque et hic τὸ πρᾶγμα poteris intelligere, et exponere, *haec res illis veniam tribuat* etc. Reitz. Ἐχέτω τινὰ συγγνώμην exposui *habeto*, sive *des iis veniam*; at non est secundae, verum tertiae pers. ἐχέτω. Nec ego aliter accepi; sed ut generaliter dicitur, *credas*, *crederes*, pro *credat quis.* Idem *in Addend.* Corruptum esse totum locum, arguit tam ipsa ejus indoles, quam Codicis 2956. lectio, τότε τὸ δὲ δι' ἡδονῆς etc. quae, per se ineptissima, hoc certe indicat, τότε, quod ad sequentia referri nequeat, cum antecedentibus nectendum esse; ostendit nunc etiam, unde mira ista forma ἐπιτυγχάνοιτο originem duxerit. Scilicet syllaba το ex τότε juncta per imprudentiam cum genuina voce ἐπιτυγχάνοι. Jam legas ἐπιτυγχάνοι ποτέ, nec erit, quod cum *Forstio*, *Soleno* et *Belino* corrigendum putes ἐπιτυγχάνοιντο. Plurali autem tanto minus opus est, quum αὐτοῖς falso legatur, quidquid narret *Reitzius.* Nam πρᾶγμα illud, quod Pisc, c. 26. in simili sermone additur, h. l. non debebat deficere, si eandem, atque illic, velles exprimi sententiam. Imo in ἐχέτω subjectum est ipse ille τὶς, de quo agitur; et nunc pro incommodo αὐτοῖς succurrit opportune, quod in Long. Exc. est, αὐτῆς, *veniam is habeat ejus*, (voluptatis) *siquidem ea tandem potiatur.* In hunc modum recte interpretatus est *Gesnerus*, et edidit *Schmiederus.* Lehm.

Ead. l. 5. Ἐπιτυγχάνοιτο) *Forstius* ἐπιτυγχάνοιντο· quod probo. Solan.

Ead. l. 14. Πρὸς τῷ ἡδεῖ ἐκείνῳ τῆς ψυχῆς δια

τριβούσης] Ita W. V. 2954. et hinc *Schmied.* Olim fuerat πρὸς τὸ ἡδὺ ἐκεῖνο etc., quod quum ad bonam Graecitatem difficulter referri posse videretur, pro πρὸς in marg. A. 1. W. scriptum conjecturae, opinor, instar reperitur περί. Verum πρός τινι πράγματι εἶναι, vel διατρίβειν, phrases sunt a nostro scriptore haud prorsus alienae, ubi velis, *occupatum esse in aliqua re, mente intenta et quasi infixa.* Cf. Diall. Deorr. XIX. extr. Tetigit itaque rem versio Latina, quamquam pravam secuta lectionem, πρὸς τὸ ἡδὺ ἐκεῖνο. *Belinus* vero, probam sui Codicis lectionem amplexus, a vero longe aberravit, reddens: *supra hanc voluptatem immorabatur anima.* Cogitavit scilicet sibi eam Praepositionis πρὸς cum tertio casu junctae potestatem, qua additionem aliquam significat, ut in illo πρὸς τούτοις, et similibus. Lehm.

Pag. 241. l. 2. *Τοῦ κἂν αὐτὸν*) Legendum τοῦ κἂν αὐτῷ παραγεύσασθαί ποτε δίδοσθαι, si aliquid dixisse velimus *Lucianum.* Gesn. Re denuo perpensa illud αὐτὸν ferri posse arbitror, tanquam accusativum ab infinitivo παραγεύσασθαι pendentem. Sed qui praeterito locus sit in spe, nullus video. Itaque puto, quod dixi, legendum δίδοσθαι. Idem *in Addend.* Pro κἂν Ms. Reg. 2956. rectius legit καί. Αὐτὸν δεδόσθαι sc. τὸν λωτὸν Attice vult positum *Belin.* pro αὐτῷ. Exempla collegit idem vir doct. in Animadv. ad *Oppian.* de Ven. I. v. 10. Bip. Κἂν facilius a librariis in καὶ, quam καὶ in κἂν, mutari potuit. H. l. ἂν, quod est in κἂν, cum Infinitivo δεδόσθαι cohaeret, atque adeo eadem h. l. ratio est, de qua actum in Varr. Lectt. ad Charon. c. 17. Δεδόσθαι autem Praeteritum cum verbo sperandi junctum non minus ferri potest, quam ἐλπίζοντα γενέσθαι Ἄνουβιν Diall. Mortt. XIII, 3. et προμαντευομένους οὕτω γενέσθαι ταῦτα Ibid. XI, 3. ubi vid. not. Denique αὐτὸν recte censet *Belinus* positum esse pro αὐτῷ. Eodem modo capiendum, quod frequentius occurrit, ὁ ἐπιτετραμμένος τι, *cui aliquid est commissum, mandatum.* vid. Nigr. c. 34. Toxar. c. 33. Ad παραγεύσασθαι vero facile e prioribus suppleri potest λωτόν. Lehm.

Ead. l. 3. *Δεδόσθαι*) Probo, quod in Fl. et J. est δεδέσθαι; quamvis etiam Mss. P. M. et V. praeferant vulgatam. Solan.

Ead. l. 4. *Πληγῶν — Ὁμηρ.*) Apud Paroemiographos frustra quaeras. Vide, an ad librum alludat, cui, teste *Suida*, *Ptolemaeus* Grammaticus titulum fecerat περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πληγῶν. Adde et Herc. c. 7. Ὁμηρικὸς νεανίσκος ἐπιπλήξει μοι. Solan. An de plagis interpretatur *Lucianus*, quod Od. IX, 98. de sociis, qui lotum gustaverant, narrat

Ulysses, τοὺς μὲν ἐγὼν ἐπὶ νῆας ἄγον κλαίοντας ἀνάγκῃ κ. τ. λ. Gesn. *Gesnero* et *Wielandius* ac *Belinus* adsentiuntur, nec, puto, temere. Ad sensum loci Homerici, quamquam non ad ipsa verba, respexit h. l. *Lucianus*. Lehm.

Ead. l. 6. *Αυτοὺς*) Dedi αὐτοὺς, invitis Edd. Sed praecedens αὐτοὺς rectum. Reitz.

Ibid. *Φέροντες ἐπιτρ.*) Vide, quae de hac locutione deinde notamus cap. 24. h. Dial. ad verba *φέρων ἀπημπόληκας*. Reitz.

Ead. l. 11. *Καὶ ὑπὲρ τοὺς π.*) *Ac supra vulgi felicitatem.* Brod.

Ead. l. 12. *Τοὐμὸν ἴδιον*) *Quod ad me privatim attinet.* Brod.

Ibid. *Βασιλεῖ τῷ μεγ.*) Vid. supra Vit. Auct. c. 9. Vorst. At hic imperatorem Romanum, ut sexcentis aliis in locis, designat: illic autem regem Persarum. Solan.

Pag. 242. l. 5. *Ἡ καταστροφὴ τοῦ δράματος*) *Erasmus* in proverbio, *Catastrophe fabulae.* Brod.

Ead. l. 9. *Τῆς θυραυλίας*) *Τῆς ἐν ταῖς θύραις προσεδρείας*, ut *θυραυλεῖν πρὸ θυρῶν διατρίβειν*. De his officiis horridulorum comitum dictum passim. Bourd.

Ead. l. 10. *Ἀποκλειόμενον*) Vid. supra Nigrin. cap. 12. Solan. Recte ille ex sua divisione citat; sed quia alia ibi divisio facta, jam est §. 22. ubi vid. not. *Hemsterh.* Reitz.

Ead. l. 12. *Θυρωρῷ — συρίζ.*) Si proba haec scriptura, mens *Luciani* est, quam Latina versio ostendit. At ego aliquid aliud latere suspicor, quo nempe janitoris barbariem notet, uti et mox nomenclatoris. Ut nempe reges Magnatesque hodierni nostri Helvetios suis januis praeficiunt, ita et Romani usi fuerunt Syris; sed tum mutanda vox, et pro συρίζοντι, legendum *Συριάζοντι*, quemadmodum ea vox ab *Origene* c. Cels. VII. sub finem et alibi usurpatur. Certe *barbaris usos esse janitoribus* ex Navig. c. 22. constat. Solan. Quod *Solanus* in verbo posterioris Graecitatis *Συριάζειν* invenit, idem illud in *Συρίζειν* inest, ut mirer, qui offendere potuerit vir eruditus in verbo, quod sono statim suo probissima alia verba ejusdem classis in memoriam revocare potuit, ut *Μηδίζειν*, *Ἑλληνίζειν*, *Ῥωμαΐζειν*, *ξενίζειν*, *βαρβαρίζειν* etc. *Jacobus* in Bibl. Crit. Hildes. T. I. Fasc. 2. et 3. pag. 280. sq. ubi de h. l. copiose agit, non solum hanc verbi vim, sed etiam illam, qua imprimis apud *Nostrum* occurrit, *syringe canendi*, prorsus tacens nonnisi de forma συρίττειν, ejusque potestate *sibilandi* et *exsibilandi* disserit, et docet eam ab h. l. alienam esse. Venit tandem eo, ut *Lucianum* existimet scri-

psisse *κακῷ Σύρῳ ὄντι*, quam admodum languidam *περιττολογίαν* equidem elegantissimo scriptori obtrudere noluerim; idque tanto aegrius, quum *Lucianus* ipse non solum fuerit *Syrus* natu, sed etiam in scriptis suis hanc patriam suam saepius profiteatur. Imo janitorem istum dicit *κακῶς Συρίζοντα*, quatenus sermoni suo Latino passim voces et sonos admisceat e patrio solo petitos, *male, misere, perdite, syrissantem*, ein hauderwelscher Syrischer Thuerhueter, ut bene *Wielandius*, *Gesnerum* secutus. Hanc simplicissimam, opinor, explicationem neque nunc quidem, cur mittam, video, postquam humanissimus *Jacobus* nuper in literis ad me missis conjecturam suam argumentis imprimis e facilitate emendationis suae repetitis stabilire studuit. *Belinus* recte quidem verba in Francogallicum sermonem convertit, sed notavit simul, se a vulgata lectione *Συρίζοντι* recessisse, et *Solani* emendationem secutum esse. Ergo et hic verbi *Συρίζειν* vim non sane latentem ignoravit. Lehm.

Ibid. *'Ονομα. ἤτορι Λιβυκῷ*) Hac de re *Casaub.* ad *Suet.* ubi de servis Syris. *Savar.* ad *Sid.* dixi ad *Petron.* Bourd. Praeter *Casaub.* ad *Suet.* Aug. c. 19. vid. *Plut.* in Cat. 526, 1. ubi *ὀνοματολόγοι* audiunt, et *Hor.* Ep. I, 6.

Si fortunatum species et gratia praestat,
Mercemur servum, qui dictet nomina, laevum,
Qui fodiat latus etc.

Sed *Afros* huic ministerio potissimum, ut *Syros* illi, adhibitos, an ex aliis etiam constet, nescio. Solan. *Afro nomenclatori*, *Brod.* Miscell. IX. c. 13. Unde patet, eum quoque *ὄνομα* et *κλήτορι* discretim legisse; frustra. Reitz.

Pag. 243. l. 2. *Χρώματα*) Vetustissimus itaque et a Romanis usque traditus, qui hodie quoque obtinet, mos, ut familiae Magnatum certis coloribus distinctae apparerent: in eo solum diversi, quod omnes tunc, nunc inferioris tantum ordinis famuli insignia ista gerant. Solan. Hoc certe probabilius sumere licet, quam quod *Belinus* factionum colores huc, paene ridicule, trahit. Ostendit quidem ista Romanis in eligendis factionum coloribus usitata varietas, nobiles ac potentes amasse proprium quemque suum colorem. Sed eundem a gladiatoribus etiam ad parasitos heri literatos extendere velle, plus quam audax, opinor, fuerit. Lehm.

Ead. l. 3. *Οἷς ἂν ἐκείνοις*) Castigo *ἐκεῖνος*. Brod. loc. modo adducto. Sed *ἐκεῖνος* ego in omnibus jam inveni. Reitz. Fortasse *Brodaeus* usus est Aldina 2., ubi *ἐκείνοις* editum, typothetae culpa. Lehm.

Ead. l. 8. *Εἴρηται*) Nimirum lego *ἔρηται*· *εἴρηται* nondum observavi active positum; melius ad *ἔρηται* convenit accusativus; postulatur hic conjunctivus modus etc. Ceterum tale genus sermonum est *Horat.* Sat. 2, 6, 44. *Hora quota est? Threx est Gallina Syro par? Matutina parum cautos jam frigora mordent, et quae rimosa bene deponuntur in aure.* GESN. *Ἔρηται* Mss. Regg. 2956 et 3011. BIP. Sic et A. 1. et. 2., unde jam *Wolfius* restituerat legitimam formam, quam a Pariss. Mss. postea etiam *Schmiederus* recepit. Vitium vulgatum *εἴρηται* in B. 1. reperitur, unde ceteras opinor sumsisse. LEHM.

Ibid. *Τότε δὴ τότε*) Confer supra de Sacrif. §. 14. pr. *τότε δὴ τότε ὄψει πολλὰ* etc. Et videbis, posteriora *δὴ τότε* hic in Merc. cond. male omissa in ed. *Benedict.* REITZ.

Ead. l. 15. *Καταδικάσας*) *Κατηγορήσας*. BOURD.

Pag. 244. l. 1. *Πολλὰς μὲν ἀΰπνους* etc.) *Hom.* Il. IX. 325. SOLAN.

Ead. l. 2. *Ἤματα δ' αἱματόεντα*) *Hom.* Il. IX.

Ὡς καὶ ἐγὼ πολλὰς μὲν ἀΰπνους νύκτας ἴαυον,
Ἤματα δ' αἱματ.

BROD.

Ead. l. 4. *Ἀλλὰ τῶν ἐλπιζομένων πέντε ὀβολῶν*) Ex hoc loco licet conjicere, temporibus *Luciani* quinque obolos Graecos aestimatos fuisse centum quadrantibus Romanis, et idem potuisse. Nam omnia officia salutationum et deductionum, quae regibus suis praebebantur a clientibus et parasitis, mercedem habebant diurnam sportulam, vel coenam rectam, vel ut plurimum, centum quadrantes, ut apud *Martialem* passim discimus, quam summam Graecis suis videtur *Lucianus* per *πέντε ὀβολοὺς* exprimere voluisse. PALM. Conf. infra c. 24. SOLAN.

Ead. l. 5. *Τραγικοῦ τινος θεοῦ*) Affine est adagium huic, *Deus e machina.* BROD. Unde et *θεὸς ἀπὸ μηχανῆς* in proverbium abiit. SOLAN.

Ead. l. 11. *Ἀνάγκη τοίνυν* etc.) Verterem: *Necesse est igitur, ut animus tuus nunc huc, nunc illuc dividatur, cum modo rivalibus tuis invideas, (fac enim et alios earundem rerum esse competitores) modo existimes, te non omnia, uti par erat, dixisse, modo metuas et speres.* Ita sensus liquidior, quam in vetere versione, ubi etiam parenthesis iniquo erat collocata loco. L. BOS.

Pag. 245. l. 1. *Ἀκούοι*) Sic M. et V. quod in aliis prave scribitur *ἀκούει*. SOLAN.

Ead. l. 4. *Ἐν βαθεῖ πώγωνι*) Vid. nos supra ad Pisc. c. 41. Adde eandem significationem τοῦ *βαθὺς* ex *Simonid.* carm. I.

qui *κόμαν βαθεῖαν* similiter dixit: *Nostrum* infra c. 19. et saepe alibi. Reitz.

Ead. l. 10. *Ἐκ τῶν Διὸς δέλτων*) *Erasmus* in paroemia, *ex Jovis tabulis testis.* Brod. Proverb. Bourd.

Ead. l. 13. *Καὶ δὴ εὐτύχηταί σοι πάντα ἐκ τυχῆς μείζονος*) Leg. ex Ms. *καὶ δὴ εὐτύχηταί σοι πάντα. εὐτυχεῖς μειζόνως. Age omnia tibi succedunt. Mirum in modum felix es.* Graev. *Τῆς εὐχῆς μειζόνως*) Impressi omnes ἐκ τυχῆς μείζονος. At in diversa abeunt Codd. Mss. L. τυχεῖς μειζόνως. G. P. M. et V. εὐτυχεῖς μειζόνως, nisi quod in M. in voce εὐτυχεῖς extremum illud εῖς erat ῆς a prima manu. Scriptura illa Codd. Mss. supra jam dicta repetens corruptelam satis indicat, cui vulgata medicinam facere voluit, ut non prorsus infeliciter, ita minus, ut puto, vere. Nostram emendationem per se jam satis liquidam confirmabunt sequentia *Luciani* loca inspecta: hoc ipso libello c. 6. *Εὐχῇ γὰρ ἂν ἐοικότα εἴη ταῦτά γε·* et c. 13. *τοῦτο δὴ τὸ τῆς εὐχῆς.* Et in Herod. ipso fere initio, *μεῖζον γὰρ εὐχῆς τοῦτό γε.* Confer etiam Alex. c. 9. (imo c. 8. secundum veterem quidem lectionem) et 26. Solan.

Pag. 246. l. 6. *Καὶ ἔστεψαι τὰ Ὀλύμπια*) Sic in Tim. Bourd. Dicit forsan *Brodaeus* Timon. c. 50. Sed propius ad hujus loci phrasin accedit, quod de Nerone dicitur Ner. cap. 2. *ἐβούλετο δὲ καὶ τὰ Ὀλύμπια στεφανοῦσθαι.* Lehm.

Ead. l. 8. *Ἀμαλθείας κέρας*) *Erasmus* in adagio, *Copiae cornu.* Brod.

Ibid. *Ἀμέλξεις ὀρνίθων γάλα*) Idem in proverbio, *Lac gallinaceum.* Brod. Paroem. *ἐπὶ τῶν ὑπερφυῶν ἀγαθῶν.* Bourd. Proverbium est, de quo vid. *Aristoph. Schol.* p. 465. E. (i. e. ad Vesp. v. 506.) *Strab.* XIV. De Samo p. m. 439. C. De cornu Copiae, *Apollod.* L. 2. p. 59. B. qui et hoc ex Pherecyde habet: *Δύναμιν ἔχει τοιαύτην, ὥστε βρωτὸν ἢ ποτὸν, ὅπερ εὔξαιτό τις, παρέχειν ἄπονον.* De hoc cornu duae sunt Mythologorum traditiones. Alii enim ad Acheloi cornu referunt, cujus notissima fabula est. Alii ad capram, quae Jovem lactavit, *Amaltheam* nomine; quae posterior ratio cum nomine Graeco optime convenit. *Philemonis* tamen aetate *Cornu bovinum* a pictoribus vulgo fingebatur; vid. fragm. ejus p. 322. Et *Ovid.* Fast. V, 115. Ne autem forte existimes, solis Romanis fabulam illam Acheloi traditam, adi etiam, si lubet, *Diod. Sic.* IV. p. 241. et *Apollod.* l. c. Solan.

Ead. l. 10. *Φύλλινος στέφανος*) Metaphora ab athletis, qui oleastro, lauro, vel apio coronabantur. Brod.

Ead. l. 14. *Τὸ τῆς εὐχῆς*) Eodem alludere iterum vide-

tur Paras. c. 11. ubi ex Ulyssis fabula petitum videri vult. Solan.

Ead. l. 15. *Ἀποτείναντα τὼ πόδε*) *Erasmus* in adagio. *porrectis dormire pedibus.* Brod. Quod p. 237. dixit ἐξυπτιάζοντα. Sic in Paras. ὕπτιος ἀφεικώς. tangit *Casaub.* ad lib. 2. *Suet.* Bourd.

Pag. 247. l. 8. *Προτέλεια*) Metaphorice sumit προτέλειαν, ut patet apud *Hesych.* Alii dixerunt πρωτοτέλειαν, ut patet apud *Achill. Tat.* lib. 2 *Scholiast. Aeschyli* ad Agamn. Bourd. Vid. etiam *Suidas.* s. h. v. Sed ex his omnibus, ut et e nostro loco, patet, non de προτελείᾳ, sed de προτελείοις, loqui debuisse *Bourdelotium.* Nam etiam in *Hesychio* πολυτέλεια, neutro genere, non πολυτελεία, feminino, legendum esse, docuerunt Commentatores. Ceterum eadem sacra, vel eaedem epulae sacrificiales, dicebantur etiam προγάμεια, teste *Polluce*, quasi ad praeludendum nuptiis institutae. Unde sensus scriptoris nostri, eleganti ac paene jocosa oratione involutus, perspicietur. Lehm.

Ead. l. 11. *Δοκῆς*) Emendatio *Vorstii*, quam firmat M. Codicis auctoritas. Solan.

Ead. l. 12. *Ἀκκισάμενος*) De iis usurpatur, qui cum indignatione ea renuere videntur, quae cupiunt maxime. *Vorstius* tamen emendabat ἀποσεισάμενος, quod minime probo: verum id ab eo factum esse video, qui veram scripturam non viderat; in *B.* 2. enim, qua utebatur, scriptum est depravatissime ἀκισάμενος. Sed proba est vulgata, et in M. etiam reperitur. Solan.

Ibid. *Καὶ ἄπαγε*) *Apage.* Servi oratio est, pecuniam accipere nolentis. Brod.

Ibid. *Παρὰ σοῦ*) *Abs te ego quidquam sumam?* Brod.

Ead. l. 13. *Ὑπειπὼν*) Sic M. In reliquis ἐπειπών. Solan.

Ibid. *Τέλος ἐπείσθη*) *Tandem flectitur.* Brod.

Ead. l. 14. *Καὶ ἄπεισί σοι*) *Ac discedit, te late diducto ore ridens.* Brod.

Ibid. *Ἐγχανὼν*) Vid. supr. Diall. Mortt. V. med. Solan. Erravit *Solanus*, levius inspiciens locum citatum, ubi μάτην ἐπιχανόντες hereditatum captatores dicuntur, qui senioris opibus frustra inhient, i. e. avidi earum sint inutili opera. Sed ἐγχαίνειν πλατὺ h. l. longe aliud significat; est scilicet ejus, qui, ut bene *Brodaeus* vertit, *late diducto ore alterum deridet.* Sic De Mort. Peregr. c. 13. πλούσιος, ἰδιώταις ἀνθρώποις ἐγχανών. ubi vid. *T. Fabri* not. Sed *Solanus* ibi, dum errorem hic ab ipso commissum agnoscit et confitetur, in alium non magis condonandum labitur; verba enim haec no-

stra interpretatur: *emuncta*, scil. pecunia. Imo σοὶ est objectum cavillationis, non pecunia, ut non solum textus fert, sed etiam omnis rei indoles. Lehm.

Ead. l. 15. Ὡς) Sic M. ut Quom. Hist. Conscr. c. 12. et saepius apud nostrum aliosque probos scriptores. Aberat in reliquis. Solan.

Ibid. Κοσμιώτατα σχηματίσας) Sic in Gall. explicat illud verbis seq. Bourd.

Pag. 248. l. 4. Ὑπὲρ τοῦ πλ.) Omnino legendum ὑπὸ τῷ πλουσίῳ, quomodo usurpat Conviv. c. 9. vel ὑπὸ τὸν πλούσιον, ut hic c. 34. ὑπὸ τὸν πώγωνα. Nam supra divitem ipsum accubuisse ut credam, adduci haud facile possum, ut qui sciam, contra morem veterum hoc esse. Vid. Conviv. c. 9. et *Theophr.* Char. π. μικροφιλοτ. p. 57. C. Infra notat, supra reliquos convivas accubuisse. Solan. Emendatione *Solani* nihil opus esse, recte monuit doctiss. *Belinus*. Medius enim inter convivas accumbebat dominus. Conf. *Petr. Ciacconius* de Triclinio p. 47. sqq. ed. Amst. 1664. Bip. Nec *Guil. Langius* necessariam esse censet *Solani* emendationem; fieri enim facile potuisse, ut domini urbanitas talem convivarum ordinem praeceperit, conferri jubet *Plut.* Symp. I, 2, 3. sq. et *Xenoph.* Cyrop. VIII, 4, 3. Lehm.

Ead. l. 6. Τοῦ Διὸς τὸν οἶκον) Tangit *Heliod.* l. 2. Bourd. Vid. *Homer.* Od. Δ, 75. Solan.

Ibid. Τεθαύμακας) Et apud *Cicer.* in parad. Bourd.

Ead. l. 11. Εἰ πολλάκις ἐκ περιωπῆς ἀποβλέψεις) *Limis oculis.* Brod. Ἐκ φροντίδος, περισκέψεως. Bourd. Ἢ εἰς παλλακάς. Marcil. Attenta consideratione, *circumspicientia*, *Gellius.* πρόσοψις *Hesych.* Vorst. Ms. Reg. 2954. ad v. ἐκ περιωπῆς adscriptum habet Scholion: ἐκ φροντίδος, ἢ περισκέψεως. Bip. *Marcilii* meretricibus non opus habemus. Oratio concisa est, dominoque tum imperioso, tum suspicioso, accommodata. Παῖδας vero, qui modo commemorabantur, *Wielandius* et *Belinus* de *liberis* hospitis intellexerunt. Rectius Latinus interpres *pueros* vertit: in suspicione enim bonus novitius habetur μοιχείας ἢ παιδεραστίας. Vid. c. 12. Et infra c. 16. iidem dicuntur μειράκια ὡραῖα διακονούμενα etc. Liberis nullus hic locus. Contra minus apte paullo inferius τὰ ὄψα Latinus interpres per *fructus* reddidit, cujus quidem criminis eum simul cum ejus servis interpretibus, *Franklino* et *Massievio*, haud lenissime notavit *Wielandius*, cui tamen et ipsi nonnunquam placuit, interpretationem potius Latinam, quam textum Graecum, exprimere. Lehm.

Ead. l. 13. *Ἐκπεπληγμένον*) Iterum infra c. 42. Solan. Quid opus tam procul ablegare lectorem, ad verbum notissimum quaerendum, cum idem ante pedes sit c. 16. pr. Reitz.

Pag. 249. l. 1. *Καὶ τὸ χειρόμ. τ.*) *Καὶ* ex *J.* est. W. Fl. et *J.* habent *τιθέμενοι* pro *τιθέμενον*. Delevimus autem aliud *καὶ*, quod prorsus inconcinne in omnibus impressis, excepta ed. *Flor.* ante *τὸ καινὸν* legebatur, (editum enim erat *καὶ τὸ καινὸν εἶναί σοι τὸ χειρόμακτρον τιθέμενον*. Sed *Junt.* bis habebat *καὶ*, nempe ante *τὸ καινὸν*, et ante *τὸ χειρ.*) M. etiam a prima manu non agnoscebat. Solan.

Ibid. *Χειρόμακτρον*) Hanc vocem ex *Hesych.* interpretatur *Casaub.* c. ult. lin. 9. Animad. ad *Athen.* Profert hanc *Lucian.* saepe alibi. Bourd.

Ead. l. 3. *Μήτε τῶν ὄψων παρατεθέντων ποικίλων καὶ πρός τινα τάξιν ἐσκευασμένων*] Ita verba ad *Schmiederi* exemplum expleta dedi e Cod. 2956., unde inserui *καὶ*, vulgo omissum. Neque nunc opus erit, ut cum *Courierio* ad Luc. Asin. p. 296. *ποικίλων* in *ποικίλως* mutemus, et verba ita construamus, ut *ποικίλως* ad *ἐσκευασμένων*, *πρός τινα τάξιν* vero ad *παρατεθέντων*, referatur. Quam verborum transpositionem ingeniosus vir exemplis illustrat similibus, ex Lucii Asino petitis. Sed h. l jam *τὰ ὄψα* dicuntur et *ποικίλα*, (*varii generis*) et secundum ordinem quendam apparata, h. e. disposita. Lehm.

Ead. l. 11. *Τὸ μηδὲν ὢν*) Rarior haec phrasis; occurrit tamen iterum in Bis Acc. c. 20. *τάχιστα ἂν γνωσθείη τὸ μηδὲν οὖσα*. Et in Pisc. c. 25. Vid. et *Plat.* 334. E. Solan. De phrasi opposita *εἶναί τι* agentes supra ad Reviv. c. 6. etiam de hac nonnihil diximus. Reitz. Diall. Mortt. XII, 2. *ὅσοι τὸ μηδὲν ἐξ ἀρχῆς ὄντες* etc. Lehm.

Ibid. *Εἶτα ζῇν*) *Ζῇν* interpretati sunt viri doctissimi. Bourd.

Pag. 250. l. 1. *Τὸν βίον*) *Τοῦ βιοῦν. προπόσεως*. Hanc vocem interpretati *Casaubon.* ad *Athen.* *Herald.* ad *Mart.* Bourd.

Ead. l. 2. *Διονύσια*) *Bacchanalia*; convivia hujusmodi. Brod.

Ead. l. 3. *Μειράκια ὡραῖα*) Plures Romani, quam Athenienses, alebant, apud quos etiam legibus, ne plures haberent, cautum erat. Vid. *Casaubon.* ad *Theophr.* Char. p. 248. qui Tatianum adducit querentem, Romanos *παίδων ἀγέλας ὥσπερ ἵππων φορβάδας συναγείρειν*. Et *Clementis* similem querelam, *οἰνοχόων τε ὅμιλος ἀσκεῖται παρ᾽ αὐτοῖς καὶ μειρακίων*

ὡραίων ἀγέλαι, καθάπερ θρεμμάτων, παρ' ὧν ἀμέλγονται τὸ κάλλος. Solan.

Ead. l. 7. Οὐ νέμεσις) *Hom.* Il. Γ, 156. Brod. Alium in finem iidem versus Homerici tanguntur Diall. Mortt. XVIII, 2. Lehm.

Ead. l. 9. Τινὰ αἰτήσας) Sic M. optime, non ut in aliis est, τις. De ipso patre familias enim dici sequentia arguunt, cum invidia et offensio ceterorum sequatur exhibitum ei hoc facto honorem. Solan. Ejusdem sententiae et *Guil. Langius* esse videtur in libello saepius laudato p. 24. Lehm.

Ead. l. 15. Πολυετῆ δουλείαν ἠντληκότων) Vide, quid dixerim ad hunc *Petron.* locum, *veterem convivam.* Bourd. Confirmat hanc phrasin *Davis.* ad *Cic.* Tusc. Disp. I. c. 49. p. 107. ed. 2. quia *H. Stephanus* Castig. in Cic. p. 35. existimarat, ἐξαντλεῖν πόνους Graece non dici. Nam *Theophil.* ad Autol. L. 2. p. 102. ed. Paris. ὁ ἄνθρωπος ΕΞΗΝΤΛΗΣΕ ΠΟΝΟΝ, ὀδύνην, λύπην. *Eurip.* in Cyclope v. 10. — μεῖζον' ἐξαντλῶ πόνον. Idem Med. 79. Alcest. 354. Androm. 1217. Haec ex *Davisii* notis excerpere non piguit. Sed ἐπαντλεῖν λόγους, *verba fundere,* non ἐξαντλεῖν, (licet vulgo ἐπαντλεῖν oppositum sit τῷ ἐξαντλεῖν) noster infra de Mort. Peregr. c. 5. quod similiter tuetur *Jens.* in Lectt. Luc. p. 367. sq. quodque ibi, si eo usque curam nostram continuare dabitur, inseremus. Reitz.

Pag. 251. l. 4. Ἀνέῳκται) *Patet.* Brod.

Ead. l. 8. Καὶ λιμοῦ πλέως) *Graeculus esuriens.* Menag. Idem Scholion habet *F. Guyet.* Reitz.

Ibid. Λιμοῦ πλέως) An aliquis fame *plenus* est? immo *vacuus.* Sed τὸ *plenum* significare magnitudinem, quilibet videt: sic Latini, *omnia vastitatis plena.* Reitz.

Ead. l. 9. Λευκοῦ ποτε ἄρτου) *Albo pane.* Graecis album panem in deliciis fuisse, locis aliquot testatur *Lucianus.* Apud *Athen.* l. IV. describitur convivium Atticum, in quo commemorantur panes λευκότεροι χιόνος. Graeci panes elegantiores λευκοὺς appellant, sordidiores φαιούς. Cogn. Lepidum est, quod de Hispano homine commemorat alicubi *Wagenseilius,* eum in contubernium principis adsumtum, collare micis panis candidi respersum semper sedulo habuisse, ut viderent scilicet omnes, quo pane vesceretur. Gesn.

Ibid. Νομαδικοῦ ὀρνέου) *Gallinae Africanae* seu *Numidiae. Horatius Afram avem* appellat. *J. Brod.* l. saepe adlato: ita scribit ὀρνέου pro ὄρνιθος, quod quidem parum refert, et *Numidiae* pro *Numidicae.* Reitz.

Ead. l. 11. *Τρίτος ἄλλος*) *E servis quispiam.* Brod.

Pag. 252. l. 1. *Καὶ τοῦ πηλοῦ*) Licet omnes Edd. habeant *καὶ ὑπὸ τοῦ πηλοῦ*, et in Codd. quoque *ὑπὸ* inveniri credam, quia nihil variationis notatum invenio, tamen ejicere praepositionem nullus dubitavi, praeeunte margine *A.* 1. *W.* in qua Codicis lectio erat notata, quae *ὑπὸ* omitteret; tum quia error fuit facilis ob statim sequens *ὑπὸ τῇ κλίνῃ*. Et certe inelegans esset illud bis repetitum *ὑπό*· immo vel solum si esset illud prius *ὑπὸ*, vix concinnam orationem efficeret, etiamsi analogis exemplis videatur posse defendi, quae tamen vereor, ut satis sint convenientia. Sed quod magis audax videbitur, *ἀναπλησθῇ* pro *ἀναπλασθῇ* dedi, mea auctoritate. At ejecta praepositio, sensus, et comparatio cum calceis postulabat, ut *luto oppletus* diceretur, veluti calcei solent. Scio, verbum *πλάσσω* et *ἀναπλάσσω* saepe cum *luto* conjungi, hominesque hinc *πλάσματα πηλοῦ*, *figmenta luti*, vocari. Sed isthoc ipsum scribis fraudi fuit. Quid autem, quaeso, *fingere, refingere* hic cum calceis commune habet? hinc opus figulinum sunt? Facilius hujus mutationis veniam impetrabo, quo minus multa sine auctoritate Codd. aut Edd. antiqq. novare soleo. Sed venia jam nihil opus est: recognita enim ed. *Ald.* video in margine quoque *ἀναπλησθῇ* notatum. Reitz. Puto rectum esse, *ὑπὸ τοῦ πηλοῦ ἀναπλασθῇ*, *a luto obducatur et oblinatur,* atque adeo subigatur refingaturque quodammodo ex ea notione, quam habet *ἐμπλάττειν* apud *Herodot.* II, 73. de Phoenice: et *ἀναπλάσας* de collyrio apud *Nostrum* Alex. c. 21. Gesn. Quomodo in Codd. Pariss. legatur, non liquet: silentio *Belini* paene eo adducor, ut credam *Solani* et *Reitzii* lectionem illis confirmari. Et Gorlitiensis collator tacet. Quidquid sit, omnino subscribo *Gesneri* judicio: comica enim quaedam vis inest in verbo *ἀναπλάττεσθαι*, quod significat, philosophum nostrum, nunc nitentem, mox luto obductum, plane diversam formam prae se laturum esse. Contra si legas *τοῦ πηλοῦ ἀναπλησθῇ*, offendere necesse est, quod statim sequitur in eadem enuntiatione *κόρεων ἀνάπλεως*. Quod autem in marg. A. 1. W. notatum est *τοῦ πηλοῦ ἀναπλησθῇ*, mihi quidem, dum de Codd. Pariss. et Gorl. non constet, conjectura potius nescio cujus viri docti, quam varia lectio, esse videtur. Lehm.

Ead. l. 2. *Ὑπὸ τῇ κλίνῃ*) Laudat. h. l. *Casaub.* ad *Suet.* p. 167. Eandem comparationem alibi repetit *Lucian.* Bourd.

Ead. l. 12. *Αὐτοῦ*) Omnes edd. *αὐτοῦ* spir. leni; sed ego adspiravi. Reitz.

Pag. 253. l. 7. Ὀξυρεγμίαν) In ed. *Par.* ὀξυρεγκίαν legebatur; sed in utroque, quo utor, exemplari, calamo correctum erat, a quo, nescio. Reitz. Quod modo praecessit ἐσθιομένῳ, Activa vi adhibitum, magnopere offendit: nusquam alibi, quod sciam, ita occurrit. Nam Medicorum ille ἕρπης ἐσθιόμενος, i. e. *ulcus serpens et vorans*, de quo exponit *H. Stephan.* Thes. L. Gr. T. I. p. 1258. c. et p. 1909. e., huc certe referri non potest. Placere posset ἐσθιομένων, quam lectionem suppeditant W. Fl. et margo A. 1. W., conjunctum cum Genitivis τοῦ θύμου καὶ τῶν λευκῶν ἁλῶν, nisi verba ὁπηνίκα βούλομαι et omnis loci indoles Dativum flagitarent ad ἔμοιγε referendum; ergo vel ἐσθίοντι, vel ἑστιωμένῳ. Veruntamen et harum vocum neutra, si recipiatur, mihi prorsus satisfecerit. Lehm.

Ead. l. 12. Ἀτραγῴδετα) *Omni fastu atque apparatu carentia.* Brod.

Pag. 254. l. 1. Πεζὰ) *Humilia, tenuia.* Brod.

Ead. l. 3. Ἐμαυτοῦ) Sic W. L. et *Fl.* In reliquis prave ἑαυτοῦ. Solan. At vid. Adnot. ad Catapl. c. 9. Lehm.

Ead. l. 8. Εὐνοίας) Vitiose dederunt posteriores, Οὐχὶ μισθοῦ ἐλπίδι προσελήλυθας ἡμῶν τῇ οἰκίᾳ, τῶν δ' ἄλλων ἕνεκα, τῆς ευοίας τῆς παρ' ἡμῶν. Antiquiores omnes recte εὐνοίας. Ita pag. sequenti, οὐκ εἰδὸς ὅτι τὰ τοιαῦτα, Χεῖλεα μέν τ' ἐδίηνεν ὑπερῴην δ' οὐκ ἐδίηνε, male in novissimis εἰδὸς pro εἰδώς. Deinde versus ille, ut jam vidit *Marcilius*, ita legendus, Χεῖλεα μέν τ' ἐδίην' etc. Est ex Il. *X.* v. 495. ubi plane ita scribitur. Jens.

Ead. l. 11. Ἐν ἑορταῖς) Utpote Saturnalibus. Brod. *Annua* festa, i. e. quaecunque volvente unoquoque anno ab ejus initio ad finem usque, uti instituta publica ferunt, se invicem excipiunt, Graece dicuntur διετήσιοι ἑορταί, quibus comprehenduntur omnia ac singula singulorum annorum solennia. Sed ἐτήσιοι ἑορταὶ sunt festa *anniversaria*, quae eadem eodemque die stato singulis annis recurrunt. Illud quum et paciscentium nostrarum partium menti et consilio optime conveniat, et quatuor quoque Codd. auctoritate commendetur, cum *Schmiedero* lectioni vulgatae praetulimus. Lehm.

Ibid. Εἰκὸς ἡμᾶς παρέξειν) *Jens.* Lectt. Luc. p. 9. bene observat, falli *Thom. Magistrum,* qui εἰκός ἐστι nunquam cum futuro construi narrat; nam et sic iterum *Noster* supra in Nigrin. §. 23. φρονήσειν ἐκείνους εἰκός ἐστι. Reitz.

Pag. 255. l. 5. Τάλαντα καὶ μυριάδας) Vid. iterum in Catapl. c. 17. Solan.

Ead. l. 7. *Σαίνεις — τὴν ὑπόσχεσιν*) *Σαίνειν* proprie canum esse caudam agitantium, et hic ad homines translatum, *blandiri* significare, recte quidem tradit, et exemplis firmat *Elsner.* ad I. Thess. 3, 3. *μηδένα σαίνεσθαι* etc. Verum, cum et haec *Luciani* verba ibidem adferat *σαίνεις ὑπόσχεσιν*, vertatque, *blandiris largis promissis*, videtur per festinationem *ὑποσχέσεσιν* legisse, pro *ὑπόσχεσιν*· quam tamen lectionem non rejicerem, si quis Cod. vel edit. antiqua addiceret. Jam vero *κατὰ* vel *διὰ* videtur intelligendum, ut sit, *blandiris tibi propter pollicitationem.* Vel cum cl. *Gesn.* ad *νομίζεις* referendum. Reitz. Varie explicata et tentata verba nunc paullo uberius explanare licebit. In omnibus, quotquot collati sunt, libris tum editis tum manuscriptis, exceptis modo iis, qui postea commemorabuntur, legitur: *σαίνεις δὲ ὅμως τὴν ὑπόσχεσιν*, et ita quidem, ut post *ὑπόσχεσιν* in Edd. saltem vett. plene interpungatur. Jam hoc quidem facile intelligitur, *τὴν ὑπόσχεσιν* cum antecedentibus esse nectendum, nec cum *Gesnero* ad sequentia referri posse. Nam etsi inconcinnitatem orationis ad *Gesneri* rationem dispositae, admodum illam ingratam, patienter feramus, certe copula, quae utramque enuntiationem necteret, post *ὅμως* desiderari minime debebat. Quid autem nunc est *σαίνεις τὴν ὑπόσχεσιν;* Hanc constructionem bene Graecam esse negans *Belinus* magna cum liberalitate auxilia sua laboranti scilicet loco offert. Suadet, aut *αἰνεῖς δὲ ὅμως τ. ὑπ.* legatur, aut corrigatur *σαίνει δέ σε ὅμως τ. ὑπ.*, aut denique, exhaustis forte suis copiis, nec reprobare se dicit antiquam *Coll.* lectionem *ἐπαινεῖς δὲ ὅμως τὰς ὑποσχέσεις.* Verum Belinianis quidem auxiliis istis nullus omnino hic locus esse potest: *αἰνεῖς* enim, uti jam *Bipontinus* editor animadvertit (Tom. X. p. 221.), magis est poeticum vocabulum, quam quod huic maxime pedestri orationi conveniat. Quod autem secundo loco commendatur, *σαίνει δέ σε ὅμως τὴν ὑπ.*, vertit ea *Belinus*: *il vous flatte, par sa promesse.* At quae tandem ista loci structura. Attende modo: *Ὁ μὲν ταῦτ' εἰπὼν, — πεποίηκε· σὺ δὲ — συνίης μὲν — σαίνει δὲ* (eandem secundam personam, quae in *συνίης* inest, et hic necessario requiri, non sensit Critici vel stupor, vel levitas) — *καὶ τὸ — νομίζεις* etc. Et qualis, obsecro, ipsa sententia! De philosophi, non de domini, indignitate et humilitate sensus agitur; neque adeo, nisi admodum sinistre, ne dicam absurde, *τὸ σαίνειν* tribui potest ei, qui modo dicebatur alterum *τιθασσὸν ἑαυτῷ πεποιημένος*, non ipse *τιθασσὸς γεγενημένος.* Restat tertia ratio, qua probes lectionem *Coll.* *ἐπαινεῖς δὲ ὅμως τὰς ὑποσχέσεις.* Probarunt autem eam, prae-

ter *Belinum* inter varia consilia fluctuantem, *Gailius* in Diverses Traités etc. p. 25. (referente Censore edit. Schmied. Tomi I. in Ephemeridd. Jenenss. a. 1800. Num. 122. p. 240.), forsan etiam idem hic censor, et *Schmiederus* postea ipse in Tom. II. p. XXXVIII., denique *C. G. Jacobus* in Bibl. Crit. Hildes. T. I. Fasc. 2. et 3. p. 280. sq. Nec diffitendum sane, si corrigenda sit omnium omnino praeter *Coll.* librorum lectio, hanc rationem omnium optimam habendam esse. At non est, quod corrigamus ipsius *Luciani* manum. Amavit enim scriptor noster verbum σαίνειν non solum proprio, sed etiam translato, sensu adhibere. Quum enim proprie vel de canibus (ut Fugit. c. 16.) vel de leonibus (ut Diall. Deor. XII, 2.) vel etiam de belluis marinis (ut Philops. c. 34.), caudas adulationis caussa quatientibus, dicatur, maximeque, id quod duo postrema exempla clare docent, feris bestiis, jam domitis et ad mansuetudinem redactis, tribuatur: optime h. l. a libelli auctore σαίνειν dici potuit is, quem modo τιθασσὸν factum significaverat, i. e. remissiorem ac molliorem in iis, quae antea somniasset (ὀνειροπολήσας) sibi postulanda et exspectanda, ingentibus bonis. Quae quidem notio cum universo loco adeo bene convenit, ut prorsus non intelligam, quomodo quis, si non omni judicio careat, ad aliam quamcunque sententiam inclinare potuerit. Verum offendit Accusativus rei, τὴν ὑπόσχεσιν. Quid? aliumne tu, si Graece calleas, et quemnam alium, desiderabis casum, quo caussa τοῦ σαίνειν breviter et graviter exprimatur? Sive σκοπῶν intelligas, sive κατὰ, sive etiam διὰ, σαίνειν τὶ ad genuinum Graecismum exacte dictum de eo, qui adhuc blanditur (et sibi, et domino) ratione illius pollicitationis habita, respiciens mente et revolvens ea, quae modo ipse dominus promisisset. Comice autem id dictum, ut Latine vix imiteris. *Wielandius* vertit: du duckst dich, so gut du kannst. Omisit ergo τὴν ὑπόσχεσιν, quod nollem factum, ne vox superflua forte videretur. Equidem vertissem: Dennoch kirrt dich jenes Versprechen. Ceterum idem *Jacobus*, qui *Schmiederi* negligentiam in describenda hujus loci varietate lectionis notandam putat — at ipse *Schmiederus,* a censore monitus, mox vitiolum istud in Tomo secundo emendavit l. c. — idem, inquam, gravissime labitur eo, quod lectionem σαίνεις, quae communis est omnium librorum, *Belini* et *Schmiederi* conjecturae tribuit, et sub adnotationis suae finem haec addit: „Ceterum verbum σαίνειν in h. l. minus me offenderet, si quis codex vel vetus editio addixerit." Ergo haud dubie nullo

modo offendisset, si, diligentius perspecta loci historia, rem ita, uti est, cognovisset. Lehm.

Ead. l. 10. *Χείλεα μέν τ' ἐδίηνεν*) *Haec labra irrigarunt*, non palatum: haec e summis tantum labris proficiscuntur, non ex animo. Brod. Melius infra est, *χείλεα μέν τ' ἐδίην'*. Marcil. Il. XXII, 495. de Astyanacte primis modo labris degustante poculum. Vult nempe inter suprema labra nata quasi verba, non profecta ex animo. Gesn.

Ibid. *Ἐδίην'*) Sic restituimus, uti apud *Homerum* Il. XXII, 495. recte legitur, quod cum a *Marcilio* jam observatum esset, miror *ἐδίηνεν*, quod omnes turpat Edd. etiam in *S.* retentum. Solan. *Ἐδίηνεν* editum erat, in medio versu, quod mutare nullus dubitavi, quia metrum id postulabat. Reitz.

Ead. l. 13. *Μέσον*) Jam interfuisse amicum unum aut alterum c. praec. monuerat. Hic ergo unus ex his partes hasce suscipit. Vid. iterum Adv. Indoct. c. 29. Solan.

Pag. 256. l. 1. *Ὁμογέρων*) Foedissimo mendo hic inquinatos emendavimus libros: quid enim ad rem quaeso illud, quod praeferunt *ὠμογέρων*; Quid velit apud Homerum, non ignoro, Il. Ψ, 791. neque me latet *Virgilii cruda viridisque senectus*, Aen. VI, 304. et *Tacit.* in vit. Agric. Scio a *Nostro* de anu quadam dictum *ὠμὴ καὶ ἔτι συμπεπηγυῖα* Diall. Meretr. IV. Sed hic locum ista non habent. *Vorstius* margini sui Cod. hoc scholium adscripsit: *οὐκ ἐς τέλειον καιρὸν, ἀλλὰ παρ' ἡλικίαν γεγηρακὼς διὰ λύπην ἢ συμφοράν.* Unde habuerit, incertum. Certe neque verum puto, neque, si esset, ad rem quidquam facere videtur. His jam diu ante scriptis, ita etiam in L. legi, uti emendavi, video. Solan. *Solani* emendationi consentit ipsa Paris. versio, ubi *aequalis* vertebatur: adeoque sic lectum esse a *Bourdelotio*, nullus dubito; sed vitium typographi tantum credo illud *ὠμ.* Reitz. Ego vero, quid *ὁμογέρων* ad rem faciat, non intelligo; quamquam non solum *Bipontini* Editores et *Schmiederus*, et hic adeo ne indicata quidem communi omnium vett. Edd. lectione, illud receperunt, sed etiam *Gesnerus*, *Belinus* et *Wielandius* interpretando satis quidem conturte expresserunt. *De aequali*, quem Parisiensis interpres, indice *Reitzio*, reddidit, omnium minime cogitari potuit. Hunc si voluisset *Lucianus*, scripsisset haud dubie pro more suo *ἡλικιώτης*, nec de aetate omnino eadem, sed de pari senectute, debebat cogitari, quam *Gesnerus* jam et *Belinus* rectius tenuerunt. Verum nunc quaero, quorsum senectutis ejusdem commemoratio? *Wielandium* respondere audio, vertentem: einer von seinen aeltesten Bekannten. At nec hoc sine interpretis quodam arbitrio. Nam vetustae cujusdam *fa-*

miliaritatis equidem in hoc vocabulo nullum deprehendo vestigium. Restiterit igitur, ut physicae notioni *senectutis* mente adjungamus moralem *astutiae* et *versutiae*, veluti Diall. Deor. II, 1. Cupido puer a Jove dicitur *γέρων καὶ πανοῦργος ὤν*. Sic occurrerit legenti amicus domini, ejusdem cum ipso et senectutis et versutiae; non male. At nonne, obsecro, idem hoc, idque longe venustius et salsius, significatur voce Homerica *ὠμογέρων*, qua, tanquam foedissimo mendo, inquinatos esse libros *Solanus* contendere ausus est? Quin ipsa legas Antilochi verba Iliad. XXIII, 791. de Ulysse crudae, i. e. vividae adhuc et versutae senectutis viro agentia, vel potius totum istum locum, et facile fateberis, nisi *Lucianei* ingenii prorsus fueris ignarus, non *ὠμογέρων* in libris omnibus, sed *ὁμογέρων* in Cod. L., habendum esse foedissimum mendum. Ceterum *Vorstii* scholion, quod *Solanus* descripsit, maximam partem e *Suida* desumtum est; qui tamen post *ἢ συμφοράν* addit, quae proprie huc pertinebant: *καὶ πρεσβύτης, οὗ ἡ κεφαλὴ οὐκ ἐπολιώθη*. Lehm.

Ead. l. 8. *Εἶδον*) Videntur melius cohaerere, quae sequuntur, si non legas *εἶδον*, sed *ἰδών*. Certe inter dictantem et excipientem facile ista misceri constat. Equidem ita verti. Gesn. Praetuli *εἰδώς*, quod suppeditat margo A. 1. W. Lehm.

Ead. l. 13. *Μισθὸν εὖ τοιαύτης*) *Ἐκ τοιαύτης*. Marcil. *B.* 2. *Fr.* et Par. *μ. ἐκ τ.* quod cur inserant, nulla ratio est; nec M. agnoscit. Solan. Quod *ἐκ* pro *εὖ* conjicit *Marc.* recte quidem; sed *ἐκ* habebant edd. *Par. B.* 2. et *Fr. Graeviana* autem absurdum illud *εὖ* servarat. Nos jam pro *ἐκ* dedimus *τῆς*, ex auctoritate edd. optimarum et Cod. M. Reitz. Lego *ἐπὶ τοιαύτης εὐδαιμονίας* pro vulgato *εὖ*. Gesn. Quod ne bene quidem Graecum judico, si ita, ut *Gesnerus*, interpreteris: *ad hanc felicitatem insuper*. Recte plurimae Edd. vett. et omnes recentt. *τῆς τοιαύτης εὐδαιμονίας*, in quo haud illepida inest Antilogia, *susceptae felicitatis etiam mercedem accipere*. Contraria ratione peccatum a librariis in simili loco Abdic. cap. 25. ubi recte *Reitzius καὶ μισθὸν τὸ* (non *τοῦ*, ut nonnulli alii) *δουλεύειν αὐτοῖς — προδεδωκότες*, vel potius, ut *Gronovius* mavult, *προςδεδωκότες*. Lehm.

Pag. 257. l. 1. *Ἄσωτος εἶ*) *Vorstium* legere *ἄσωτός εἰ*, accentu enclitice trajecto, notat *Solanus*; sed vix mihi persuadeo, eum tam crasse errare potuisse, cum Grammatici doceant, secundam person. sing. verb. *εἰμὶ* non esse encliticam. Cujus rei rationem esse credo, ut vitetur ambiguum, ne scil. confundatur cum particula *εἰ* atona. Reitz. In *τοσόνδέ τι*

Wielandius cogitandos esse conjicit quinque illos obolos in singulos dies mercedis loco pendendos, de quibus supra c. 11. mentio injiciebatur. At minor etiam merces videtur intelligenda esse, quoniam illic *sperati* (ἐλπιζόμενοι) dicuntur quinque oboli, h. l. merces *infra* amici *spem* pacta. Lehm.

Ead. l. 4. *Μύσας*) *Menand.* apud Stobaeum Grot. ed. pag. 323.

Ἢ μὴ γαμεῖν γὰρ, ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς φέρειν,
Μύσαντα πολλὴν προῖκα, καὶ γυναῖκα δεῖ.

Conf. Ver. Hist. II. c. 1. Solan.

Ead. l. 13. *Ἐπὶ Μανδραβούλου*) *Erasmus* in paroemia, *Mandrabuli more res succedit.* Brod. Paroem. de his, quae vergunt *εἰς τὸ χεῖρον. ὁ γὰρ Μανδράβουλος οὗτος εὑρών ποτε θησαυρὸν ἐν Σάμῳ χρυσοῦν πρόβατον ἀνέθηκε τῇ Ἥρᾳ, τῷ δὲ δευτέρῳ ἔτει ἀργυροῦν, καὶ τῷ γ' χαλκοῦν.* Hujus meminit *Plato* Comic. *ἐν Διὶ κακουμένῳ.* Bourd. Vid. *Suid. ἐπὶ τοῦ Μανδρ.* et *Zenob. Ael.* de anim. XII, 40. qui *Aristotelem* adducit testem. Solan. Ad Schol. dixi (v. Var. Lect.) *Solanum* merito correxsisse *Μανδραβούλου*, pro *Μανδροβούλου*· postea vero frequenter etiam *Μανδροβ.* ap. alios inveni, ut id non tam plane damnare ausim. Ita *Μανδροβούλου Aristot.* de Soph. repreh. 1. f. *Alciphr.* 1. Ep. 9. ubi *Bergl.* idem ex *Laert.* et *Arist.* l. d. adfert, et ex *Luciani* h. l. Ubi tamen *Μανδραβ.* habent *J. Ald. Fl. H. Par. S.* In *Suid.* etiam ed. 1544. *Μανδροβούλου.* At *Hesych.* in *Ἐπὶ τὰ* habet *Μανδροβούλου*, item *Zenob.* p. 213. allegante *Stephano.* Alia utriusque scripturae exempla dudum suppeditarat mihi conjunctiss. *F. L. Abresch.* Sed periere. An igitur utrumque dicitur? quia Attici interdum α in ο mutant, ut *μολοχὴ* pro *μαλαχὴ* etc. de quibus agit frater in Belg. Graec. p. 124. Reitz. In *Suida*, et in eadem quidem editione, qua usum se esse modo profitebatur *Reitzius*, Basileensi a. 1544., ego *Μανδραβούλου* invenio et *Μανδράβουλος*, non alteram, quam *Reitzius*, nescio qua ratione deceptus, se invenisse tradit, scripturam. Utra autem omnino praestet, difficile fuerit definire. Hoc quidem loco plerorumque librorum lectio praevalet. Lehm.

Pag. 258. l. 1 *Ἠρέμα οὖν*) *Καὶ κατ' ὀλίγον*, addunt Mss. W. et P. Cum vero tria illa verba absint ab omnibus edd. et glossam oleant, non recepi. Reitz. Cum Mss. W. et P. consentiunt tres Codd. Regg. teste *Belino*. Bip. Hinc et *Schmiederus* ea inseruit. Glossae autem specie ne quis in talibus formulis decipi se patiatur, bene monet *Dorvill.* ad *Charit.* p. 409. Lips. Lehm.

Ead. l. 3. Ἄλλ' ἢ φῦσαι) Melius, meo judicio, scriberetur ἄλλο, ut Deor. Diall. V. quas autem φῦσας hic dicit, eas alibi φυσαλίδας dixerat; Charon. cap. 19. Solan. Magnam particulae istae ἀλλ' ἢ vel librariorum negligentiam, vel Criticorum licentiam expertae sunt, ut vel ἀλλ' ἢ alieno loco scriptae, vel ἄλλ' ἤ, quasi ἄλλο ἤ, vel aliis etiam modis editae, reperiantur. De hujus generis fraudibus et erroribus ad Tyrannicid. c. 21. uberius agere decrevi. Nunc sufficiat monuisse, recte legi in B. 1. οὐδὲν ἀλλ' ἤ, et eodem modo in *Wolf.* Ed., et vertendum: *nihil, nisi.* Vid. *Hermann.* ad *Viger.* p. 778. Loci Diall. Deor. V, 5., quem *Solanus* confert, cujusque generis multa alia conferri potuissent, longe alia ratio est. Lehm.

Ead. l. 13. Ἔξω τοῦ οὐδοῦ) Sic et infra Hermot. c. 77. ex correctione *Solani*, ubi falso legebatur τῆς ὁδοῦ. Reitz.

Ead. l. 14. Ἀπεμπολήσας) Nihil hic variari notat *Solanus*, quasi mutationem quaesivisset; sed iterum vid. infra hoc cap. et c. 24. et supra Reviv. c. 27. et saepe alibi. Reitz.

Pag. 259. l. 3. Θητεύσεις) Homerica dictio, ut illud sequens ἀεικελίῳ ἐπὶ μισθῷ. Bourd.

Ead. l. 5. Ἀεικελίῳ ἐπὶ μισθῷ) Ex Odyss. *T*, 341. Solan. Hemistichium est, ait *Brod.* Miscell. IX. c. 13. m. Interim ἀεικλίῳ apud eum legitur; sed quia ex ipsius commentatione patet, id sphalma typographicum esse, errorem non expressi, quod alias facio ad festinationem ejus ostendendam. Reitz.

Ead. l. 6. Ὀψιμαθήσας) Sibi ipsi interpres, dum subjungit καὶ πόῤῥω τοῦ (που) τῆς ἡλικίας παιδευόμενος. *Casaubon.* ad Char. *Theoph.* Bourd.

Ead. l. 8. Διαφθείρει) Recordatio antiquae libertatis servos excruciat: qualia narrantur de elephantis, qui nocte servitutem suam lugent. Bourd.

Ead. l. 10. Πονήρως ἀπαλλάττειν) Sic recte vulgata, male *Flor.* Nam πονήρως est misere, πονηρῶς male, et πόνηρος, *agricola, laboriosus, molestus, miser,* πονηρὸς, *malus.* Vid. si quid opus in re nota, *Spanh.* ad *Aristoph.* Plut. 265. et *Ammonium* de simil. et differ. Ἀπαλλάττω autem pro *dego*, etiam *Hippocr.* aph. 53. Sect. 2. ubi βέλτιον ἀπαλλάσσουσι, et mox χεῖρον ἀπαλλάσσουσι. Sed tam late patet hujus verbi usus, ut pluribus de eo agere locus non sit, et multa jam de eo habet *Stephan.* in Thes. Alia de eodem verbo vid. supra. Reitz.

Ead. l. 12. Πυῤῥίου) Iterum in Timon. cap. 14. Solan. Sed illud c. 14. in hac ed. est §. 22. Tim. ubi consule notam satis amplam *Hemsterh.* Reitz.

Ibid. "Ωςπερ τις Β.) *Ut Bithynum quoddam mancipium.* Brod.

Ead. l. 16. *"Ἄλλοις*) Sic recte W. Alii omnes *αὐτοῖς*. Solan. Verum est, et mirum, omnes edd. male legere *αὐτοῖς*, pro *ἄλλοις*, cum tamen in ipsa vers. Latin. expresserint, *ut alii*; quare tanto minus dubitavi textum mutare. Reitz. *Αὐτοῖς*) Vertere debebam, *non minus, quam hi ipsi servi*, quos nempe modo nominavit auctor, Pyrrhiam et Zopyrionem. Gesn. Pro *ἄλλοις* in Ms. Reg. 2954. legitur *καλοῖς*. Bip.

Pag. 260. l. 1. *Γιγνόμενον*) Sic W. uti Somn. cap. 1. et Toxar. c. 18. longe, ut mihi quidem videtur, rectius, quam, ut in reliquis est, *ἐθέμενον*. Solan. *Γιγνόμενον* exhibent etiam tres Codd. Regg. probante *Belino*. Bip.

Ead. l. 3. *Μνηστευσάμ.*) Rursus infra Soloec. c. 9. Solan.

Ead. l. 5. *Καταποντιστὴς*) *Pirata*. Brod.

Ead. l. 10. *'Ολίγων ἕνεκα ὀβ.*) Conf. supra c. 11. Solan.

Ibid. *'Εν τούτῳ τῆς ἡλικίας*) *Id aetatis*. Brod.

Ead. l. 12. *Φέρων*) Haec dictio vacare potest, ait *Brodaeus* in Miscell. IX. c. 13. Idem ajunt Lexicogr. nullo tamen idoneo exemplo allato, nisi hoc, etsi ne quidem addunt, ex quo *Luciani* dialogo sit petitum: mihi non adeo vacare videtur *φέρων*, quin significet *sponte*, i. e. *te ipsum adducens vendidisti*, cum alii servi adducantur ab alio, conf. supr. c. 23. adeoque *φέρων ἀπημπόληκας* erit, *in voluntarium servitutem te tradidisti.* Confirmant sententiam meam verba, quae supra c. 9. habuimus, *αὐτοὺς φέροντες ἐπιτρέπουσι τοῖς πλουσίοις*. Doctiss. *Kuhnius* in *Ael.* V. H. III, 22. *ἔφερε βαστάσας* quoque pleonasmum Atticum statuit; sed verius *Periz.* et id et praecedens *ἀποφέρειν ἀράμενον* ait significare, *sublatum auferre.* Sic quoque quod *Kuhnius* ex *Porphyr.* adfert, *ὅτε φέρων αὐτόν τε — ἐκαπήλευσε*, pro nobis faciet. Sed ecce ipse mecum sentit ad *Polluc.* V. segm. 48. *φέρουσα ἐπέγραψεν* exponens, *data opera inscripsit.* Addit ibi quidem: *Est ubi et φέρουσα plane otiosum videtur.* Sed cum id se multis exemplis ad *Pollucem* docuisse dicat in *Aeliano*, vellem indicasset ubi, nam non invenio. Non tamen negaverim alibi propemodum *πλεονάζειν* illud *φέρω*, ut infra hoc Dial. c. 39. *ἀποῤῥίψῃ φέρων*, et forte in aliis a *Budaeo* adductis. At longe frequentius *destinatum consilium* significatur, ut saepe rursus apud *Nostrum*. Vid. c. 25. 30. et 39. de mort. Peregr. et *Periz.* ad *Ael.* V. H. VIII, 14. Reitz. Conf. *Hemsterhusium* ad Dial. Mort. VI, 3. Bip.

Ibid. *'Απημπόληκας*) Constans lectio et vera: quare su-

pra Rev. cap. 27. falsum illud ἀμπηπόλ. recte correctum est; conf. hoc Dial. c. 23. pr. REITZ.

Pag. 261. l. 2. Ἀγοραίοις καὶ βωμολόχοις) Haec verba saepissime solet conjungere. Posterius alibi interpretor, prius *Hesych.* verbo ἀγοραίου τέχναι. BOURD.

Ibid. Βωμολόχοις) Sic *Aelian.* V. H. II, 13. *Aristophanem* vocat βωμολόχον ἄνδρα καὶ γελοῖον. Rationem vocis ex *Suida* tradit ibi *Periz.* N. 4. REITZ.

Ead. l. 3. Πλήθει Ῥωμαϊκῷν) Angl. πλήθει ἀστεϊκῷ. BOURD.

Ibid. Ξενίζων τῷ τριβ.) Dixi supra ad Nigr. c. 14. Πώγωνι tamen hic habent A. P. et L. Sed M. recte etiam τρίβωνι. SOLAN. Ξενίζειν est peregrina agere, dicere, et mirari. Conf. *Nostrum* Gall. c. 18. Ὅσῳ δὲ ἂν ξενίζοιμι, τοσούτῳ καινότερος ὤμην αὐτοῖς. Et vid. *Bos* ad I. epist. Petri IV, 12. Item *Elsner.* ad I. Petr. 4, 4. REITZ.

Ead. l. 4. Τρίβωνι) *Graeco pallio.* BROD. Angl. πώγωνι. BOURD.

Ibid. Πονήρως) Ita recte, ut in edd. prioribus, i. e. *misere, prave.* Sed quia *Gesnerus* vertit *male loqui*, non nemo me admonuit, anne πονηρῶς ipse maluerit. Sed eodem redit; qui enim misere barbarizat, male loquitur. REITZ.

Ead. l. 6. Συγκλύδων) Συμμίχθων. BROD. Συμμίκτων καὶ ἐπηλύδων. Sic ad oram Angl. Cod. BOURD.

Ead. l. 8. Ὑπὸ κώδωνι) Sic infra, versus fin. hujus Dial. ὁ κώδων ἤχησε. *Casaub.* ad *Suet.* Aug. BOURD. Vid. iterum cap. 31. Sed cave *Jos. Laurentio* credas, de machina intelligenti, quae ponderum et rotarum ope, sub noctem disposita, ad quamlibet horam dominum campanulae sono e somno excitat. AG. IX, 1249. Is homo sane nihil nisi hodiernum norat, qui alibi etiam solaria veterum eadem cum nostris fuisse somniavit. Somniavit etiam Scholiasta, cum tintinnabulum hoc ad concionem vocare credidit: domesticum enim erat, necdum campanae nostrae hodiernae in usu erant. SOLAN.

Ead. l. 9. Συμπεριθεῖς) Aliud exempl. συμπεριπατεῖς. BROD.

Ibid. Ἔτι τὸν γθιζὸν πηλὸν ἔχων ἐν τοῖν σκελοῖν) Hoc eo pertinet, quod nulla Romanis feminalia. Dixi ad *Propert.* Eleg. 3. L. III. MARCIL.

Ead. l. 10. Θέρμων) *Lupinorum, cujuscunque cibi.* BROD.

Pag. 262. l. 3. Λιχνείας) Mendose in plerisque ante legebatur λιχνίας, et in ipso M. SOLAN.

Ibid. Τἀπίχειρα) Τὰ ἐπίχειρα. BROD. Sic ad praecedens verbum διαπαρεὶς quoque commentatus erat idem, id esse a

διαπείρω, et paullo supra ad ἑάλως, esse ab ἁλίσκω· sed gratiam ab lectore me initurum puto, si ejusmodi nimis levia posthaec omisero. Reitz.

Ead. l. 11. *Δρόμωνι κ. Τ.*) *Postremae classis servitiis.* Brod.

Ibid. *Τιβίῳ*) Supra Timon. c. 14. m. citat *Solanus*, sed jam est c. vel §. 22. ubi vid. not. clar. *Hemsterh.* Reitz.

Ead. l. 13. *Λύρᾳ καὶ ὄ.*) *Erasm.* in adag. *Asinus ad lyram.* Brod.

Ibid. *Πάνυ γοῦν (οὐχ ὁρᾷς;) ἐκτετήκασι*] Acerbissima ironia, qua auctor vult, omnium minime captos istius generis homines teneri amore sapientiae etc. nec nisi speciem ejus studii prae se ferre. Forma enim orationis ejusmodi est, ac si alius quis, forte ipse Timocles, haec objiciat disserenti amico; ad quae deinde ab hoc respondetur a verbis inde, ὧν ἤν τις etc. Hinc patet, loci faciem eam, quam *Belinus* refert in 2954. reperiri: *πάνυ γὰρ, ὡς ὁρᾷς, ἐντετήκασι* etc. multum abesse, ut huic auctoris consilio conveniat. Accedit, quod ἐντετηκέναι τῷ πόθῳ, etsi Latinae interpretationi: *intabescunt cupiditati* ad verba respondeat, re tamen, si linguae Graecae indolem consideres, aliam prorsus, eamque ineptissimam, sententiam prodiderit. Certe De Morte Peregr. c. 22. τοσοῦτος ἔρως τῆς δόξης ἐντέτηκεν αὐτῷ manifesto vertendum: *tantus amor gloriae insedit ei impressus.* Imo ἐκτετηκέναι (cf. Timon. c. 17.) τῷ πόθῳ idem valet, ac si dictum fuisset ὑπὸ τοῦ πόθου, *tabescere, macrescere, prae cupiditate*, quod idem Latini etiam *intabescere cupiditati* exprimunt. Nulla itaque ex parte erat, cur pravissima ista lectio vel *Belino* probaretur, vel etiam a *Schmiedero* reciperetur. Lehm.

Pag. 264. l. 1. *Εἰς καλὸν*) *In re quapiam honesta.* Brod. Phrasis est *εἰς καλὸν διατίθεσθαί τι, rem bene collocare*, quam illustravit *Schaeferus* Meletemm. p. 87. ex *Heliodoro* et *Longo*, collato etiam *Luciani* loco Philops. c. 29. *καί μοι δοκεῖτε εἰς καλὸν διατεθήσεσθαι τὴν διατριβήν.* Lehm.

Ead. l. 2. *Ἄναντα πολλὰ* etc.) *Hom.* Il. Ψ, 116. Solan.

Ead. l. 3. *Καὶ κάταντα*) *Ac declives.* *Ἡ πόλις, urbs Roma*, olim in montibus sita. Brod.

Ead. l. 5. *Καθίζεις*) Narrat, quemadmodum oporteat Mercede conductum, si cum domino aliquem visitatum ierit, molesta et servili ratione in atrio dominum, donec redeat, exspectare: *κἀκείνου (δεσπότου,* vel *πλουσίου) ἔνδον τινὶ τῶν φίλων, πρὸς ὃν ἦλθε, διαλεγομένου, μηδ' ὅπου καθίζεις ἔχων, ὀρθὸς ὑπ' ἀπορίας ἀναγιγνώσκεις τὸ βιβλίον προχειρισάμενος·* *et dum dominus intus cum amicorum aliquo, ad quem adierit, col-*

loquitur, non habens ubi consideas, stans, dum aliter nequis, libellum in manus sumtum lectitas. Quod olim meo adscripseram libro, id quoque Flor. exemplari ab erudita manu adnotatum inveni, *καθίζοις* nempe pro vulgato *καθίζεις*· certe *καθίζοις* foret longe rotundius. JENS. W. Codex *καθίζῃς*. In L. *καθίσῃς*. *Jensius* et alii pro eo, quod in edd. erat *καθίζεις*, *καθίζοις* reponendum conjiciebant. SOLAN. Non male quidem *Jensius καθίζοις*· sic enim Optativus scriptori nostro admodum familiaris. Verum quum libri non adstipulentur, praefero, quem Cod. W. praebet, Conjunctivum *καθίζῃς*, nec a vulgari lectione multum recedentem, nec a *Luciano* in hac syntaxi prorsus alienum. Supra Catapl. cap. 17. *οὐκ εἶχον ὅπως καταπαύσω τὸν γέλωτα.* LEHM.

Ead. l. 7. *Ἄσιτόν τε καὶ ἄποτον*) Non absurda sane Codicis L. scriptura, *σε* pro *τε* exhibentis, quam vel in contextum recipere velim; etsi scio, *τε* et *καὶ* apud omnes auctores saepissime conjungi, veluti ad nauseam usque *Herodian.* I. c. 4. §. 12. *δρῶντές τε καὶ πάσχοντες*, et sic ibid. §. 13. 14. 18. 19. Hom. Iliad. *Ε*, 501. — *καρπόν τε καὶ ἄχνας*. *Dion. Hal.* Ant. X. p. 638. v. 33. *πρεσβυτέρους τε καὶ νέους*. Noster paullo supra *ἱδρωκάς τε καὶ πνευστ.* et sexcenties alibi. REITZ.

Ead. l. 11. *Ἐς τοὐπίσω*) *Tu post tergum, tu neglectus es.* BROD.

Ead. l. 14. *Ὧι τὰ ἄλλα*) Suspicatur *Casaub.* ad Athen. 14, 15. scribendum *ᾧ τοὺς ἀλλᾶντας εἰλοῦσιν*. De papyri simili usu ibi agit *Athen.* de laurea ad mustaceos *Cato* RR. c. 121. GESN.

Ead. l. 15. *Τὰ ἄλλα*) Forsan *τοὺς ἀλλᾶντας εἰλοῦσιν*. *Casaubon.* in animadv. ad *Athen.* (923, 18.) VORST.

Ibid. *Συνειλοῦσιν*) *Cui reliquas quisquilias involvunt.* *Ὧι τὰ ἄλλα* parenthesis. *ἢ τὸ σκληρὸν τῆς μαλάχης φύλλον ἄσμενος ὑπὸ λιμοῦ παραψόμενος*. BROD.

Pag. 265. l. 1. *Παραψόμενος*) *Lucianus*, ut per omnes convictus cum potentioribus partes amicum suum Timoclem ducat, non omittit ea, quae ad mensam plerumque contingere soleant iis, qui Mercede Conducti in potentiorum domibus vivant; solere nempe iis, velut canibus, circumrosa ossa relinqui, vel durum malvae folium, quod illi tamen laeti et hilares prae fame absorbeant. In verbis Graecis macula est, ubi miser ille Conductus dicitur ea, quae ab aliis negliguntur, *ἄσμενος ὑπὸ λιμοῦ παραψάμενος*, lege *παροψώμενος*, a *παροψάομαι*. JENS. *Παραψάμ.*) Genuina haec scriptura, quae in P. et J. ed. reperitur. Vid. Epist. Sat. versus fin. Ubi quamquam *tangendi* sensu usurpatur, *furtim* id fieri

connotat, quod hic optime convenit. *Edendi* autem sensu usurpari ἅπτομαι, nimis notum, quam ut hic monendus sis. Hoc sensu usurpat *Jambl.* N. 61. Pleraeque edd. et M. παραψάμενος. SOLAN. Nimirum παραψώμενος legendum arbitror, non, quod invasit libros, παραψόμενος, quod vertunt *arrupturus*: (edit. *Bourdel.* f. *arrepturus*) vel *accepturus* (ed. *Amst.*). Sed, si quis audacior duas literas mutare sustineat, ille sensum habebit facilem et commodum, παροψώμενος, cum pane, opsonii instar, edens. GESN. Non improbo correctionem *Jensii*, quam et *Gesnerus* amplectitur, immo recepissem in contextum, si verum foret, priscas edd. habere παροψόμενος, uti vulgo citatur. At cum illae, excepta *J.* habeant παραψομ. et P. atque ed. *J.* παραψάμενος exhibeant, a παράπτομαι *attingo*, quod ferri potest, nihil mutare consultius duxi. REITZ. Παραψάμενος, quod e P. et I. *Reitzius* et recentt. Edd. receperunt, et *Jacobus* quoque probat, non magis probari potest, quam, in quo vett. Edd. pleraeque omnes consentiunt, παραψόμενος. Utrumque enim laeditur legitima verbi ἅπτεσθαι structura cum Genitivo, quae etiam ad compositum παράπτεσθαι pertinet. Utriusque etiam tempus minime convenit cum loci indole, quae nec Futurum facile, nec Aoristum, admittat, sed unice Praesens requirat. Optio itaque est inter *Gesneri* conjecturam παραψώμενος, a παρα–ψάω derivandam, et *Jensii* παροψώμενος, a παρ–οψᾶν deducendam. Utraque per se quidem habet, quo arrideat: prior tamen ad vulgatae lectionis literas magis accedit, quam altera. Comicae autem voci παραψῶσθαι, *detergere*, *abradere*, hic opportunissimus est locus. Difficilior autem quaestio est, quid verbis ᾧ τὰ ἄλλα συνειλοῦσιν facias, quae aliquo certe vitio manifesto laborant. Quidquid enim sit τὰ ἄλλα, non minus facile haec vox, quam τὸ φύλλον, Subjectum verbi [illegible] haberi poterit. Quae structurae asperitas sensusque ambiguitas non potest non documento esse, aut, id quod *Casaubono* et nuper *Jacobo* placuit, τὰ ἄλλα corrigenda, aut, quam equidem rationem praetulerim, omnem hanc enuntiationem, ᾧ τὰ ἄλλα συνειλοῦσιν, pro spuria ejiciendam esse. Etsi autem ejiciatur, non tamen respectu indigna videbitur, quippe quum malvae foliorum usum veteribus in culinis tricliniisque illa quidem aetate solennem, doceat; ita tamen, ut, qui hinc novi aliquid discere cupierit, jam ipse rei culinariae, vel antiquae, vel recentioris, haud vulgarem scientiam comparaverit sibi necesse sit; quam laudem equidem mihi neutiquam arrogo. Lubenter igitur alios audiam, modo ne cum *Casaubono* cogitent de τοὺς ἀλλᾶντας, a quibus, non video, quomodo ullus librarius ad

scripturam τὰ ἄλλα aberrare potuerit, neque etiam cum *Jacobo* de τὰ ἁπαλὰ, vel τοὺς ἅλας, quae ne ipsi quidem conjectori satisfecerunt. De permutatione tamen hujus posterioris vocis οἱ ἅλες, i. e. *cibi viliores*, cum voce ἄλλος fuse disserit, ut bene *Jacobus* monet, *Jacobsius* in Additamm. Animadvv. ad *Athen.* p. 141. et 153. Quod autem *Brodaeus* τὰ ἄλλα *quisquilias* vertit, merito a *Jacobo* repellitur, quoniam, etsi haec explicatio non plane aliena sit ab ipsa τῶν ἄλλων significatione, in hoc tamen verborum nexu non apta esse videatur. Scilicet, hoc ego jam addam, requiri mihi videtur vocabulum, quod genus quoddam *lautiorum* ciborum significet, involutum illud a coquis veteribus malvae foliis eum fere in modum, quo hodie coqui lactucae vel pampini foliis artis suae opera involvere solent. Quam quidem nunc video etiam *Wielandii* sententiam esse. Lehm.

Ead. l. 4. Ἀγνωμοσύνη γὰρ σὴ τοῦτό γε] Vituperat *Belinus* versionem Latinam: *illa enim esset impudentia tua,* tanquam absurdam, et reddit sic: *fallereris enim egregie*, scil. si cogitares eundem tibi, atque hospitibus, habitum iri honorem. Sed fallitur *Belinus*, non intelligens, haec ironice ab auctore, i. e. ex mente ipsius divitis ejusque assentatorum, dici. Est enim ἀγνωμοσύνη *neglectus officii, maxime in eum, a quo beneficiis sis affectus.* Sic ἀγνώμονες, *ingrati,* Pisc. c. 5. et ἀγνωμοσύνη ipsa Necyom. c. 16. cernitur in eo, quod reddere nolis, quae nonnisi commodata sunt in aliquod tempus. *Impudentiam* itaque h. l. *Gesnerus* paullo liberius quidem vertit, neque tamen absurde. Nam *ingratus* videbatur philosophus domino suo, atque adeo *impudens,* si eodem, quo hospites, honore dignus haberi voluit. Lehm.

Ead. l. 6. Νεοττὸς ἡμίτομος) Omnia hujus paginae reperiuntur in Lapith. Bourd. Quos respuebant veteres illi *pullos,* nos hodie in deliciis summis habemus. Sed in hisce saepius, non quod revera praestantius, sed quod rarius est aut carius, quaeritur. Vid. tamen *Horat.* Serm. I.

Aut positum ante mea quia pullum parte catini etc.

Solan.

Ead. l. 7. Ἢν ἐπιλίποι ἄλλου τινὸς, αἰφνιδίως ἐπὶ παρόντος ἀράμενος ὁ διάκονος τά σοι παρακείμενα φέρων, ἐκείνῳ παρατέθεικεν) Sic distinguunt Basileenses et Salmurienses, nisi quod illi etiam distinguant post vocem διάκονος. Vertit autem *Erasmus*, *ut si quando desit alibi, minister repente te inspectante submovens ea, quae tibi erant apposita, aliis apponat.* Etiam *Benedictus*, *si quando desit alii, repente miniser te praesente*

tollens ea, quae tibi erant apposita, ei apponit. Quis neget, acutos hic fuisse illos viros, qui viderunt, si istis aliqua apposita erant tollenda, debere tolli istis praesentibus vel inspectantibus? At longe alia mens *Luciani.* Ne dicam fatuum esse, ut illud *ἐπὶ παρόντος* sic explicetur. Verissime notavit pater, mutandam distinctionem, scribendumque, *ἢν ἐπιλίποι, ἄλλου τινὸς αἰφνιδίως ἐπιπαρόντος, ἀράμενος ὁ διάκονος τά σοι παρακείμενα, φέρων ἐκείνῳ παρατ.* Hoc est, *si quid desit, alio quodam repente superveniente, tollens minister tibi apposita, ferens illi apposuit,* ab *ἐπιπάρειμι.* GRON.

Ead. l. 8. *Ἐπιπαρόντος*) Sic uno verbo edidimus, secuti acutissimam simul et certissimam *Gronovii* emendationem, quam etiam a *Constantino* in Lexico visam, nisi forte ex Codice habeat, invenio. Certe in W. et P. recte conjunctim legitur. In omnibus aliis nostris libris divisim *ἐπὶ παρόντος* legitur, quod quid sit, nemo intelligat. Vid. Conviv. c. 20. ubi iterum habet *ἐπιπαρών.* SOLAN.

Ead. l. 9. *Ἡμέτερος εἶ*) *Noster es. tu e domo es ac familia.* BROD.

Ead. l. 10. *Ἢ συὸς*) *Aut apri.* BROD.

Ibid. *Συὸς ὑπογαστρίου*) Verba mihi obscura. Illud quidem liquet, *ὑπογάστριον* substantive hic non capi pro *sumine* vel *abdomine*, cum fiat ossium mentio: utrum vero *ὑπογάστριος σῦς* sit *porcellus subrumis, lactens;* an, quod *Erasmo* placuit, *sus foeta;* (et scimus *vulvam* inprimis probatam *ejectitiam*) jam definire non audeo: prius expressi versione, cum analogiae epitheti illius magis conveniat. GESN. *Belinus* vertit *un ventre de truie,* et subjicit notam: morceau délicat de la cuisine des Grecs. *Wielandius* non expressit, sed utrumque ferculum, quod h. l. commemoratur, complexus in generalem notionem conjunxit *carnis assae:* kommt es endlich an den grossen Braten, an den du dich etwa noch zu erholen hoffst. Verum haec non est interpretis fides. De vulva suilla, veteribus in deliciis habita, vid. *Gesner.* ad Horat. Epist. I, 15, 41. LEHM.

Ead. l. 11. *Ἵλεων*) *Tibi faventem ac propitium.* BROD.

Ead. l. 12. *Ὀστᾶ κεκαλ. τ. π.*) Vid. Theogon. *Hesiod.* 541. SOLAN. Cf. Prometh. s. Caucas. et Diall. Deorr. I. LEHM.

Pag. 266. l. 1. *Τὴν χ.*) Nam modicam eos habere liquet. BROD. Vid. *Aristot.* Hist. Animm. II, 15. et De Part. Animm. IV, 2. citante *Belino.* LEHM.

Ead. l. 4. *Θεραπεύειν ἀεὶ ἐν ἀργύρῳ ἢ χρυσῷ πίνων*) Legendum est *χρυσῷ πίνειν,* ut bene ad *θεραπεύειν* referatur. Ceterum ex hoc *Luciani* loco colligitur, jam eo tempore vi-

trum fuisse in usu, vel crystallum, sed credo potius vitrum: nam crystallina pocula pretiosiora erant, quam ut Graeculis dari solerent, aurum et argentum enim vilius. Ergo ut non biberent vitro transparente, in quo illaudati vini color deprehendebatur, cura iis erat adhibenda, ut biberent auro vel argento. Sed an illud vitrum fossile fuerit, de quo *Herodot.* L. III. an vero igne elaboratum, ut apud nos, dubium. PALM. Quid mirum, vitrum jam in usu fuisse *Luciani* tempore, cujus etiam multo antiquiores meminerunt, ut *Hor.* I. Od. 18. f. *Arcanique fides prodiga perlucidior vitro. Lucret.* IV. p. 127. ed. *Gifan. Qualia sunt vitri, species quae transeat omnis.* Calices autem vitreos Romae pulso auro atque argento confectos, crystallo viliores, et perexigui pretii, multaque alia de vitro tradit *Salmas.* in Plin. Exercit. p. 769. et alibi. De inventione vitri vel mille annos ante Christum natum, vid. Memoires de Literature T. I. p. 133. de locutione autem *bibere in auro* pro *ex*, tam Latinis, quam Graecis usitata, vid. *Cuper.* Obs. L. 2. c. 8. et libellum nostrum de Ambiguis. Ita vicissim ἐκ pro ἐν *Strabo* I. p. 4. (al. 2.) Καὶ τοὺς ἀστέρας λελουμένους ἐξ Ὠκεανοῦ λέγει· ut alia omittam. Similem fere praepos. permutationem vid. mox. Ceterum τοῦ οἴνου additum τῷ πίνειν in marg. *A.* 1. *W.* Sed glossa potius est, quam varians lectio. REITZ. Πίνειν ἐν etiam Diall. Deorr. VI, 2. occurrit, ubi temere tentatur a *Belino.* Praeter *Cuperum*, a *Reitzio* laudatum, vide etiam *Vigerum* de Idiott. p. 610. LEHM.

Ead. l. 5. Ὡς μὴ ἐλεγχθείη) In vitreo calice bibens. *Martial. Prodat perspicuus ne duo vina calix.* BROD.

Ead. l. 7. Ὁ παῖς) *Servus potum ministrans.* BROD.

Ead. l. 8. Οὐδ' ἀΐοντι ἔοικεν) *Hom.* Il. Ψ, 430. SOLAN.

Ead. l. 10. Ὅταν σε) Omnes edd. male ὅτάν σε. Quasi enclitica possit trajicere accentum in vocabulum paroxytonum. Millies tamen sic peccatur in aliorum etiam auctorum editt. maxime in scholiis, cum tamen duo accentus acuti non queant occupare duas syllabas contiguas, sed vacuam deceat esse intermediam; quod tamen non operose monerem, nisi viderem etiam hodie viros doctos persaepe in encliticorum accentu recte collocando aberrare. Sic supra c. 23. quoque male edebatur ὥςπέρ τις, quod similiter correximus. REITZ. Non erat corrigendum, si distincte ὥς πέρ τις pronuntiabatur et scribebatur. Neque adeo in ὅτ' ἄν περ accentu in media carere possemus, si quis ita scribere et pronuntiare vellet. At quum ὥςπερ, ὅταν et similia vocabula per usum in *compositorum* numerum redacta sint, rectius ad regulam eam, quam *Reitzius* urget, revocatur scriptura, ita ut jam scribendum

sit ὥςπερ τις, ὅταν σε, εἶθε γε (quod in modo praecedentibus *Wolfius* minus recte εἶθέ γε edi curavit) etc. Hanc rationem et ego constanter tenui per hanc editionem, etiam ubi veteres Edd. sibi non constitisse videram. Lehm.

Ead. l. 11. Ἰωνικὰ ξυνείρων) *Qui Ionica carmina, hoc est, amatoria contexit.* Brod. Vid. infra de Salt. c. 79. Reitz.

Ibid. Ἀλεξ. ἀνθρ.) Dubitabam aliquamdiu, *histrionem*, an *Musicum* designaret: cum subito succurrit, quod in Conviv. de scurra habet ad exhilarandos convivas inducto; de quo quae illic praedicantur, tam his similia sunt, ut necesse sit eundem utrobique hominem *Luciano* obversatum fuisse. Unum nunc restaret, ut quid sit Ἰωνικὰ ξυνείρων assererem: interpretes enim de eo, *qui jocos Ionicos contexit*, intelligunt. Ego vero dialectum tantum hominis notari existimo; immo quod alio in loco jam laudato ait, Αἰγυπτιάζων τῇ φωνῇ, satis id evincere putarem, nisi *Meursium* viderem nescio quae non commentum, ut a sensu manifesto discederet. Gaudeant itaque viri illi doctissimi suis inventis: me quod attinet, mysterii nihil subesse puto. Vid. *Tac.* Ann. XIV, 60. *Alexandrinas* delicias vocat *Quintil.* I. p. 14. B. Saltatores etiam Jones plerumque erant. *Motus doceri gaudet Ionicos matura virgo, et fingitur artubus, Jam nunc, et incestos amores de tenero meditatur ungui. Horat.* Od. 4. III. 21. Solan.

Ead. l. 16. Ἐπιψεκ.) De hac voce legenda omnino *Xenophontis* verba in Symp. p. ed. St. 512. l. 35. Ἦν δὲ ἡμῖν οἱ παῖδες μικροῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψεκάζωσιν (ἵνα καὶ ἐγὼ ἐν Γοργιείοις ῥήμασιν εἴπω) οὕτως etc. Quod eo magis hic monendum duxi, quia P. et L. aliam hic scripturam exhibent, nempe ἐπισκευάσωσιν, ne cui forte vulgatam loco movere lubeat hic aptissimam. Solan.

Pag. 267. l. 4. Μάντιν) Ea enim aetate frequenter consulebantur. Vid. *Ael. Lamprid.* in Commodo I. *quem parem astrorum cursu Commodo Mathematici promittebant.* Id enim M. Aurelio imperante factum est, quo tempore et *Luciani* libellus editus. Solan.

Ead. l. 13. Κιθαρίζοντα) Est inter captatorum artes laudare voluptatis ministros atque artifices servos eorum, quos captant. Vid. *Plinius* epist. 7, 24, 7. ubi *alienissimi homines in honorem Quadratillae per adulationis officium in theatrum cursitant* etc. Gesn.

Ibid. Ἐκ τοῦ πράγματος) Idem hic foret ἐν τῷ πράγματι *Aristophan.* Plut. 348. Ἔνι γάρ τις, ἔνι κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι. Plura dari possent, ni temporis angustia prohiberet. Reitz.

Ead. l. 14. *Χρὴ οὖν χερσαίου βατράχου* —) Videtur *Lucianus* abuti voce *χερσαίου βατράχου* hoc loco, et per id nomen *φρύνον* intellexisse, hoc est *rubetam*, quod animal contentissime clamat. Nam ranae terrestres, quae in segetibus et passim inveniuntur, nullam emittunt vocem, clamant tantum eae, quae in paludibus et aquis degunt, immo proprie non clamant: nam vox, quam emittunt, non concipitur in pectore, sed in ore, admissa aqua, ut notat *Plin.* L. XI. c. 37. et 51. Ergo procul dubio *Lucianus* per *χερσαίου βατράχου rubetam* intellexit. PALM. Repetit libro adversus Indoctum c. 20. KUSTER.

Pag. 268. l. 6. *Ἠρέμα καὶ γελοῖον*) Legendum est fortasse *οὐχ' ἠρέμα γελοῖον*. BROD. Ridiculum esse ait, si quis unctus et coronatus sedeat, simulque esuriat, nec quo latrantem stomachum placet, habeat. *Τὸ μὲν γὰρ λιμῷ ξυνόντα, καὶ νὴ Δία γε διψῶντα, μύρῳ χρίεσθαι, καὶ στεφανοῦσθαι τὴν κεφαλὴν, ἠρέμα καὶ γελοῖον. ἔοικας γὰρ τότε στήλῃ ἑώλου τινὸς νεκροῦ, ἄγοντος ἐναγίσματα. Nam esurientem et certe sitientem unguento colllini, et caput coronari, aliquantulum est ridiculum. Ita enim videris similis esse columnae obsoleti cadaveris, libamina ducentis.* Cur hic *οὐχ' ἠρέμα γελοῖον* pro vulgato, malit *Brodaeus* IX. Miscell. 13. caussam nullam video. Ceterum expressit planissime *Lucianus* lepidum hoc *Martialis* ad Fabullum lib. III. Epigram. XII.

Unguentum, fateor, bonum dedisti
Convivis here: sed nihil scidisti.
Res salsa est, bene olere, et esurire,
Qui non coenat, et ungitur, Fabulle,
Hic vere mihi mortuus videtur.

JENS. Locus corruptus, nec placet *Brodaei* conjectura Misc. IX, 13. Aliquid hic excidisse credo. Vide alia loca, in quibus vocem *ἠρέμα* fere adhibet, ut: *ἐδυσχέραινον ἠρέμα*, Necyom. c. 6. *ἠρέμα καὶ ἄχθεσθαί με*, Icarom. c. 9. et Nigr. c. 5. Vid. omnino *Suid.* v. *Δελφὸς ἀνὴρ στέφανον μὲν ἔχει δίψει δ' ἀπόλλυται.* Et *Aristophan.* Schol. 230. A. SOLAN. Quod ex Nigr. c. 5. citat Solanus, jam est c. vel §. 8. ubi Hemsterh. *προσαχθῇς ἠρέμα* recte vertit, *sensim cogare.* Quod hic tamen sensum non efficeret. Paris. versio *ἠρέμα γελοῖον* reddit, *magnopere ridiculum*, recte quod ad sensum; num vero *ἠρέμα* hanc significationem habeat, nondum comperi, neque credo. Ienseius locum sanum pronuntiare videtur, vertens *aliquantulum est ridiculum*, quod melius ad Graeca; sed requiritur efficacius adverbium, quam *aliquantulum.* REITZ. Pro *ἠρέμα καὶ γελοῖον* *Gisb. Koen.* ad *Gregor.* de Dial. p. 10. legebat *χρῆμα*

παγγέλοιον· cui emendationi, ut verissimae, adsentitur clariss. *Belinus*. Bip. Vehementer falluntur, qui *Koenii* blandam conjecturam probant; in quorum numero juxta *Belinum* etiam *Gailius* est in libro: Divers traités de Lucien, Xenophon, Platon et Plutarque, p. 492., quem tamen falsi testimonii arguit *Bastius* ad *Greger. Cor.* p. 26. ed. Schaefer. referentem, lectionem illam χρῆμα παγγέλοιον revera in excellente quodam Codice Paris. inveniri. Exquisitam phrasin ἠρέμα καὶ agnoscent, qui haec *Luciani* loca: Nigr. c. 8. δέδοικα μή σοι μεταξὺ δόξω γελοίως αὐτὰ μιμεῖσθαι — — κᾆτα προαχθῇς ἠρέμα καὶ αὐτοῦ καταγνῶναι τοῦ δράματος, Icarom. c. 9. ὥστε ἠρέμα καὶ ἄχθεσθαι, Ibid. c. 27. καὶ τῆς ἀμβροσίας ἠρέμα καὶ τοῦ νέκταρος παρεγενόμην. etc. cum hoc nostro comparaverit. Scilicet denotat ea quandam urbane ac lepide moderatam gradationem, qua gravitas rei ipsius cum grata ac paene ironica modestia mitigetur; i. e. proprie: *sensim adeo, paullatim etiam; quin etiam fere*, quod nostrates fere dicunt, *nachgerade auch, sogar*. II. l. commemoratis modo, quae periculosam et miseram philosophi nostri conditionem indicarent, nunc adjicitur, quod *jam parum absit, quin etiam ridiculum* videri possit; vult autem auctor, *maxime* hoc omnium *ridiculum* esse. In proxime sequentibus *Courierius* ad Luc. Asin. p. 312. pro ἄγοντος ἐναγίσματα scribi vult ἀγόντων ἐναγ., ut enuntiatio exsistat absoluta, intellecto τινῶν. At et mortuus ipse secundum vulgarem veterum cogitandi rationem, quam *Lucianus* potissimum in Charon. c. 22. deridet, dici poterat ἄγειν ἐναγίσματα, *celebrare, agere, inferias suas*; quamquam vere non ipsius erat voluptas, sed superstitum amicorum. Aliud etiam in h. l. desiderat *Wielandii* elegantia, cohaerentiam hujus sententiae: τὸ μὲν γὰρ λιμῷ ξυνόντα — — τὰ παρεσκευασμένα cum iis, quae proxime praecesserant. Unde lacunam suspicatur aliquot versuum. Equidem, licet liberiorem quendam sententiarum nexum esse concedam, nihil tamen desidero, nec video saltum violentum. Esurire enim ac sitire jam cogi misellum homuncionem vel inter convivium ipsum lautissimum, demonstraverat auctor cap. 26. Tum addit c. 27. et sq. accedere ad istud malum dolores quosdam ac molestias, e. g. quod humillimi generis hominibus se postpositum videat, et obligatus etiam sit ad laudandos, quos contemnat; (et hic obiter quasi immiscet, quam ridiculum sit spectaculum homo bene unctus et belle coronatus, qui simul esuriat ac sitiat) quod porro timendum sit, (c. 29.) ne zelotypiam domini excitet etc. Lehm.

Ibid. Στήλη — νεκροῦ) Cf. supra Charon. c. 22. Solan.

Ead. l. 7. *Ἄγοντος ἐναγίσμ.*) Vid. supra Charon. c. 22. Solan.

Ead. l. 9. *Ἦν μὲν γὰρ καὶ ζηλότ. τις ᾖ*) *Ἦν μὲν γοῦν.* Marcil. Haud inepta quidem conjectura. Nam quinquies repetita particula *γὰρ* in deinceps sese excipientibus enuntiationibus non potest non offendere. Nihilominus in constanti omnium librorum lectione acquiescere placebat. Ceterum haec ipsa domini zelotypia requirit necessario, ut, qui statim commemorantur, *παῖδες εὔμορφοι*, *ἢ γυνὴ νέα*, non de *liberis* ejus et uxore, sed de *pueris formosis*, vel uxore, capiantur. Priorem interpretationem *Gesnerus*, et hinc *Belinus* et *Wielandius* amplexi sunt. Sed *Erasmus* olim rectius sensum expresserat. Vid. ad cap. 15. Lehm.

Ibid. *Ζηλότυπός τις ᾖ*) *Civis ille Romanus.* Brod.

Ead. l. 12. *Ὦτα γὰρ καὶ ὀφθαλμοὶ*) *Erasm.* in prov. *Regum aures atque oculi multi.* Brod. Vid. *Xen.* Paed. VIII. *Aristoph.* Schol. in Acharn. p. 265. Vorst.

Ead. l. 13. *Ὀφθαλμοὶ βασιλέως*) Qui Sycophantae, Eunuchi, dico alibi, et patet lineis seqq. repetit ea pag. 873. Bourd. Facete ludit in homonymia vocis *βασιλεύς*. Nam Romae reges appellabantur ii, qui convivia praebebant clientibus suis, ex *Juvenale* et *Martiale* notum: regum autem (ut notum est) ministri dicuntur *βασιλέως ὀφθαλμοὶ*, in quo lusit cum multo risu *Aristophan.* in Acharnis. Palm.

Pag. 269. l. 1. *Ἃ μὴ θέμις ὁρῶντα*) Forte *εἰς ἃ μὴ θέμις ὁρῶντα.* Brod. Explicat haec verba *Jens.* Lectt. Luc. p. 115. vid. ejus notam ad Diall. Mortt. XI. §. 4. ad verba, *ἐς τὸ χρυσίον πάντες ἔβλεπον*, ubi insertione praepositionis nihil opus esse, contra *Brodaeum* ostendit. Reitz.

Ibid. *Διαπείρας τῷ οἰστῷ*) Placet *διαπείρα τ. ὀ.* Brod. *Διαπεῖραι ἂν τ. ὀ.* Atque hic *κίνδυνος*, de quo ante dixit. Marcil. De hoc Persarum more tyrannico prorsus et minime *συμποτικῷ* nihil memini me legisse; et quis credat, Persarum reges vel proceres voluisse sua convivia sanguine humano pollui, et funeribus inquinari, et omnem convivandi licentiam exstingui mortis cogitatione et metu? Id certe nec credo, nec credibile est. Ideo allegorico sensu debet intelligi *τὸ οἰστόν* Nimirum acutissimum telum est calumnia, quam in convivam immoderatum vibrabat Eunuchus ille, insusurrando regis auribus, et ejus zelotypum animum irritando. Sic ego intelligo. Alius forte aliter. Palm. Locus hic etiam corrupte in omnibus legitur: non potest enim hic ferri participium. Forsan scripserit *διέπειρέ σου*, ut Diall. Mort. XIII. De *ἃ μὴ θέμις ὁρῶντα* vid. Dial. Jov. Aescul. et Herc.

ἃ μὴ θέμις ποιοῦντα. Solan. Non tantum in adspectu, sed vel in visu, nonnunquam culpam aliquam esse posse, triste *Ovidii* exemplum testatur, qui de se ipse Trist. II, 103. acerbe queritur:

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi?

Hoc volo, nec mihi videri *Brodaei* emendatione εἰς ἃ opus esse. Quamquam mox προσβλέψαντα μιᾷ τῶν παλλακίδων. Participium διαπείρας, quod, quum rationibus syntacticis repugnare videretur, varia pro suo quisque ingenio mutandi pericula fecerunt, (vid. Varr. Lectt.) equidem corrigere religioni ducebam. Similem dicendi licentiam admisit noster Timon. c. 17. in. Εἰ δέ τις ἔμπαλιν ἐλευθέραν γυναῖκα εἰς τὴν οἰκίαν νόμῳ παραλαβὼν ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων, ὁ δὲ μήτε αὐτὸς προσάπτοιτο etc. Similiorem etiam Diall. Mortt. XXVI, 1. in verbis: ἐγὼ δὲ ζῶν ἀεὶ, καὶ ἀπολαύων τῶν ὁμοίων, quae *Belinus* et *Schmiederus* e cod. 2954. falso corrigenda censuerunt: ἔζων ἀεὶ, καὶ ἀπέλαυον. Cf. etiam infra Pro Merc. Cond. c. 9. ibique notam. De Accusativo absoluto vide, quae adnotavimus ad Halcyon. c. 8. Tom. I. p. 496. Ἐπεὶ autem et alibi breviter dictum occurrit, ut Diall. Mortt. XXX, 2. Δῆλον ὡς τὸν δικαστὴν, ἢ τὸν τύραννον, ἐπεὶ οὐδὲ τὸ ξίφος αὐτό, i. e. οὐ δύναμαι αἰτιᾶσθαι. *Guil. Langius* aliam excogitavit loci construendi rationem, quam vereor tamen, ut multi sint probaturi; hanc scilicet: ἐπεὶ ἄλλος γε εὐνοῦχος — ἔχων (σε ἴδῃ, ex super.) ἃ μὴ θέμις ὁρῶντα, διαπείρας τῷ οἰστῷ μεταξὺ πίνοντος (propter sequ.) τὴν γνάθον. Quod denique ad *Palmerii* sententiam attinet, qui τὸν οἰστὸν h. l. allegorice de *calumnia* capit, quam sententiam etiam in exemplari meo Bas. 1. a manu veteri ad marginem exaratam deprehendo, haud cunctanter *Wielandio* adsentior et *Belino*, qui proprie haec de more quodam Persico, quamquam nec aliunde noto, nec per se humanissimo, intelligunt, rati, allegoriam, qualem *Palmerius* vult, nimis adfectatam h. l. et importunam, atque adeo a *Luciani* indole alienissimam, videri. Lehm.

Ead. l. 2. Γνάθον εἶτ') Lacunam hic fuisse, designare credo voluit Juntinae editor, asterisco ad marginem posito. Solan.

Ead. l. 7. Φέρων ἐμαυτὸν) Vid. quae ad cap. 24. de hoc verbo dixi. Reitz.

Ibid. Ἐμαυτὸν) In plerisque legitur ἑαυτ. nulla prorsus ratione ferendum. Recte legitur ἐμαυτὸν in W. et ed. Flor. Solan. Ἑαυτὸν ab iis profectum esse, qui *Solani* similes fuerint Critici, nimium scilicet a rigore quodam Grammatico

suspensi, *Luciani* vero haud dubie esse ἑαυτὸν, patebit ex iis, quae supra ad c. 19. in Varr. Lectt. m) et ad Catapl. c. 9. in Adnott. a me dicta sunt. Mox etiam verba ἡδίων αὐτὸς αὑτοῦ (melius αὐτοῦ) ne quis corrigeret αὐτὸς ἐμαυτοῦ, graviter, opinor, ipse intercessisset *Solanus*. Lehm.

Ead. l. 10. *Λέων κρόκη δεθεὶς*) *Leo chordula vinctus*, dicitur, cum quis exiguo commodo detentus apud aulicos ostentatur passim, quod princeps tantum alat virum. Cogn. Ex historia Androcli, quam vide apud *Ael.* de anim. VII, 48. Et *Gell.* V, 14. *Postea*, inquit, *videbamus Androclum et leonem loro tenui revinctum, urbe tota circum tabernas ire* etc. Solan. *Erasm.* in paroem. *Leo chordula vinctus. Brod.* Misc. IX, 13. Editum autem ibi πρόκη pro κρόκη errore typothetico, quibus illa Miscell. mirifice abundant; nam non mihi dubium, quin κρόκη et ipse scripserit, ac legerit. Est enim κρόκη tenue filum, immo *floccus* et *pluma*. *Epict.* Sent. 26. Οὔτε ὄρνις ἐπὶ κρόκῃ ὑψοῦται, *nec avis ob floccos* (*plumas*) *elata est.* Et a κρόκη forsan Latinorum *crocus*. Reitz.

Ead. l. 13. *Τῶν τοιούτων*) Scribe τοιοῦτον. Brod. l. modo adducto. Sed τοιούτων ego sine variatione ubique inveni, et si *Brod.* τοιοῦτον alicubi invenit, vel ipse accentus monere poterat, scribam vel edit. τοιούτων dare in animo habuisse. Reitz.

Ead. l. 14. *Τέχνην τὸ πρ. π.*) Idem rursus De Saltat. c. 9. 21. Et Mort. Peregr. c. 18. Solan.

Pag. 270. l. 1. *Ἀχάριστος*) Lege, meo periculo, ἀχάριτος, aut probos auctores profer, qui ἀχάριστος ita usurparint. Solan. Suppeditabunt exempla *Wesseling.* ad *Herodot.* I, 207. et *Sturz.* Lexic. Xenoph. Tom. I. p. 511. Quod autem pro ὡς δὲ *J. Seagerus* in Class. Journ. Vol. XI. p. 200. legi vult ὅς γε, non id quidem inelegans foret, neque extra *Luciani* usum. Verum vulgaris, et quae ipsa quoque bona sit, lectio cur propterea mutari debeat, non video. Lehm.

Ead. l. 3. *Αὐτὸς αὑτοῦ*) Ubi ex persona Mercede conducti *Lucianus* ait, *Συνίημι δὲ ὡς καὶ ἐνοχλῶ πολλάκις βλεπόμενος, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἡδίων αὐτὸς αὑτοῦ εἶναι θέλῃ·* ultima ita refingenda existimo, ὅταν ἡδίων αὐτὸς ἑαυτοῦ εἶναι θέλω. ἑαυτοῦ pro ἐμαυτοῦ, ut saepissime apud Atticos. *Quando me ipso volo esse jucundior et gratior.* Loquitur scilicet, ut dixi, ex persona Mercede conducti, qui primo mane expergefactus secum miseriam, in quam sit conjectus, reputet; quantis bonis, quaque vitae felicitate sit orbatus, posteaquam venerit in familiam, in qua pro thesauro, quem sperasset, carbones invenerit; ubi nulla cum gratia versetur, contemtus

et invisus; quippe qui ad artes hilariter vivendi, frontem exporrigendi, domino suo placendi, sit rudis. *Nam*, inquit, *intelligo satis, quam saepe ipso adspectu molestus sim; praecipue vero, ubi me ipso jucundior et suavior esse cupio.* (*Josephus* p. 371. C. de rege Persarum: ὡς δὲ μετὰ τὸ δεῖπνον ὁ βασιλεὺς διεχύθη, καὶ ἡδίων αὑτοῦ γενόμενος. Adscripsit cl. *Hemsterh.*) Formula loquendi etiam apud Latinos usitata. Confirmant emendationem nostram sequentia: *Si enim gravitatem oris et vultus servare conor, morosus videor, et tantum non fugiendus. Si vero blande riserim, et ad hilaritatem quam maxime vultum composuerim, illico me despicit et respuit.* Jens. *Αὐτὸς αὐτοῦ* M. Codex. In reliquis αὐτὸς αὐτοῦ, quod *Jensius* in ἑαυτοῦ mutare jubet. Vide tantum, an ita sit intelligendus, ut auctor argumenti libri *Athenaei*, cum ait p. 1. B. κρείττων δὲ αὐτὸς ἑαυτοῦ γινόμενος, ὥσπερ οἱ Ἀθήνησι Ῥήτορες ὑπὸ τῆς ἐν τῷ λέγειν θερμότητος etc. vel dives velit comitem lepidiorem, quam ipse est. Solan. Sic verti, quia legendum puto, non ut adhuc lectum est, sed ut jam vidit *Jensius*, ἡδίων αὐτὸς αὑτοῦ pro ἑαυτοῦ, idque pro ἐμαυτοῦ. Gesn. *Αὑτοῦ* est: me *ipso*; nec debebat mutari. Idem jam saepius a nobis observatum est, ut in Varr. Lectt. ad Diall. Marr. V, 2. XII, 2. ad Diall. Mortt. XII, 2. XXIV, 3. et in Adnott. ad Timon. c. 57. Tom. I. p. 480. Recte Charon. c. 20. legitur: οὐδ' ἂν ἀπάγοι τις αὐτῶν τι ξὺν αὑτῷ (non αὐτῷ) ἀποθανών. et ibid. c. 24. τὸν ἐπιγράφοντα τὸ τρόπαιον τῷ αὑτοῦ (non, ut *Reitzius* maluit, αὐτοῦ) αἵματι. et infra Pro Merc. Cond. c. 14. πεῖραν αὑτοῦ (sic in omnibus libris) διδοὺς, i. e. *experimentum sui praebens*, ut recte Interpres. Θέλω autem pro vulg. θέλῃ probissimam et ego, ac certissimam, judico *Jensii* conjecturam. Lehm.

Ead. l. 12. Ὁ κώδων ἠχ.) Conf. supra c. 24. Solan. *Magius* de tintinnab. c. 6. comminiscitur ac delineat horologium Lucianeum, quod aquae effluxu sonitum tintinnabuli suspensi excitaret ad certam horam; sed vanum hoc esse, quilibet videt. Recte quoque supra ad cap. 24. Scholiasten risit *Solanus*, quod campanas, quibus Christiani ad concionem vocantur, simili jam usui aptatas *Luciani* tempore crediderit. Usum enim campanarum ad seculum octavum vel summum septimum revocandum, vid. ap. *du Fresne* in Glossar. Graec. voce κώδων, et Latino, v. *Campana*. Ita nostra memoria Clivis campana quaedam in aliam formam transfusa est, quae 700 annorum aetatem, Gothicamque inscriptionem praeferebat, figura autem non erat qualis hodie, sed cylindrica, qualis tintinnabulorum, quae vaccis appendi solent.

Tintinnabulorum autem minorum usum satis fuisse antiquum, vid. *Casaub.* ad *Suet.* Aug. c. 91. Ac tintinnabulum in balnei fastigio positum, ad indicandam horam lavandi, vid. *Baccium* de thermis vett. Thes. *Graev.* T. XII. p. 324. Quin et tintinnabula sepulcro regis Porsenae imminuisse, ex *Plin.* Hist. VII, 55. jam retulit *Magius* cap. 2. Reitz.

Pag. 271. l. 7. Ὅσον οὐδέπω) Ad verbum est *tantum nondum*, i. e. *propemodum*, *jam jam.* Sic noster Ver. hist. I. c. 8. f. ὅσον οὐδέπω καρποφορήσειν ἔμελλον. *jam jam fructus laturi erant.* Plura ex *Thucyd.* et *Herodian.* *Steph.* v. Πόσος, p. 497. Reitz.

Ead. l. 9. Ὕοντος δὲ πολλάκις) Διὸς subauditur. Brod.

Ead. l. 11. Καὶ τὸ ζεῦγος) Delendum illud καὶ, sed ne sic quidem satis sanus locus videtur. Solan. Frustra solicitant innoxiam particulam καί. Neque enim delenda, neque, id quod *Seagerus* vult, mutanda in κατὰ, ita, ut κατὰ ζεῦγος sit *apud vehiculum*; Genuinam intelliges, si tenueris, referri eam ad sequens οὐδὲ, quemadmodum *Gesnerus* in versione expressit: „*et* jumenta exspectas — *et ne* virgultorum *quidem* satis substernunt.“ Similiter vice versa οὔτε et καὶ inter se referuntur Diall. Marr. XIV, 1. οὔτε τὴν παῖδα ἠδίκησαν, καὶ αὐτὸ ἤδη τέθνηκε. Quod autem Participium ὑποβαλόντες non strictissime verbo finito περιμένεις respondet, nunc tanto minus offendet, quanto certius tibi supra c. 29. extr. de probitate Participii διαπείρας persuaseris. Lehm.

Ead. l. 12. Τῷ τῆς δ. κομμωτῇ) Horum vis artem nosse? *Galenum* audi, Λευκότερον τὸ χρῶμα τοῦ προσώπου ποιεῖν ἐκ φαρμάκων, ἢ ἐρυθρότερον, ἢ τὰς τρίχας κεφαλῆς οὔλας ἢ πυῤῥὰς ἢ μέλαινας· ἢ καθάπερ αἱ γυναῖκες ἐπὶ μήκιστον αὐξανομένας, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τῆς κομμωτικῆς κακίας ἐστὶν, οὐ τῆς ἰατρικῆς τέχνης ἔργα. Haec ille, teste *Constantino* L. I. κατὰ τόπους. Sed subit hic mirari, quod apud *Nostrum* feminae, non feminarum ad eam rem, sed virorum opera jam tum utebantur: quod antequam hic loci animadvertissem, Gallicis solis nostris nobilibus feminis, post Christinae Suecorum reginae apud eas adventum, seculi nostri summo probro, factitatum putabam, ut viris jam, non ornatricibus, ut saltem ea parte modestiae consulerent, uterentur. Solan.

Ead. l. 14. Θεσμόπολις) In vivis, cum haec scriberentur, esse desierat. Eundem nominat in Gallo c. 10. et in Hermot. c. 9. et seqq. graphice depingit. Vide notas ad c. 11. Solan.

Pag. 272. l. 1. Ἀνέλπιστον) Conf. infra Peregr. c. 25. f. Solan.

Ead. l. 4. Δεῆσαν) *Cum oporteret.* Brod.

Ead. l. 6. *Πεπιττωμένων τὰ σκέλη*) *Athen.* lib. 12. Alexis, ex quo Lucian. hoc loco, ut patet postea:

Ὁρᾷς δὲ πιττοκοπούμενον τὶν ἢ
Ξυρήμενον.

Dixi ad illud *Petron. Salamandra.* Sic pag. 554. ubi pessime interpr. *qui crura totumque corpus unguento solebant perungere.* verte, ut hic *Erasm.* Bourd. Jubet *Bourdelotius* cum *Erasmo* vertere, *picatis cruribus*; et nos, ut solet, ad *Petronium* amandat. Ego vero, cui *Bourdelotii Petronius* ad manum non est, aut, si esset, vix totum evolverem, ut rem tantillam anquirerem, malo, *depilatis cruribus:* non enim picatis cruribus foras credo prodituros; sed domi ut depilarent dropace, quae ex pice et oleo constabat, molles isti utebantur. Hinc in eam rem usurpatum, quod in Demonact. loco ab eo laudato (c. 50.) legitur, δρωπακισθῆναι. Cf. Rhet. c. 23. Solan.

Ead. l. 7. *Διὰ τιμῆς δὲ αὐτὸν — ἦγε*) Nequaquam significat διὰ τιμῆς ἄγειν τινὰ, *honoris gratia aliquem secum ducere*, uti putavit interpres, (edit. *Par.* et *Salm.*) sed *aliquem in honore et pretio habere, colere et honorare.* Quemadmodum δι' ἐπαίνων ἄγειν apud *Aelian.* Hist. An. XIV, 29. Vitring. Cf. Prom. in Verbb. c. 4. et Fugit. c. 3. Lehm.

Ead. l. 9. *Χελιδόνιον γὰρ καλεῖσθαι*) Sic Cleopatrae cinaedus *Χελιδών*. *Suidas* in *Κίναιδα*. Marcil.

Ead. l. 12. *Παρακαθίζεσθαι*) W. P. L. et ed. *Junt.* In reliquis παρακαθέζεσθαι. Solan.

Ead. l. 13. *Διασεσαλευμένον*) Sic iterum infra Rhet. Praec. c. 11. Solan.

Ead. l. 16. *Δεηθῆναι*) Absque Codicum ope hanc vocem emendare nolui, sed corruptam esse, cuivis manifestum est. Solan. *Δεήθητε αὐτοῦ* in suo exemplari legebat *Brod.* Misc. IX, 13. pag. 67. Et corrigere jubebat ἐδεήθη αὐτοῦ· merito quidem; verum cum ego δεηθῆναι constanter scriptum invenerim, ista emendatione jam nihil opus esse arbitror. Reitz. Vid. ad Catapl. c. 11. Lehm.

Pag. 273. l. 2. *Τερετίζοντος*) Sic scribendum, non, ut vulgo fit, duplici τ. Sic etiam scriptum in W. Cod. Solan.

Ead. l. 4. *Αὐτῷ*) Forsan rursus αὑτῷ legendum quis malit, ut saepe alibi: non tamen mutavi, quia hic non necessarium videbatur, licet Latine recte vertatur *sibi*; nam sequitur mox αὐτὸν de eadem persona, quod recte se habet, quia ipse loquens non directe inducitur, sed alius ejus loco narrat. Sapienti sat. Reitz.

Ead. l. 6. *Οὕτως ὄναιο*) *Sic prospere tibi contingant omnia, sic te Dii bene adjuvent.* Brod. Idem Icarom. et alibi. Et La-

tini sic dicunt. Interpretes *Horat.* ad Od. 3. lib. 1. et *Martial.* ad Epig. 6. lib. 5. Bourd.

Ibid. Χάριν σὺ μικρὰν αἰτούσῃ δὸς) *Hoc mihi abs te petenti beneficium impartire.* Brod.

Ead. l. 10. *Μυῤῥίνην*) Ad initium hujus capitis in margine Codicis M. exstat hoc Scholium a recentiore, quam reliqua, manu: *Ὁ καλὸς κ' ἀγαθὸς Λουκιανὸς ὁ πάντας καλῶς ἐλέγξας καὶ πάντων τὰ ἤθη παιδεύσας ἄτιμος μένει ἐν Καλαβρίᾳ.* Quod et per se futile cum sit, nec, quo referendum, sciam, inter alia scholia edendum non duxi, nec prorsus reticere volui. Solan. Non adnotassem variationem editionum inter *μυῤῥίνην* et *Μυῤῥίνην*, nisi *Solani* diligentiae ostentandae caussa facerem; nam nimis notum est, Mss. et edd. antiquas raro nomina propria literis majusculis initialibus distinguere: ita mox *Μελιταῖα* versus fin. hujus cap. quoque scriptum erat *μελιταῖα*. Quare in adnotandis hujusmodi minutiis posthaec parciores erimus, nisi ubi necessitas urgeat, ut c. seq. v. *καρχάρων*. Reitz. Non sunt hae profecto minutiae, ubi *canem Melitaeum* cum *myrto*, *oratores mordaces* cum *Carcharorum gente* etc. commutandi occasio detur. Facilius adnumerem minutiis, quod idem *Reitzius* noster supra vitium Juntinae Ed. *οὗτος* pro *οὕτος*, et similia multa commemorare operae duxit. Lehm.

Pag. 274. l. 5. *Βαῦζον*) Hanc vocem attigi ad principium *Petron.* Bourd.

Ead. l. 6. *Τὰ μελιταῖα*) Hujusmodi enim sunt Melitaei canes. *Erasm.* in proverb. *Melitaeus catulus.* Brod. Haec vox a prioribus interpretibus non fuit intellecta. *Canes* erant ex *Melita* insula; uti hodie ab Hispania matronarum nostrarum catulis nomen inditum est. Eam autem insulam, unde canes habebant, aliam esse a nostra *Maltha*, *Scaliger* docet ex *Plinio* in fine L. III. cap. 26. Vid. notas ad *Euseb.* Chron. p. 223. Insula est orae Dalmaticae adjacens, quae hodie *Meleda* dicitur. Sed vid. etiam *Strab.* p. 277. qui ex altera *Melita* catulos illos petitos fuisse disertis verbis ait. *Theophr.* in Charact. c. π. *μικροφιλοτιμίας* monumentum ejusmodi cani exstructum memorat, hac inscriptione, *ΚΛΑΔΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΟΣ.* Cujus vanitatis exstat nuperum etiam exemplum, feli Parisiis dedicatum monumentum. Nominat iterum noster Philops. c. 27. et Conviv. c. 19. Meminit etiam *Diogenes* apud *Laërt.* p. 151. A. et *Aesop.* f. 88. Solan.

Ead. l. 9. *Οὐκ ἀμούσως ποτὲ καὶ εἰς τοὺς ἄλλους τοὺς παρόντας ἐν τῷ ξυμποσίῳ ἀποσκώπτων*) *Benedictus, nunquam insulse alios etiam — dicteriis petens.* Conjungit separanda, et

hinc vehementer torquet *Lucianum.* Melior *Erasmus, cum non insulse super convivium dicteria quaedam jecisset in eos, qui aderant.* Sic enim debet, *cum aliquando non insulse jocatus esset.* Gron. Nec correctoris ipsius interpretatio omnino vera est. Non enim legitur ἀποσκώψας, ut *jocatus esset* vertere posses, sed ἀποσκώπτων, quo *fere* quid ille fecerit, significari quis non videat? Verte igitur cum *Gesnero: qui alioqui* (proprie *aliquando,* i. e. h. l. *nonnunquam, suo tempore fere*) *non indocta dicta in caeteros jacere in convivio solet.* Hanc vim vocis ποτὲ, ut verti possit *fere,* tangit *Sturzius* Lexic. Xenoph. s. v. ποτὲ n. 5) Lehm.

Ead. l. 16. Τῶν καρχάρων) Malim τὸν κάρκαρον. Brod. (Miscell. IX, 13. p. 67. ita scribit, male quod ad orthographiam, non inepte, quod ad casum; nam sic vehementius convicium uni illi fit rhetori. Sed vulgata stare potest: intelligitur enim ἕνα, ut Dial. Mort. IX. §. 2. μακάριος αὐτῶν. *Aristophan.* Pl. 345. εἷ γὰρ τῶν φίλων. Reitz.) Sic vertit *Erasmus;* nimirum putavit *Carcharos* fuisse populos ita vocatos, vel gentem forte Athenis degentem, ut Eumolpidae, Phoenices, Eteobutadae. At longe a veritate aberravit doctissimus ille vir. Legendum est sine majuscula καρχάρων, et interpretandum *mordacium, asperorum, exsertos dentes habentium:* nam κάρχαρος nihil aliud est, quam καρχαρόδους. Sed ex hoc loco et aliis, quos jam superius notavi, conjicio, *Erasmum* adhuc juvenem et nondum Graecae linguae satis callentem hanc versionem aggressum fuisse: nam saepe peccat ejus dialecti ignoratione Palm. Καρχ. litera minuscula initiali edendum curavi, *Palmerio* adsentiens, et *Hesychio* ita scribenti: κάρχαροι οἱ ἔσχατοι ὀδόντες τραχεῖς τε καὶ ὀδόντες ὀξεῖς. Sed quia omnes edd. habebant Καρχάρων litera majori initiali, ut dicimus, facile in errorem potuit duci *Erasmus.* Reitz.

Pag. 275. l. 3. Οὐ πρὸς ὕδωρ) Eorum more, qui in judiciis olim ad clepsydram dicebant. Brod. Solebant enim ea aetate Rhetores orationum suarum tempus clepsydris metiri, quod etiamnum a multis sacris concionatoribus apud varias Europae gentes observatur, eo tamen discrimine, quod nostrae *arena*, veterum clepsydrae (quod et etymon docet) *aqua* tempus metiebantur. Vid. supra not. ad. Piscat. c. 24. Solan.

Ead. l. 4. Τοῦτο ὑποστῇ) Sincera lectio ὑποστῆναι. Brod. l. saepe cit. Sed ita, ut jussit, jam expressum est in omnibus edd. Reitz.

Ead. l. 5. Ἐπὶ διακοσίαις δραχμαῖς) Ea summa sex libras Anglicanas cum dimidia efficit: Gallicas veteres ad octogin-

ta: hodiernae enim adeo in dies mutantur, ut nemo, quid efficiant, nisi necessitate coactus, anquirere curet. Solan.

Ead. l. 8. *Διαῤῥαγῆναι*) *Clamore disrumpi.* (*διῤῥαγῆναι* legebatur in Miscell.) Brod.

Ead. l. 9. *Εἰσὶ δ' οἳ καὶ ἐπὶ κάλλει — ῥῖνα ἔχοντας*) Haec, ut aliena ab hoc loco, unciuis inclusit *Belinus*. Bip. Idem fecit *Schmiederus*. Sed non aliam video caussam a *Belino* afferri, quam quod ea, quae de Dionysio sequantur dicta, non ad pulchritudinis, sed ad doctrinae, laudem referri debeant. Quod secus est. Cogitavit auctor de Dionysiis, non de Dionysio isto solo, cujus invidiam movit Philoxeni pertinax veracitas. Et moneri illo exemplo potuit, quicunque rem haberet cum cujuscunque generis dominis ambitiosis, sive doctrinae, sive pulchritudinis, sive alius cujuscunque dotis, virtutisve, laudem captarent. Omnino liberior h. l. est, ut alibi quoque interdum, auctoris stylus. Quod si non manifesto appareret, mallem ego ea, quae inferius adnexa sunt, verba: *χρὴ δὲ καὶ σοφοὺς — οὕτω λέγειν*, pro alienis habere. Sed caute abstinebo. Lehm.

Ead. l. 11. *Ἀκούειν*) Prorsus ut Latini, *audire* pro nominari. Ita et *bene audire Epict.* Sent. 7. *καλῶς ἀκούειν*. *Noster* in Prometh. ipso principio *οὐδ' ἀναίνομαι πηλοπλάθους ἀκούειν·* plura simil. *Jens.* Lectt. Luc. p. 272. seq. ubi multas dictiones Graecis et Latinis communes collegit. Reitz.

Ibid. Πήχεως ἐνίοτε τὴν ῥῖνα ἔχοντας) En delicias interpretum. *Benedictus, si nares cubitali magnitudine amplas habeant. Erasmus, si illis naris nonnunquam cubitali hiet specu.* Ubi tantam auxesin? et cur malunt de nare et naribus, quam nasum appellare? Sane cum in Hermotimo dicit *ἀπέτραγεν αὐτοῦ τὴν ῥῖνα ὁ γέρων*, adhibent nasum. Et cum simpliciter de casu narium aliquid dicunt, ut si quid per illas fluxerit, *Lucianus* certe potuit et maluit dicere *αἷμα πολὺ ἐκ ῥινῶν ῥυὲν*, initio conscrib. hist. Sed ut nunc *ῥὶν*, ita etiam *πῆχυς* in *Luciano* iisdem risum praebere debuit. Nam in dialogo Veneris et Cupidinis, cum scriberet ex Veneris ore *Lucianus*, *οἱ Κορύβαντες δὲ, ὁ μὲν αὐτῶν τέμνεται ξίφει τὸν πῆχυν*, Latine dixit *Erasmus*, *Corybantum alius suum ipse penem ense desecat. Benedictus* eadem, nisi quod *resecat*, ut apparet ex Salmuriensi et hac editione. Adeo illis obhaesit vexatio Attios, ut Deliacos fecerint quoque Corybantas. An miseri non recordabantur *Prudentii* de eodem collegio? *Culrum in lacertos exserit fanaticus Sectisque Matrem brachiis placat Deûm.* Eademque apud alios. Certe hoc tempus talia non decent; et laudabilius fecissent *cubitum* simpliciter interpretantes. Gron.

Ead. l. 12. Ἐς τὰς λιθοτομίας) *In lapicidinas Dionysiacas.* Meminit hujus carceris insignis a Dionysio exstructi *Cic.* Act. 7. in Verr. *Plaut.* in Capt. et *Liv.* Cogn. Τὰς Διονυσίου λατομίας dicit *Athen.* c. 3. lib. 1. *Jun.* in Adag. *Turn.* c. 16. lib. 22. lautumias vult legi. dico alibi. Bourd. Historiam Philoxeni respicit, de qua fusius Adv. Indoct. c. 15. Solan. Philoxeni contubernalis futurus, versiculos tyranni laudare recusantis. Gesn. *Syracusanas Dionysi tyranni latomias*, Philoxeni poëtae exemplo. *Brod.* Misc. IX, 13. f. Ecce rursus, quam malam Graecam lectionem expresserit: nam haec vitia typothetica non esse credo, quia et alibi Διονύσου male pro Διονυσίου legebatur, ut supra jam monuit *Jens.* Hic vero ubique vera lectio erat expressa. Sed alius est *Dionysius* tyrannus, alius, Διόνυσος *Bacchus*, vel herus ille Xanthiae, de quo *Jens.* ad Vit. Auct. c. 6. Reitz.

Pag. 276. l. 3. Μισθοῦ ὑποτελεῖς) Conf. supra cap. 10. Solan.

Ead. l. 9. Κοσμούμεναι) Ms. κομμούμεναι, male; nam sequitur τὰς κόμας περιπλεκόμεναι· essetque δὶς τὸ αὐτό. Bourd.

Ead. l. 13. Ἡ ἅβρα) *Ancilla.* Sic *Dromo* et *Xanthias* pro servis usurpantur. Brod. *Serva. Hesych.* ἅβρα, δούλη, παλλακή. Dictio, quae saepe corrumpitur, ut doceo alibi. Bourd.

Pag. 277. l. 3. Παναθηναίων) Quid Romae *Panathenaea*? Solan. „Ad hanc quaestionem," inquit *Wielandius*, „vel ipse *Lucianus*, quid respondeat, laboraverit." Minime, credo. Imo ne ego quidem magnopere laboro. Mirum sane, qui tam incredibilis temeritas, tam vere caecus stupor, scriptori nostro a tam familiaribus ejus cultoribus tribui, credique serio potuerit, adeo sui oblitum *Lucianum* Athenas Romam transportasse. Non *Attica* Panathenaea cogitavit auctor, sed *Romana*, i. e. festum illud Romanorum, quod cum Atheniensium Panathenaeis maxime conveniret. Erant haec *Quinquatria*, in Minervae honorem celebrata. Quae quum haud commode Latino suo nomine a Graeco scriptore reddi potuissent, Graecum substituit callidus auctor *Athenaeorum. Panathenaea* autem nominare placebat, ut intelligerentur majora Quinquatria, per quinque continuos dies acta, discernenda quidem illa a minoribus, unius tantum diei festo. Vid. *Ovid.* Fast. III, 809. sq. cf. VI, 651. sq. Nempe majoribus, quas ferias puerorum fuisse discimus ex *Horat.* Epis. II, 2, 196. sq., Minerval accipiebant juventutis doctores, quod satis clare patet e loco *Ovidii* priore v. 829. et sq. nec non forte dona doctis nobilium amicis dabantur, quod hic noster

locus docet. *Saturnalibus* autem literatos homines a dominis suis donari solitos fuisse, testatur lex illa salsa, quam Cronosolon fert Cronosol. cap. 15. τοῖς πεπαιδευμένοις διπλάσια (praecesserant *servi domestici*) πάντα πεμπέσθω· ἄξιον γὰρ διμοιρίτας εἶναι. LEHM.

Ibid. Ἐφεστρίδιον ἄθλιον) Dixere *Persii* interpretes ad illud, *Scis comitem horridulum trita donare lacerna.* Ms. Reg. ad hunc locum μανδύαν τινὰ ἄμεινον δὲ κεκρύφαλον νοεῖν. leg. *Casaub.* fin. lib. 6. Anim. ad *Athen. Hesych.* et *Suid.* verbo χειρόμακτρον. BOURD. Interpretatur *Erasmus* ἐφεστρίδιον *umbellam*, ut umbella Graece σκίρον dicitur. Debebat vertere *amiculum, paenulam,* vel tale quid. PALM.

Ead. l. 5. Καὶ ὁ μὲν πρῶτος) Nullus dubito, ex eodem Codice refingendum esse, καὶ ὁ μὲν πρῶτος εὐθὺς, ἔτι σκεπτομένου παρακούσας τοῦ δεσπότου προδραμὼν καὶ προμηνύσας ἀπέρχεται. *Et primus quidem illico etiamnum cunctantem dominum audiens, praecurrens ante alios nuntiat.* Vulgo, καὶ ὁ μὲν πρῶτος, εὐθὺς ἐπισκεπτομένου παρακούσας τοῦ δεσπότου, προδραμών. Vertunt: *ac primus quidem, qui statim id facere destinantem subauscultarit dominum, praecurrit, priorque monet.* Σκέπτομαι est cunctor, dubito: unde σκεπτικοὶ, qui de omnibus dubitabant. GRAEV.

Ead. l. 6. Ἔτι σκεπτ.) Ἔτι σκεπτομένου in G. et L. legitur, quod merito viro summo placuit, utpote quod corruptae vulgatae ἐπισκεπτομένου medicinam adferre commodissime visum sit. Cod. P. aliam scripturam exhibet, quam olim sequebar, nempe ἐπισκηπτομένου, quia vocem ἐπισκήπτω vel ἐπισκήπτομαι *de mandantibus* eleganter usurpari, vel Lexica ipsa satis docent; adi tamen nos ad Catapl. 8. ubi de ea plura: *mandatum* autem hic intelligi commode posse, *munus,* quo nuntius mox donatur, satis evincit. Nunc autem ἔτι σκεπτομένου magis probo. Vox ἐπισκέπτομαι pro *considero* apud *Aristotelem* frequens, Eth. Nic. p. m. 4. C. 20. A. 120. C. Sic *Noster* etiam usurpat simplex σκέπτομαι Ver. Hist. cap. 10. Demon. c. 57. Herm. c. 50. et 73. SOLAN. Quid si ἐπισκηψαμένου, jubente, et mandante familiae? GESN.

Ead. l. 8. Κομίζοντες) *Pallium deferentes.* BROD.

Ead. l. 9. Πολλὰ εἶπε) *Multos de te apud dominum sermones fecit.* BROD.

Ibid. Καὶ ὡς ἐπιτραπεὶς) *Utque, cum id arbitrio ejus permissum esset, ut quod vellet indumentum ad te deferret.* BROD. Perperam *Erasmus, quemadmodum adhortans commodiora subjecerit.* Concinnius *Benedictus, ut sibi dato arbitrio commodio-*

ra subjecerit, etsi posteriora haec sint singularia. Certe clarius et simplicius verti poterat debebatque, ut adscripsit pater, *cum ei commissum esset negotium*, *pulchriorem* vel *optimam vestem elegerit*. In Nigrino, οἱ τὰς πόλεις ἐπιτετραμμένοι. In Apologia hujus dialogi, οὐ φαῦλαι ἐλπίδες, εἰ τὰ εἰκότα γίγνοιτο, ἀλλ' ἔθνος ἐπιτραπῆναι. In modo Conscrib. histor. οἷος καὶ πράγμασι χρήσασθαι ἄν, εἰ ἐπιτραπείη. Et alibi usitatissima est locutio. Gron.

Ead. l. 10. *Τὸ κάλλιον ἐπελέξατο*) *Optimum tibi delegit*. Brod.

Ibid. *Διεξιὼν*) *Commemorans*. Brod.

Ead. l. 11. *Λαβόντες*) *Aliquot a te extortis assibus*. Brod.

Ibid *Βρενθυόμενοι*) Narrat *Noster*, quemadmodum, si Mercede conductus festis diebus donativum aliquod pusillum ab domino accipiat, etiam munuscula oporteat dare iis, qui donativum istud ei adportent; quorum aviditas habendi vix satiari queat, quique quantumcunque accipiant, aegro animo discedant. ἅπαντες δ' οὖν, inquit, ἀπαλλάττονται λαβόντες, ἔτι καὶ βρενθυόμενοι, ὅτι μὴ πλείω ἔδωκας. *Omnes itaque aliquo accepto discedunt, insuper mussitantes, quod non plura dederis.* Ad vocem βρενθυόμενοι ita Scholiastes, Ἀλαζονευόμενοι ἢ λυπούμενοι καὶ ἐνσχυραίνοντες. βρένθυον δὲ μῦρον τῶν παχέων. οἱ δὲ ἄνθινον μῦρον. καλεῖται καὶ ὄρνεόν τι βρένθος, ὃ ἔνιοι κόσσιφον καλοῦσι. *Scholiastae* haec verba sunt, uno alteroque excepto, eadem plane, quae habet *Etymologici Magni* auctor; quibus et conveniunt fere, quae habet in ea voce *Hesychius*: sed cum apud *Hesychium* juxta et *Helladium* in Chrestomathia p. 14. ed. cum notis *Meursii*, legatur *Βρένθιον*, dubium, utrum apud *Helladium*, et *Hesychium* atque in *Etymologico M.* (ubi nunc *Βρένθειον*, nunc in plurali *Βρένθια*, scribitur) sit ex hoc *Luciani* Scholiasta rescribendum βρένθυον· an vero apud hunc, ut et in *Etymologico* ex *Hesychio* βρένθιον emendari debeat. Certe priori sententiae videtur τὸ βρενθύεσθαι inde deductum favere. Porro et ex *Hesychio*, et *Etymologico* apud Scholiasten pro κόσσιφον lege κόσσυφον. Apud *Hesychium* quoque, ubi legitur, βρένθιον, μῦρόν τι ὡς Βάκκαρις etc. sciendum apud Etymologici auctorem scribi βάκχαρις, et ex adjecto ibi articulo ἡ patet, fuisse feminam. Uter recte scriptum hoc nomen habet? Sequitur iterum apud *Hesychium*, *Βρένθος καὶ ὁ τύμβος λέγεται*· hic quidam pro τύμβος conjiciunt θυμός. Sed verior est haud dubie *H. Stephani* sententia, emendantis τύφος. Recte enim ut βρενθύεσθαι per ἀλαζονεύειν, μεγαλοφρονεῖν, ita *Βρένθος* per τύφος exponitur. Apud eundem *Hesychium*, ubi [illegible]

ποιεῖται, legitur, nullus dubito, quin Βρενθύεται sit rescribendum; plane uti infra Βρενθύεσθαι inter alia etiam per δυσχεραίνεσθαι, προσποιεῖσθαι, redditur. Vide quoque *Etymologicum M.* in eadem hac voce. Jens. Cf. Schol. ad Timon. c. 54. Omnino autem erudite disserit de hoc verbo *Hemsterh.* ad Diall. Mortt. X, 8. in Tom. II. p. 531. sq. Lehm.

Ead. l. 12. *Δύο ὀβολοὺς ἢ τ.*) Summam et infimam mercedem hic nominat: quarum haec nummorum Anglicorum valet libras ferme decem, illa viginti. De mercede enim philosophi ut intelligam hunc locum, sequentia cogunt, quibus quam difficulter enumeretur, edisserit; ἢ autem, quod hic pro vulgato καὶ habes, ex P. et L. est. Solan.

Ead. l. 14. *Μὲν αὐτὸς*) *Ipse dominus.* Brod.

Ead. l. 15. *Οὗτος*) Muneribus scilicet, non obsequio tantum. Solan.

Ead. l. 16. *Ξύμβολος*) Revocandum ex editionibus prioribus ξύμβουλος, *qui in consilium adhibetur.* Talem enim hic locus postulat. Jens.

Pag. 278. l. 1. *Ἄωρα*) An ἄδωρα; Brod. *Ἄωρα δῶρα*) Ita et vertitur ab interpretibus, *intempestiva.* At non veniunt intempestiva illa, quorum adventu solvo aes alienum antea contractum; etsi tarda, tamen satis utique tempestiva, nec certe ἀνόνητα. Immo sane auctor scripsit ἄδωρα δῶρα, talia dona, quae pro donis haberi non possunt, cum et eorum spe in cultu domini et mox in ipsos servos plus erogaveris, quam illa tibi possunt redigere. Sic in Timone notatur ab *Barlaeo* πλοῦτος ἄπλουτος. Sic in Vitarum Auctione *Bourdelotius* advertit τέρψις ἀτερψίη. Sic ab aliis κόσμος ἄκοσμος, τόκος ἄτοκος. Gron. Qui lectionem ἄωρα tueri velit, possit ex *Homero* adferre, ubi Odyss. *M.* v. 89. Scyllae pedes dicuntur ἄωροι.

Τῆς ἤτοι πόδες εἰσὶ δυώδεκα πάντες ἄωροι.

Idque *Scholiastes* vetus anonymus exponit λεπτοί· adeo ut *dona* haec dicantur *tenuia.* Vel ἄωρα possit quis exponere *ingrata, indigna*; quemadmodum *Hesychius* ἄωρον interpretatur inter alia, ἄχαρι, ἀπρεπές. Sed sciendum est, non satis constare, ne inter ipsos quidem veteres Graecos interpretes, quemadmodum Scyllae pedes ἄωροι apud *Homerum* sint intelligendi: quod facile patet cum ex *Hesychio,* (in voce Ἄωροι, ubi ad hunc *Homeri* locum respicit, et non unam interpretationem comminiscitur) tum ex eodem *Scholiasta* vetere, varias variorum super hujus expositione loci sententias cumulante; quarum haec quidem videtur verior, Scyllae pedes nimirum dici ἀώρους ab ὀρούειν *prosilire*; ut qui in petram quasi impacti prosilire nequeant. Hanc quoque sententiam po-

nit et *Hesychius*. Quod vero ad hunc *Luciani* locum attinet, haud dubie est certissima et venustissima lectio cl. *Gronovii*, legentis ἄδωρα pro ἄωρα. *Ἄδωρα enim δῶρα eadem elegantia dici, qua πλοῦτος ἄπλουτος, τέρψις ἀτερψίη, κόσμος ἄκοσμος, τόκος ἄτοκος.* Quibus ego addo γνῶσις ἀγνωσίη eodem loco apud *Nostrum* in Vitar. Auctione c. 14. ubi τέρψις ἀτερψίη. Sic χάρις ἄχαρις lib. 1. Anthol. Epigr. c. III. Epigr. I.

Οὐκ ἐμὰ ταῦτα λάφυρα· τίς ὁ θριγκοῖσιν ἀνάψας
Ἄρηος, ταύταν τὰν ἄχαριν χάριτα·

et apud *Aeschylum* in Prometheo vincto p. 35. edit. Steph.

— φέρ' ὅπως ἄχαρις Χάρις,
ὦ φίλοι, εἰπέ που τίς ἀλκά.

Apud eundem *Aeschylum* in eodem dramate, πόλεμος ἀπόλεμος p. 55.

Ἀπόλεμος ὅδε γ' ὁ πόλεμος, ἄπορα
Πόριμος.

Scholiastes hunc *ἀπόλεμον πόλεμον* exponit *ἀκαταμάχητον, ὃν καὶ πολλά τις μηχανησάμενος, οὐ φεύξηται.* (Apud *Cic.* III. de Orat. veteris Tragici est: Qua tempestate Paris Helenam innuptis junxit nuptiis: *ἄγαμος γάμος Euripid.* in Hec. *Sophocl.* Oedip. Tyr. p. H. S. 200. *Aeschylus* Prom. *πόρος ἄπορος, πόλεμος ἀπόλεμος* Persis. *νᾶες ἄναες* Choeph. *χάρις ἄχαρις* Eumenid. *παῖδες ἄπαιδες. Aristoph. βίος ἀβίωτος. Attius* Medea vita invita: *Amphis* Com. *θάνατος ἀθάνατος.* Haec collegit *B. Martin.* V. L. III, 9. *Hom.* Il. I, 34. *ἀλκὴ ἄναλκις. Aeschylo* in Persis p. 157. *νᾶες ἄναες, naves perditae,* et p. 288. *πόλις ἄπολις,* urbs diruta: *Sophocli* in Electr. v. 1157. Clytemnestra dicitur ob crudelitatem *μήτηρ ἀμήτωρ.* Haec addidit *Hemst.*) — Amarunt hanc dicendi rationem etiam Latini; apud quos legitur *via invia.* Pari ratione apud *Ovidium injusta justa,* II. Met. 627. de Apolline Coronidem ab se temeraria et injusta caede trucidatam tumulante,

Et dedit amplexus, injustaque justa peregit.

Sic antiquus *Tragicus* apud *Ciceronem* III. de Or. 58. dixit *innuptas nuptias:*

Qua tempestate Paris Helenam innuptis junxit nuptiis,
Ego tum gravida etc.

Sic *insepultam sepulturam* ex *Ciceronis* Phil. I. citat *Torrentius* ad *Suetonii* Julium c. 84. Huc referri potest *diligens negligentia* apud *Ciceronem* in Or. cap. 23. *Inops potentia* apud eundem Pro Quintio c. 10. *Insaniens sapientia* apud *Horatium.* Ita et Ardeliones apud *Phaedrum* dicuntur *multa agendo nihil agere.* Sed ut ad *Luciani* locum revertar, eum ita emendandum viderat jam olim *Brodaeus* IX. Misc. c. 17. adferens illud *Sophoclis* ex Ajace Flagellifero,

Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα.

Scilicet ἄδωρα δῶρα dixerunt Graeci ad denotandam donantis vafritiem et impiam fraudem, qua per speciem beneficii quempiam irretiat et quasi visco capiat. Sic Laocoon apud *Virg.* II. Aen.

— *ulla putatis*

Dona carere dolis Danaûm? —

Ita Venus in suavissimo et cum suavitate ipsius *Κύπριδος φιλάματος*, *Veneris osculi*, quod ibi offertur, certante *Moschi* Eidyllio, quod inscribitur *Ἔρως δραπέτης*, *Amor fugitivus*,

Ἢν δὲ λέγῃ (*Ἔρως* scil.) *Λάβε ταῦτα, χαρίζομαι ὅσσα μοι ὅπλα,*

Μήτι θίγῃς, πλάνα δῶρα· τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται.

Jens. *Ἄδωρα*) In quibusdam Codd. ἄδωρα inveniri testantur *Galaci* Collectanea, quae etiam ἄωρα memorant, et restituta *Sophoclem* ejus, quam sequimur, lectionis auctorem laudant. Locus *Sophoclis* integer sic habet:

Ἀλλ᾽ ἔστ᾽ ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία,

Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κ᾽ οὐκ ὀνήσιμα.

M. vulgatam exhibet. Solan. Ex Latinis permulta ejusmodi oxymora, ut, *concordia discors, insaniens sapientia, dulce malum, strenua inertia* etc. collegi in libello de Ambig. et contrar. Tit. *ADJECTIVUM*, et *OXYMORON*. Reitz. *Gailius* retinuit vulgatum ἄωρα. At *Sophocleum* illum locum (Ajac. v. 675.) respici, manifesto ostendit vox ἀνόνητα, respondens Sophocleae οὐκ ὀνήσιμα. Quod si ita est, ἄωρα δῶρα non amplius se tueri possunt, idque tanto minus, quum ἄδωρα, quae quidem *Brodaei* juxta ac *Gronovii* conjectura est, etiam *Galaci* Collectaneis confirmetur. Optimo itaque jure *Reitzius* ἄδωρα recepit, recentioresque praeter *Gailium* omnes secuti sunt. Lehm.

Ead. l. 2. *Καὶ ἀνόνητα*) Ex *Sophocle* in Ajace Mastigoph. *Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κ᾽ οὐκ ὀνήσιμα.* Brod.

Ead. l. 5. *Πρὸς τὴν θεραπείαν σκάζοντα καὶ ἀπηυδηκότα*) Incredibile est, has voces, inprimis postremam, sic ab eximiis illis viris verti potuisse: *ad munia famulatus obeunda claudicantem et obaudientem.* Quid oro illud est? Utique talia non decent seculum nostrum, nec hanc emendationem. Quis ignorat, ἀπαυδᾶν esse collabi, deficere? Gron.

Ead. l. 7. *Ὅπερ ἦν νοστιμώτατον ἐν σοὶ*) Haec ita legenda sunt. Brod. *Lucianus* porro accumulans et exaggerans miserias, quae cum per totum convictus tempus, tum denique, ubi dimittendus sit, Conductum maneant, ait, dominum secundis auribus admittere, si quis Conductum apud se ca-

lumnietur, ὁρᾷ γὰρ ἤδη σε μὲν ὑπὸ τῶν συνεχῶν πόνων ἐκτετρυχωμένον, καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν σκάζοντα, καὶ ἀπηυδηκότα, τὴν ποδάγραν δὲ ὑπανιοῦσαν. ὅλως γὰρ ὅπερ ἦν νοστιμώτατον ἐν σοὶ, ἀπανθισάμενος — ἤδη περιβλέπει σὲ μὲν οἷ τῆς κόπρου ἀποῤῥίψῃ etc. Sic potius, quam vulgo νοστιμώτατον, ἐν σοὶ ἀπανθισάμενος, haec sunt distinguenda, ut ante me vidit *Brodaeus* dicto loco. *Perspicit enim te, jam assiduis laboribus attritum, et ad munia famulatus obeunda claudicantem, et deficientem, jamque podagram tibi suborientem. Proinde posteaquam id, quod erat in te florentissimum, decerpsit — circumspicit jam, in quod sterquilinium te abjiciat* etc. Jens.

Ibid. Νοστιμώτατον) Ἡδύ. In Angl. Cod. pagin. 258. interpretatur *Theod. Marcil.* ad Pers. Bourd. Vid. iterum infra De Luct. c. 19. Solan.

Ead. l. 10. Ἀποῤῥίψῃ φέρων) Hic quidem potest otiosum dici illud φέρων. (vid. supra ad c. 24.) Interim idem tamen valet, ac si dixeris: si quis te (ad sterquilinium) *portet et abjiciat.* Reitz.

Ead. l. 12. Πότε etc.) Recensens *Lucianus* caussas, quas dominus comminiscatur, ubi taedium Mercede Conducti eum ceperit, illum exturbandi, inter eas ponit et has, καὶ ἤτοι μειράκιον αὐτοῦ ὅτι ἐπείρασας τότε, ἢ τῆς γυναικὸς ἅβραν παρθένον γέρων ἀνὴρ διαφθείρας, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἐπικληθεὶς, νύκτωρ ἐγκεκαλυμμένος, ἐπὶ τράχηλον ὠσθεὶς, ἐξελήλυθας ἔρημος ἁπάντων. Non multis puto opus esse, quibus attento et erudito lectori persuadeam legendum πότε et διέφθειρας, non autem, ut adhuc, τότε et διαφθείρας. Quem enim alium sensum, quam hunc, recipere possit hic locus, et mens auctoris? *Vel etiam quod pusionem ejus aliquando tentasti, vel uxoris ancillam virginem homo senex vitiasti, vel simili alio nomine insimulatus, noctu, obvolutus, in cervices extrusus, egressus et orbatus omnium.* Jens. Πότε L. uti conjecerat *Jensius*, pro vulgato τότε. Solan. In Lectt. Lucian. *Jensii* p. 204. unde haec desumta sunt, inverso ordine legebatur: *legendum τότε, non autem, ut adhuc πότε.* Nos vero ita correximus in ejus nota, ut mens viri clar. postulabat, qui vulgatam corrigere volens, non scripsit eam habere πότε. Conf. varias lectt. Quare ποτε dedimus, enclitice, non πότε interrogative. Reitz. Nimia fuit h. l. *Jensii* seduli as, corrigentis ποτὲ, nec magis laudandum *Reitzii* recentiorumque editorum obsequium, etsi in Codicis L. adsensu haec conjectura aliquantum commendationis invenisse videatur. Non ποτὲ, *aliquando*, ut tempus sit indefinitum, sed τότε, *tum*, de ipso illo tempore, quo philosophus noster jam γέρων factus erat, explicandum conve-

nit in nostrum locum. Et alibi τότε similem Criticorum injuriam est expertum, ut Nigr. c. 7. ubi vid. Adnot. Tom. I. p. 254. Addam, si opus sit, ad confirmandum hunc τοῦ τότε usum e *Lycurgi* Orat. Leocrateae locum c. 3 p. 141. *Παρεῖσθαι δὲ τὴν ὑπὲρ τούτων τιμωρίαν συμβέβηκεν, ὦ ἄνδρες, οὐ διὰ ῥαθυμίαν τῶν τότε* (i. e. *olim*) *νομοθετούντων, ἀλλὰ* etc. De lectione *διέφθειρας* omnino *Reitzio* adsentior. Requirebatur verbum, cujus et Tempus et Modus ab ὅτι penderent; ergo nec Participium, (*διαφθείρας*) nec Praesens, (*διαφθείρεις*) sed, quod A. 2. recte suppeditat, *διέφθειρας*, respondens illud praecedenti *ἐπείρασας*. Lehm.

Ead. l. 13. *Διαφθείρεις*) In omnibus antea legebatur *διαφθείρας*, quod sensus ferre nequit. W. veram scripturam *διαφθείρεις*, quam arripuimus, suppeditat. Solan. *Διέφθειρας*, pro vulgato *διαφθείρας*, exhibui, ut conjecerant viri docti; et sic in Ald. (2.) prima correctum inveni eadem manu, quae variantes ad marginem notavit, sine dubio ex Codice: nam ubi in una tantum litera variatur, solet eam ipsi textui immittere. Minus itaque *Solano* obsecundavi, quia sic melius respondet praecedenti aoristo *ἐπείρασας*. Licet enim conjunctiones non semper similia tempora requirant, ut supra probavimus ad Piscat. med. fere: hic tamen convenientior aoristus, quam tempus praesens, quia in praeterito etiam sermo continuatur. Reitz.

Pag. 279. l. 6. *Ἐκ τοῦ ἔθους*) *Ea, quibus adsuevit.* Brod.

Ead. l. 12. *Ῥᾴδιος τὸν τρόπον*) Saepius apud hunc videas *ῥᾴδιος* in sequiorem partem trahi: sed quid tum valeat, mihi nondum compertum; conjicio *in facinus pronum* ex hoc loco, et alio, qui est in Alex. c. 4. ubi hominem suis coloribus pingit. Nisi autem adderetur hic *τὸν τρόπον*, mallem alio sensu intelligere, quo occurrit in Anach. c. 34. *Ῥᾴδιον ἐς ἐπιβουλήν*. Passive scilicet, quo sensu *opportunum Livius* aliique Latine usurpant; cum contra hic propter illud *τὸν τρόπον* additum, active accipiendum videatur. Solan. *Levitas* morum (*ῥᾳδιουργία*) notatur h. l. in Graecis, quam famam jam *Ciceronis* aetate illi sustinuerunt, ut hic ipse, quamquam studiosissimus nationis illius cultor et admirator, testatur variis in locis, e. g. pro Flacc. c. 4. sq. Epistst. ad Famill. XVI, 4, 4. „Lyso enim noster vereor ne negligentior sit: primum *quia omnes Graeci*. deinde," etc. Lehm.

Ead. l. 14. *Ἡμᾶς*) Nimirum *ἡμᾶς* et paullo post *ἡμῶν* lego ex antiquis edd. Sermo est de Graecis in universum, quorum se numero auctor non eximit. Gesn.

Pag. 280. l. 1. *Μαντείας*] Quod *Valckenarius* et *Wyttenbachius* malunt, *μαγείας* e loco Alexandr. cap. 5., quem et ipsum paullo post *Jensius* et *Solanus* conferri jubent, sane aliquid commendationis accipit. At h. l. in *μαντείας* omnes libri consentiunt. Neque ego intelligo, quidni etiam vaticinandi professio iis artibus, quas Pseudophilosophi isti prae se tulerunt, adnumerari potuerit. Lehm.

Ead. l. 3. *Ἐπαγωγὰς*) Cum legerem semel et iterum, *Πολλοὶ γὰρ οἱ ἐς τὰς οἰκίας παρελθόντες, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἄλλο χρήσιμον εἰδέναι, μαντείας καὶ φαρμακείας ὑπέσχοντο, καὶ χάριτας ἐπὶ τοῖς ἐρωτικοῖς, καὶ ἀπαγωγὰς τοῖς ἐχθροῖς·* quid esset *ἀπαγωγὴ τοῖς ἐχθροῖς*, diu frustra haesitavi; neque enim persuadere mihi potui, eam significare posse *abductionem in hostes*, quemadmodum vulgo vertitur. At sola tandem editio Flor. habens diserte *ἐπαγωγὰς*, locum hunc mihi dedit liquidum; eamque vocem esse omnino hic *γνήσιον*, censeo. Id nimirum *Noster* ait, Multos, qui se in potentiorum convictum committerent, quia nil aliud fructuosi scirent, promisisse dominis suis praesagia et veneficia, nec non amoris conciliationes, et damna hostibus, sive malorum aversiones in hostes. Solebant namque veteres, quidquid mali ominis esset, id omne in hostium capita ut recideret, precari. Eodem prorsus modo *Lucianus* de simili, vel potius multo pejori hominum genere, infra in Pseudomanti c. 5. *Λαμβάνει τις αὐτὸν ἐραστὴς γόης, τῶν μαγείας καὶ ἐπῳδὰς θεσπεσίους ὑπισχνουμένων, καὶ χάριτας ἐπὶ τοῖς ἐρωτικοῖς, καὶ ἐπαγωγὰς τοῖς ἐχθροῖς, καὶ θησαυρῶν ἀνακομπὰς, καὶ κλήρων διαδοχάς.* *Accepit cum amans quidam praestigiator, ex iis, qui magias et sacras incantationes profitentur, tum artes et ad conciliandam in amoribus gratiam, et ad immittenda in inimicos mala, ad eruendos thesauros, ad hereditates acquirendas.* Est ergo *ἐπαγωγὴ* vel generatim cujuscunque noxii et damnosi imprecatio, vel ipsa malorum illatio. *Hesychius*, *Ἐπαγωγὴ, συμφορὰ, παρασμὸς, ἤτοι τὸ ἀπωθοῦν κακὸν ἐπαγόμενον·* atque iisdem plane verbis id habet *Suidas*. Jens. *Ἐπαγωγὰς* W. et edd. Fl. *Ald.* (?) *Junt.* et A. recte. In aliis *ἀπαγωγὰς*, mendose. Vid. Alex. c. 15. (5.) Solan.

Ead. l. 12. *Φύσεως*) Si usquam, hic certe, late patere videtur *φύσεως* appellatio, quae corporis et animi morbos, ingenium, mores, vitam totam comprehendat. Gesn.

Pag. 281. l. 2. *Θυέστης*) Vid. supra de Sacrif. c. 5. Solan.

Ead. l. 3 *Τηρεὺς*) *Tereus* cum sequeretur Prognen uxorem et ejus sororem Philomelam, ambae versae sunt in aves. *Ovid.* VI. Met. *Pers.* Sat. VI. Cogn.

Ibid. Ὀπυίων) Ita W. In impress. ὀπύων. Vid. et Alex. c. 19. (c. 50.) Solan. Etsi in omnibus inveni ὀπύων omisso ι, tamen edidi ὀπυίων, quod probatione non indiget; vid. modo *Hesych.* ter quater id repetentem, ὀπυϊομένη, μισγομένη. ὀπυϊομένη, γεγαμημένη. ὀπυΐειν, γαμεῖν etc. et sic *Noster* supra. Quare vel nullo Ms. praeeunte, olim correxi. Jam vero, cum Cod. Wit. adsentiatur, nemo me temeritatis arguet. Postea in notis Mss. *Guyeti* quoque inveni, illum ὀπυίων legi velle. Reitz.

Ead. l. 7. Εὐανθὴς) Ait de divitibus et potentibus, Ἕκαστον γοῦν αὐτῶν ἢν ἐξειλήσῃς, δρᾶμα οὐ μικρὸν εὑρήσεις Εὐριπίδου τινὸς, ἢ Σοφοκλέους· τὰ δ' ἔξω, πορφύρα εὐανθὴς etc. Quisquiliae. Scribe cum prioribus editt. εὐανθής. Ultra id vitium propagavit Amstelaedamensis, exhibens εὐαιθής. Jens.

Ead. l. 11. Ὁ Κέβης ἐκεῖνος) Cujus exstat libellus. Brod.

Ead. l. 12. Σοὶ) Sic optime W. et L. neque aliter in P. fuisse verosimile est, cum Coll. exhibeant βιουσ. Vulgatum σοῦ enim minime ferendum. Solan.

Ead. l. 13. Παριτητέον) Ἀντὶ τοῦ παριτητέον Angl. Cod. habet προσιτέον, et ita legisse videtur interp. Bourd.

Ibid. Ἐς αὐτὴν) Sic rursus fin. hujus Dial. Solan.

Pag. 282. l. 1. Ἐδεήθην) *Cupiam.* Brod.

Ead. l. 6. Καὶ ἀνάντης) Malim καὶ ἄναντες. Brod. *Lucianus* exemplo *Cebetis*, tabulam volens exhibere, in qua Mercede conductorum vita sit efficta, καὶ δὴ γεγράφθω, inquit, προπύλαια μὲν ὑψηλὰ, καὶ ἐπίχρυσα, καὶ μὴ κάτω ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ἀλλ' ἄνω τῆς γῆς, ἐπὶ λόφου κείμενα, καὶ ἡ ἄνοδος ἐπιπολὺ, καὶ ἀνάντης, καὶ ὀλισθηρὸν ἔχουσα etc. Quid hic non bene sani sit, ut cum *Brodaeo* legendum sit ἄναντες, non video. *Atque adscensus sit valde et acclivis et lubricus.* Jens. Itaque *Jensius* ἐπὶ πολὺ pro Adverbio sumit, et cum sequentibus jungit, quam quidem rationem interpunctio Editionum B. 1. et *Wolf.*, in quibus post ἐπὶ πολὺ nulla mora indigitata est, indicat. Minus recte in utraque *Aldina*, *Reitziana*, *Bipontina* et *Schmiederiana* comma positum post ἐπὶ πολὺ, quo Adjectivi notio significetur, quam et *Gesnerus* expressit, *longus* vertens. Similiter etiam *Belinus* et *Wielandius*. Sed priori rationi magis favent et usus linguae, et loci contextus. Sic etiam facile supersederis *Brodaei* conjectura ἄναντες. Lehm.

Ead. l. 8. Χρυσοῦς ὅλος) Angl. ὅλως. Quod Lucianicum est, ut etiam antea notavimus. sic pag. 374. et passim. Bourd. Vid. Adnot. ad Necyom. c. 1. Lehm.

Ead. l. 12. Ἐκπεπληγμένον) Nota, hic non observari discrimen illud, ἔπληγον *ad corpus*, ἔπλεγον *ad animum. Longo-*

lius in excerptis Lucianeis. Sic supra hoc Dial. c. 15. Solan.

Ead. l. 14. *Διαδέξαμεν αὐτὸν*) Restitue *διαδεξάμεναι δ' αὐτόν.* Brod.

Pag. 283. l. 1. *Καὶ τετραμμένον τὴν χρόαν*) Legitur in Ms. *ἐγχειρισάσθω αὐτὸν τῷ γήρᾳ. ἤδη ὑπονοσοῦντα καὶ τετριμμένον τὸν χρῶτα*, cujus color est detritus, cujus vividus color est exstinctus. Sed vulgatam non sollicito. *τετραμμένον τὸν χρῶτα*, cujus color est immutatus, evanuit. Sic enim *Homerus* loquitur Iliad. *P.* v. 733.

— *Τῶν δὲ τρέπετο χρὼς, οὐδέ τις ἔτλη*
Πρόσσον ἀΐξας δὴ περὶ νεκροῦ δηριάασθαι.

Eorum mutabatur color, neque quis sustinebat Procurrens pro mortuo pugnare. Graev. Vulgatam scripturam *τετραμμένον*, quam etiam praefert M. ſirmant haec *Luciani* loca. In Abdic. c. 5. *Εἶδον γοῦν τότε — τινος καὶ χρόαν τρεπομένην, καὶ βλέμμα τεταραγμένον, καὶ πρόσωπον ἠγριωμένον, οἷον ἐκ φθόνου καὶ μίσους γίγνεται.* In Eunuch. c. 11. *ἐς μυρία τραπόμενος χρώματα.* Denique in Jov. Trag. cap. 30. *ἡ χρόα τετραμμένη, οἱ ὀφθαλμοὶ περιφερεῖς* etc. Nam quod accusativus hic mutata phrasi additur, neminem Graece mediocriter doctum morabitur. Solan.

Ead. l. 4. *Λεληθυίας*) M. recte. In reliquis fere omnibus *λεληθείας* corrupte. *S.* emendavit. Solan.

Ead. l. 6. *Τῇ ἑταίρᾳ*) Corrige *τῇ ἑτέρᾳ μέν.* Brod.

Ead. l. 7. *Ἐς οὐδὲν ὄφελος*) *Frustra.* Brod.

Ead. l. 11. *Ἐκείνην τὴν ἔμπαλιν*) Sensus facilior, si legas *ἐκείνης τῆς ἔμπαλιν* Bourd. Leg. *κατ' ἐκείνην τὴν ἔμπ.* Guyet.

Pag. 284. l. 1. *Ὡς θεὸς ἀναίτιος*) Deus in caussa non est, si quid mali nobis eveniat. Brod. Memineris, *Deum in culpa non esse.* Considerat enim id, quod est in hominum moribus, ut, cum ipsa incogitantia praecipites ruant in mala, deinde tamen iis irretiti culpent fortunam et numina. *Homer.* Odyss. *I. Aeschyl.* in Prometh. Cogn. *Platonis* locus est huic argumento sane quam aptissimus, de Rep. X, 520. C. quem ob elegantiam usumque eximium describere me non pigebit. *Ἀνάγκης θυγατρὸς κόρης Λαχέσεως λόγος. ΨΥΧΑΙ ΕΦΗΜΕΡΟΙ, ΑΡΧΗ ΑΛΛΗΣ ΠΕΡΙΟΔΟΥ ΘΝΗΤΟΥ ΓΕΝΟΥΣ ΘΑΝΑΤΗΦΟΡΟΥ, ΟΥΧ ΥΜΑΣ ΔΑΙΜΩΝ ΛΗΞΕΤΑΙ, ΑΛΛ' ΥΜΕΙΣ ΔΑΙΜΟΝΑ ΑΙΡΗΣΕΤΕ. ΠΡΩΤΟΣ ΔΕ Ο ΛΑΧΩΝ ΠΡΩΤΟΣ ΑΙΡΕΙΣΘΩ ΒΙΟΝ Ω ΣΥΝΕΣΤΑΙ ΕΞ ΑΝΑΓΚΗΣ. ΑΡΕΤΗ ΔΕ ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ ΗΝ ΤΙΜΩΝ ΚΑΙ ΑΤΙΜΑΖΩΝ, ΠΛΕΟΝ ΚΑΙ ΕΛΑΤΤΟΝ*

ΑΥΤΗΣ ΕΚΑΣΤΟΣ ΕΞΑΙ. ΑΙΤΙΑ ΕΛΟΜΕΝΟΥ, ΘΕΟΣ ΑΝΑΙΤΙΟΣ. Solan.

Ead. l. 2. *Ἑλομένου*) *Ejus, qui id agendum statuerit.* Brod.

IN APOLOGIAM PRO MERCEDE CONDUCTIS.

Pag. 285. l. 1. *ΑΠΟΛΟΓΙΑ*) Sufficiat mihi dixisse, *Petrum Mosellanum*, hujus Apologiae interpretem, oculis suis in hac usum non fuisse, donec majus otium probandi. Hujus Apologiae pars potior in tractatu praecedente, quale illud statim ab initio *ὑπὸ κλοιῷ τινι χρυσῷ*, et pag. seq. Bourd.

Ead. l. 4. *Ἢ*) W. recte, non *ἦν*, quod in omnibus impressis legitur, nisi quod nihil prorsus in *Flor.* est. Solan. Deest etiam in Cod. 2954., non improbante *Belino*. Imo vero manifestum est, *ἦν* alienae manui deberi, quae vel Substantivum verbum supplere, vel etiam ingratum verborum *ἐπελθεῖν εἰπεῖν* sonum inserta illa voce vitare vellet. Ex *ἦν* autem per errorem ortum est illud *ἢ*, quod Cod. Witt. exhibet, quodque *Reitzius*, quem secuti sunt recentiores, sine idonea caussa praeferendum censuit. Neque enim solum sententia valde jejuna est, si *cogitationem* sic a *sermone* sejungere velis, sed verba quoque ipsa structurae vitio laborant vix condonando. Quis enim tandem, qui tersum colat stylum, sic loqui sustinuerit: *Ἅτινά σοι ἐπῆλθεν, ἢ εἶπες*, ita, ut in eadem voce *ἅτινα* Objectum simul et Subjectum quaeri oporteat? Lehm.

Pag. 286. l. 1. *Καὶ*) Adseverantis est.

Ibid. *Μεταξὺ*) *Inter legendum.* Brod. in Miscell. L. IX. c. 14. Quod *Brod.* voluit, jam erat in *Mosellani* versione. *Benedictus* vero: *Sed quid interim in singula diceres; Solanus* vero haec merito im marg. sic mutaverat, *inter legendum, et perlecto libro.* Reitz. Video paraphrasi opus esse huic loco: *Quae interjecto tempore* inter libelli mei prioris editionem et hoc tempus, *post omnia,* quae de mutata conditione mea comperisti, *a te dicta sunt* in me et ipsam illam mutatam vitae meae rationem, *ea nunc componere* et conciliare *his, quae legisti* superiori libello a me scripta, *studeo*, ut appareat, ra-

tiones meas posteriores non repugnare his, quae priore libello proposui. Gesn.

Ead. l. 2. *Ἀνεγνωσμένοις*) Ex hac sententia expedire me non possum. Corruptam censeo. Nec, quid eliminem, aut quid servem, scio. Solan. Nescio, quid haereat *Solanus* noster: nam si *ἐφαρμόττειν* exponas *adjungere*, *adplicare*, quo sensu vel in Lexicis occurrit, nihil absurdi habet sententia, *haec jam addere, adjungere paro praecedentibus a te jam lectis.* Conf. supra Revivisc. c. 38. *ἐφαρμόζον μεταξὺ τοῖς λεγομένοις.* Reitz. Recte *Gesnerus* et *Reitzius* mentem auctoris ceperunt. Quam etsi paullo contortius et obscurius verbis expressam esse facile *Solano* et *Wielandio* concedam, nihil tamen per totum locum, quod corruptum sit, equidem suspicari possum. Neque usquam cujusquam corruptelae vestigia certa comparent, nisi quod in Cod. 3011. voces *καὶ ἐπὶ*, quas haud dubie incuria librarii ante *πᾶσιν* omisit, desiderantur. Lehm.

Ead. l. 3. *Κακὸς ἐγὼ*) W. P. L. et ed. *Junt.* secutus sum, in quibus omnibus haec optime habent. Reliquae edd. fere omnes *κακῶς ἐγὼ*, quod *S.* mutavit in *κακῶς ἔχω*. *Plato* Phaedone ed. Basil. p. 33. C. *Καὶ ὡς ἔοικε τῶν κύκνων δοκῶ φαυλότερος ὑμῖν εἶναι τὴν μαντικὴν* etc. Solan. Lego ex editionibus antiquis, et, puto omnibus, praeter Amst. *εἰ μὴ κακῶς ἐγὼ τὴν μαντικὴν*, ut sit elliptica locutio, intelligaturque *ἔμαθον, οἶδα*, vel simile quiddam. Gesn. Articulo *τὴν*, quem *Gesnerus* addit, carent omnes Edd. Neque Ellipsin, quam *Gesnerus* vult, magis agnosco, quam ipsam lectionem *κακῶς*. *Κακὸς ἐγὼ* praeter tres Codd. et Ed. Junt. etiam Ald. 2. habet; idque ad usum linguae aptissime dictum apparet. In vetustis Edd. omissum post *μαντικὴν* comma facile omnem locum turbare potuit. Lehm.

Ead. l. 4. *Εἶτά τις αὐτὸς ταῦτα γεγραφὼς*] Optime haec ab interprete Latino reddita: *Et est, qui postquam scripsit ipse talia — — demiserit?* non intellexit *Belinus*, atque adeo pro more suo vituperavit. Nimirum *τις* enclitice scriptum in A. 1. et 2. recte habet, minus recte *τίς* in B. 1., quamquam et hoc quodammodo ferri possit. Maguopere a vulgatis verbis recedunt, quae, *Belino* referente, in Cod. 2954. leguntur: *εἶτα τίς οὗτος; αὐτὸς ὁ ταῦτα γεγραφὼς* etc. quae *Belinus* multo praestantiora vulgatis habet, et sic reddit: *Eh quoi! quel est cet homme, cet auteur? C'est celui même qui a écrit cet ouvrage.* Vereor, ut talis oratio ulli *Luciani* cultorum placitura sit. Fortassis tamen error commissus est in referendo, et verba in Codice illo sic leguntur: *Εἶτά τις, οὗτος,* (pro ὦ οὗτος) *αὐτὸς* etc. Lehm.

Ead. l. 5. *Πάντων ἐκλαθόμενος*) i. e. *omnium*, quae περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων literis mandavit, *oblitus*. Brod.

Ead. l. 6. *Ὀστράκου φασὶ μεταπεσόντος*) *Erasmus* in paroemia, *Testulae transmutatio*. Brod. Utitur hoc proverbio *Plato* in Phaedro. Vorst. Nimirum pag. ed. Bas. 200. C. Utitur etiam hoc proverbio *Dion Chrysost.* 52. C. 118. A. B. 163. C. Vide, quid *Suidas* ex *Eunapio* afferat in ὀστράκου περιστροφῇ, et adde *Marini* locum in vita Procli, et quos ibi in nota laudat *Alb. Fabricius*. *Eustath.* ad Iliad. Σ. p. 1161. a *Kustero* ad *Suidam* laudatur, et *Diog. Laërt.* VI, 95. Solan. Desumtum proverbium e lusu quodam puerili, qui dicebatur ὀστρακίνδα, quemque describit *Pollux* Onom. IX, 3. Lectionem φησὶ *Gellerus* ad *Dionys.* de Comp. Verb. p. 132. in φασὶ mutandam censuit. Et sic jam in A. 2. editum: nec non P. ita scriptum habet. In *Reitzianam* editionem haud dubie per errorem irrepsit φησὶ, quantum quidem e *Reitzii* notula in Varr. Lectt., quam accurate descripsi, suspicari licet. Unde et idem Luc. Asin. c. 22. extr. pro vulgato φησὶ ex Ed. Salm. edidit φασί, reprobante quidem *Courierio*, qui ad illum locum p. 230. complura affert aliorum scriptorum loca, ubi φησὶ scriptum exstet pro rectiori φασί. Verum mihi quidem ejus generis peccata librariorum potius, quam ipsorum scriptorum, negligentiae tribuenda videntur. (His jam conscriptis indicavit mihi amicissimus *Stallbaumius*, in *Platonis* Gorg. p. 522. E. ed. *Steph.* omnes editt. et libros manu scriptos, Ἄκουε δή, φασι, exhibere, φησὶ vero *Plutarchum* et *Stobaeum*, qui locum exscripserint. Addebat etiam Vir lectissimus: „Apud seriores quidem scriptores φησὶ pro φασὶ occurrere docet *Toup.* ad *Longin.* p. 275. sed apud probos reperiri omnino negat *Heindorf.* pag. 262.") Pro ἐνῆκε, quod *Reitzius*, praeeuntibus plerisque Edd. veteribus, et recentt. ediderunt, malebam ἐνέσεισε, quod princeps Florentina, et quinque Codd. tuentur, recipere. Cf. De Merc. Cond. c. 30. Lehm.

Ead. l. 7. *Φέρων — ἐνῆκε*) Vid. nos de hac phrasi supra, ad Dial. de Merc. cond. cap. 24. quae vel ter, quater, eodem Dial. recurrit. Reitz.

Ead. l. 10. *Πρὸς*) Hinc, ut ex aliis locis, patet, *Lucianum* senem admodum mortuum. Non diu autem in Aegypto, si quidem eo pervenerit, vixisse, inde conjicio, quod in iis, qui supersunt, libellis nihil sit, ex quo certo conjicere liceat, in Aegypto fuisse; nisi quis forsan putet, quae de Diis Aegyptiorum in libello de Sacrificiis c. 14. habet, ab

eo tum scripta, cum superstitionem ridiculasque et absurdas eorum de iis opiniones praesens ferre non posset, aut argumentum adducat ex iis sumtum, quae in Soloec. c. 5. leguntur. Sed haec cum ceteris eodem spectantibus, fusius explicata dabuntur a me, Deo favente, in ea, quam paro, *Luciani* vita, huic editioni praemittenda, et in una quasi tabula ob oculos ponentur. SOLAN.

Ibid. Τῷ Αἰακῷ) Tam morti proximum. BROD.

Ead. l. 11. *Ἐν τῷ πορθμείῳ) Erasm.* in adagio, alterum pedem in cymba Charontis habere. BROD.

Pag. 287. l. 2. *Τὰ σφιγγία) Torques.* BROD. Hanc vocem interpretor alibi, ut sequentem *κουράλια*. BOURD. *Τὰ σφιγγία καὶ τὰ κουράλια)* Haec ultima vox *κουράλια* non mihi videtur sana, et credo corruptam fuisse ab iis, qui *σφιγγία* intellexerunt armillas vel collaria, quasi *ἀπὸ τοῦ σφίγγειν* dictum foret *σφιγγίον*, omne id, quod premit aut stringit aliquam corporis partem. At ego non possum sic intelligere *σφιγγίον*. Nam nec Graeci viri, nec Romani, collaria aurea vel armillas gestabant. Barbaricus mos erat gestandi talia *καλλωπίσματα*, et ideo dictus est Torquatus Manlius ille Romanus, eo quod redierat a monomachia cum Gallo torque aureo insignis, quem detraxerat hosti, et eo spolio gloriabatur, cum mos non esset Romanis torques gestandi, quod in eo erat extraordinarium et *ἐξαίρετόν τι*· nam si plures Romani soliti fuissent talia ornamenta gestare, non fuisset ratio eum ita cognominandi ex re solita, et ei cum aliis Romanis communi. *Mosellanus* interpretatur *σφιγγίον amuletum*, sed nullum auctorem habet ejus significatus. Amuletum Graece dicitur *περίαμμα, περίαπτον, ἀποτροπαῖον*, nec puto *Lucianum* in re, quae per plures voces Graecis usitatas significari poterat, voluisse uti voce, cujus significatus erat omnino insolitus, et ignotus. Igitur *σφιγγίον*, ut arbitror, diminutivum est vocis *σφίγξ*, quod est animal e simiarum genere, quo minus et exilius, eo pretiosius et magis aestimatum: ea vocamus in Gallia *guenuches* et *apajous*. Eam vocem Graecam etiam Latinam fecit *Plinius* lib. 6. cap. 29. ubi de iis mercibus, quae ab Adulito emporio Troglodytarum afferuntur, ait: *deferunt plurimum ebur, rhinocerotum cornua, hippopotamorum coria, celetum testudinum, sphingia, mancipia.* Et rursus eodem capite: *animal sphingion.* Talia animalia saepe vidimus apud reges, principes viros, et luxuriantes divites, alligata per collum vel per ilia stipiti aliquando et sphaerae e ligno vel metallo, ne libere vagari sinantur, et sic alligata *παρέχουσι*

ἑαυτὰ ἕλκεσθαι κλοιῷ δεθέντα, et auro etiam vel ligari, vel ornari solita fuisse. testatur ipse *Lucianus* infra adversus indoctum: πίθηκος γὰρ ὁ πίθηκος, ἡ παροιμία φησὶ, κἂν χρύσεα ἔχῃ σύμβολα. His positis, pro κουράλια (quam vocem *Mosellanus* interpretatur *coralia*, tanquam si κοράλια scriptum esset) legendum puto κουράσια, vel κοράσια, vel κωράλλια, quarum vocum idem est significatus, nimirum παιδία vel παιδάρια, et duarum quidem, quas primo loco posuit, frequentissima occurrunt exempla, ultimam κωράλλια *Hesychius* habet sic: Κωράλλιον, παιδάριον, κόριον, et paullo post, κωράλλιον, μειράκιον. Sic autem intelligendi ratio est, quod Romani divites et luxuriantes pueros pulchritudine et corporis mollitie insignes trimulos vel quadrimos auro et gemmis ornatos habebant in deliciis, qualis erat ille Philocommodus imperatori Commodo percarus, de quo *Herodianus* in Commodo: ἦν δὲ παιδίον πάνυ νήπιον, τούτων δὴ τῶν γυμνῶν μὲν ἐσθῆτος, χρυσῷ δὲ καὶ λίθοις πολυτίμοις κεκοσμημένων, οἷς ἀεὶ χαίρουσιν Ῥωμαίων οἱ τρυφῶντες. *Erat autem puerulus valde simplex ex iis, qui nudi sine veste auro et gemmis ornati, quibus delectantur Romani luxui dediti.* De iisdem loquitur *Dio Cassius* lib. 48. παιδίον τι τῶν ψιθύρων οἷα αἱ γυναῖκες γυμνὰ, ὥς πλήθει ἀθυράσαι τρέφουσι. Quae sic vertit *Xylander: puellus quidam, quales garrulitate amabiles matronae nudos delectationis caussa alere solent.* Nec objiciatur, pueris non convenire vocem ἕλκεσθαι et κλοιῷ δεθέντα· vox ἕλκεσθαι optime convenit voci σφιγγία, vox φέρεσθαι vero apprime convenit voci κοράσια et aliis, quae puellum significant. Simiae trahuntur, pueri portantur: κλοιὸς simiae datur, ut trahatur; puero, ut ornetur. Ideo in nostra interpretatione nulla est absurditas. Palm. Quae notaverit ad haec verba eruditissimus *J. Bochartus* descriptione digna judicavimus. Verbotenus itaque ipse de Animalibus sacr. script. lib. 5. c. 7. Part. II. p. 703. ed. Lond. Locum hunc quisquis attente legerit, mendosum esse fatebitur in voce κουράλια, cum ea vox ad rem non faciat. In oratione hac aulicae vitae molestias graphice depinxerat, et quam sit indignum docto homine et liberaliter instituto, tenuis lucelli spe illectum, magnatibus operam suam addicere. Tamen idem jam senior in Caesaris aulam se contulerat. Quod illi objiciens Sabinus quidam petit, quot Midae, quot Croesi, quot Pactoli illi persuaserint, ut cara illa libertate, cui a pueris assueverat, abdicata, se huc illuc trahendum ac raptandum praeberet, καθάπερ etc. *Ac si collum revinctum haberet aureo quodam collari, qualia sunt delicatorum divitium monilia et corallia (id est, monilia e corallio facta)* ita

reddidit cl. *Botius*; sed quod illius pace dixero, ineptissime. Primo enim *τὰ σφιγγία* sunt *sphinges*, *non monilia*. 2. Et vel si monilia reddas, tamen *τὰ σφιγγια καὶ τὰ κουράλια* non erunt *monilia ex corallio*, sed *monilia et corallia*. 3. Praeter *τοὺς πλουσίους divites* inter Romanos, de quibus hic agitur, olim habuisse monilia corallina, merum somnium est, cum ne monilia quidem habuerint. Monile enim muliebre fuit ornamentum, ut notat *Servius* in librum septimum Aeneidos. 4. Denique *Lucianus* inepte diceretur aureo collari esse revinctus, qualia sunt divitum monilia corallina. Nam utut ponas, divites habere monilia, tamen iis monilibus non dicentur esse *revincti*, quasi captivi detinerentur. Nec monile corallinum cum aureo collari tanquam simile conferri potest. Nihil enim est auro commune cum corallio. Itaque *Botius* hunc *Luciani* locum intactum praeterire debuisset potius, quam illi tam ridiculum sensum affingere, et verbis auctoris tam parum consonum. Sed fortasse pro *τὰ κουράλια* legendum *τὰ παρδάλια* vel *πορδάλια*, ut significetur *Lucianus* aurea catena esse revinctus, quomodo e simiarum genere sphingia, et pardalia, seu pantherae vinciri solent in opulentiorum aedibus. Sphingia dicimus cum *Plinio* libri 6. c. 29. Et *τὰ παρδάλια* vel *πορδάλια* cum *Philosopho* libri secundi Historiae animalium capite undecimo, et *Photio* in Exc. ex *Philostrato*. Nobilissimus, atque idem doctissimus, mihique amicissimus dominus *de Grentemesnil τὰ κουράλια* mutat in *τὰ κυνάρια*. Cui conjecturae suffragium adderem libens, si catelli vincti detinerentur, de quo hic videtur agi. Pro *τὰ σφιγγία καὶ τὰ κουράλια* legebam olim *τὰ ὀφίδια καὶ τὰ κολλάρια*, *armillae* et *collaria*, seu *monilia*. Quasi verborum hic esset sensus, *Lucianum* aureis vinculis detineri, qualia sunt opulentiorum armillae et torques. *Ὀφίδια* proprie sunt *anguiculi*, sed et *armillae anguium figuram habentes, quaeque brachium in anguium modum circumplicant*. *Ἐπικαρπίους ὄφεις* vocat *Philostratus* in Epistolis. Et pluribus describit *Nonnus* libro quinto Dionysiae. *Collarium* autem pro torque est Romana vox, qua *Plautus*, *Lucilius* et *Varro* usi sunt: unde קולרין *Kolarin* vel קולריא *Koloraja* a Chaldaeis et Thalmudicis. Et Graecis *κολλάριον*. *Hesychius κλοιὸς, περιτραχήλιος δεσμὸς, κολλάριον, ἤτοι μανιακής*. *Philoxenus* in Glossis *κολλάριον collarium*. *Aristophanis Scholiastes* ad Vespas, *κλοιὸς τὸ κολλάριον παρ' ἡμῖν λεγόμενον*. Et in Plutum, *κύφων δὲ δεσμός ἐστι ξύλινος, ὃν οἱ μὲν κλοιὸν ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ κολιὸν*, lege *κολλάριον*. Itaque videbantur *Luciani σφιγγία* in *ὀφίδια* et *κουράλια* in *κολλάρια* sine crimine posse mutari, quia hae voces ab invicem non multum ablu-

dunt. Sed jam displicet haec conjectatio. 1. Quia divites torquatos et armillatos non reperio, nisi inter barbaros, de quibus hic agi nemo dixerit. Torquatus quidem fuit Manlius, sed peculiari de caussa, quam nemo nescit. Ita etiam nonnulli alii, non tamen opum, sed virtutis caussa torque donati. 2. *Κολλάρια* ad poenam potius, quam ad ornatum pertinent. 3 Et vox erat ignota Graecis aevo *Luciani*, qui purissime scripsit, neque solet Latina vocabula usurpare. 4. Denique aurea vincula, quibus *Lucianus* detineri credebatur, conferri vix possint cum armillis, et monilibus, a quibus non detinentur, qui illis utuntur ad ornatum. Haec igitur conferre jam malo cum catenis aureis, quibus Romani Magnates sphinges, et pardos devinciebant. Nam ad haec quoque aurum adhibitum. Hinc de cervis *Martialis* libri primi Epigrammate 105.

Mordent aurea quod lupata cervi.

Et *Ovidius* de cervo, quem occidit Cyparissus, Metamorphoseωs libro decimo.

Pendebant tereti gemmata monilia collo.

Et *Plinius* lib. 8. c. 32. *Vita cervis in confesso longa, post centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis.* Proinde sphinges quoque et pardos catenis aureis devinctos fuisse credibile est. Quo facit, quod ex *Philostrato* refert *Photius* Act. 241. *Ἄχωναι (ἁλῶναι) ποτὲ ἐν Παμφυλίᾳ πορδάλιον στρεπτῷ ἅμα, ὃν περὶ τῇ δερῇ (δέρῃ) ἔφερε, χρυσοῦν δὲ ἦν, καὶ ἐπεγέγραπτο Ἀρμενίοις γράμμασιν, βασιλεὺς Ἀρσάκης θεῷ Νυσίῳ*, i. e. *Aliquando in Pamphylia captum fuisse pordalium* (id est, *pantherum seu pardum*) *aureum torquem circa collum habentem, Armeniis literis ita inscriptum, Rex Arsaces Deo Nysaeo.* Tamen si quis aliud vero similius proferat, illud lubenter amplectar. Modo id concedatur, quod ut rem certam assero, vocem *κουράλια* in *Luciano* esse corruptam, ac proinde nihil ex ea de corallio posse elici. ALMELOOVEEN. Locus est vexatissimus, in quo ingenium exercuerunt viri magni *Bochartus* et *Palmerius*, nec non cl. *Bootius: Μονονουχὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ ἔχοντα, παρέχειν ἑαυτὸν ἕλκεσθαι καὶ φέρεσθαι, καθάπερ ὑπὸ κλοιῷ τινι χρυσῷ τὸν αὐχένα δεθέντα, οἷά ἐστι τῶν τρυφώντων πλουσίων τὰ σφιγγία καὶ τὰ κουράλια.* (*Hesych.* in *οἰκούρια*. *Alciphr.* I. Ep. 39. pag. 194.) Vocem *κουράλια* nihili esse, et Graecis ignotam, jam viri docti monuerunt. Non vero amuleta, non collaria intelligi, aut has voces *σφιγγία καὶ κουράλια* significare posse, iidem docuerunt verissime. Non possum tamen subscribere doctissimo *Palmerio*, qui ex *Hesychio κωράλλια*, vel *κουράσια* legendum esse scivit. Pueros, illas

delicias dominorum et dominarum, apud Romanos aureis catenis vinctos hinc inde ductos esse, quo vellent illos sequi, nusquam lectum neque auditum. Certum est, animal intelligi. Quamvis autem nihil ad rem faciat locus *Philostrati*, quem ex *Photio* attulit *Bochartus*, ille enim tantum significat, pardum aureo collari ab Arsace ornatum dimissum et consecratum fuisse Nysaeo Deo, eumque torquem ideo ejus collo fuisse inditum, ut signum esset consecrationis, non ut in aula vinctus traheretur et duceretur ad spectantium voluptatem; sic etiam cervorum et hinnulorum cervices collaribus, ut etiam nunc in principum aulis, cingebantur: sed loquitur de animali, quod torque, quo ducebatur et trahebatur ad libitum domini, instar *σφιγγίου*, simiae. Quamvis igitur nihil ad rem hanc, de qua loquitur *Lucianus*, faciat iste locus *Philostrati*, nec in historiis occurrat pardalus sic fuisse domitus, ut in opulentiorum aedibus fuerit circumductus, facit tamen pro *Bocherto*, quod legatur in praecedente dissertatione in mercede conductis, ubi de eadem re loquitur, illos, qui divitibus operam suam locant, similes esse leoni, qui alligatus funiculo hinc inde ducebatur. Ibi philosophus, cum videret, se libertatem perdidisse, queritur p. 471. (c. 30. p. 269.) *Νῦν δὲ τὸ τοῦ λόγου, λέων κρόκῃ δεθεὶς ἄνω καὶ κάτω περισύρομαι.* *Nunc vero, ut solent dicere, leo filo vinctus sursum ac deorsum circumferor.* Nam quamvis proverbium sit, traxit tamen originem a vero. Nota est historia Androclis ex *Gellio* et *Aeliano.* vide *Plin.* Hist. Natural. lib. VIII. c. 16. Sic et pantheras et pardos cicuratos et olim fuisse constat ex vita Elagabali, et aliis historicorum monumentis, uti e iam nunc in India ad venandum cicuratur. *Martialis* lib. 1. Ep. 84.

Picta quod jugo deligata collo
Pardus sustinet.

His puto posse defendi emendationem magni *Bocharti*; neque tamen ausim eam veram praestare Facile possent alia substitui: sed quod sine ope libri veteris, in meo hic nullum est praesidium, nihil affirmarim. Graev. Video in hac editione grandem notam his subjectam. In quibus sane frustranea est *Bocharti* disputatio contra *Bootium*: disputare debuit in ipsa voce *κουράλια*, an ferri ea posset; prius certe, quam conjecturis nihil juvantibus concuteret: quod stabile et certum satis fecerat immensa *Salmasii* doctrina; per quam dicere etiam debemus frustra exerceri maluisse *Palmerium*, quam diserte profiteri, id omne, quod boni afferre huc poterat, ab eodem maximo viro occupatum esse. Nam ut *σφιγγία* manifeste exposuit animalcula, Latine spinturnicia p. 377. sic

κουράλια ex *Hesychio* de parva *κόρη* p. 90. magni operis, quae utraque huc bene conveniunt. Gron.

Ibid. Καὶ τὰ κουράλια) Et torques e coralio, *quod*, inquit *Plinius*, *religiosum inprimis gestamen esse existimant amoliendis periculis.* Brod. An vox barbara ex *collarium* facta? An corallium lapis, s. torques ex corallio? v. Codd. vett. Guyet. Locus propemodum conclamatus, ad quem quod conferam, nihil habeo. Placet tamen prae reliquis, quae nuperrime prodiit, illustr. *Spanhemii* emendatio (p. 242.) legentis *κολούρας*, vel *κλάρας*, quae alia simiarum cauda carentium species a *Salmasio* memoratur, Plin. Exerc. p. 267. *Spanh.* autem p. 242. novae ed. de Usu et praest. num. Pro priore *Palmerii*, qua, ut ex *Bocharto* patet, *κυνάρια* reponebat, facit locus *Plut.* initio vitae Periclis, p. 277. *Ξένους τινὰς ἐν Ῥώμῃ πλουσίους κυνῶν τέκνα καὶ πιθήκων ἐν τοῖς κόλποις περιφέροντας καὶ ἀγαπῶντας ἰδὼν ὁ Καῖσαρ, ὡς ἔοικεν, ἠρώτησεν, εἰ παιδία παρ' αὐτοῖς οὐ τίκτουσιν αἱ γυναῖκες; Κόλουρις* apud eundem *Plutarchum* legitur in fragmento Timocreontis Lyrici, quod in Themistocle affert 223. B. de vulpe dictum, cui amputata cauda est. Vide, an hic *κώλουρα* legendum sit, quod eodem sensu de quavis bestia dicitur. Solan. Cum aliquid tamen dandum esset in versione, quod responderet *τοῖς κουραλίοις*, in tanta sententiarum diversitate placuit et nobis aliquid audere, et ponere interim, quasi legeretur *σκιουράλια*, quod a dictante non satis presse pronuntiatum in *κουράλια* mutasse librarius potest. Sciuri certe hodie in deliciis quorundam: et fuisse olim vel maxime amabiles, apparet ex *Martialis* V, 38. Gesn. Quia variationem neque in Codd. neque in Edd. reperio, vulgatam intactam relinquo. Unam unius literae variationem *Jens.* in ferculo liter. ex Cod. Wit. notavit, qui exhibet *κουράλλια*, quod proxime ad *Hesychianum κωράλλιον, παιδάριον*, accedit; et cum alii jam nimii fuerint in verbis his investigandis, et corrigendis, verbum non amplius addam. Reitz. *Gesneri* conjecturam *σκιουράλια*, quam et versio Latina secuta est, *Wielandius* quoque et *Belinus* probabilissimam omnium habuerunt. Hoc certe cum ex loco ipso, tum e virorum doctorum disputationibus, patere videtur, animalculorum quoddam genus sub voce illa suspecta latere, quod *Luciani* tempore imprimis delicatulis Romanorum matronis in deliciis fuerit. Phrasin, quae praecessit, *ἕλκεσθαι καὶ φέρεσθαι*, nollem a *Schmiedero* mutatam, quamquam *σύρεσθαι* pro *φέρεσθαι* editum compluribus Codd. confirmatur. *Ἕλκεσθαι* enim *καὶ φέρεσθαι* formula esse videtur similis illi usitatiori *ἄγειν καὶ φέρειν.* Neque ego in lectione *σύρεσθαι*

aliud quidquam video, quam genuinae lectionis scholion. LEHM.

Ead. l. 3. Ἄνω τοῦ ποταμοῦ) *Erasm.* in proverbio, ἄνω ποταμῶν. BROD. Vid. Diall. Mortt. VI. Et *Eurip.* Med. 410. In proverbium abierat, quo omnia inversa significabant. Sic apud *Diog. Laërt.* cum ementi se Diogenes Cynicus dixisset, *Age, fac sis dicto audiens;* herus respondet, Ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί. 146. C. SOLAN. Quid si melius sit ἄνω τοὺς ποταμοὺς χωρεῖν vel τὸν ποταμόν; neque enim mirum est, aliquem adverso flumine ire; sed ipsum flumen retro ire ad fontes suos, mirum fuerit. GESN. Ἄνω τοὺς ποταμοὺς praeter L. etiam Ms. Reg. 3011. probante *Belino.* BIP. Erravit *Gesnerus.* Sonat proverbium, ἄνω τοῦ ποταμοῦ, vel τῶν ποταμῶν, de quo dictum ad Diall. Mortt. VI, 2. Tom. II. p. 498. hujus Ed. Neque h. l. agitur de eo quod mirum est, sed quod perverse fit. Ergo *Schmiederus*, quum, *Belini* judicio seductus, lectionem Cod. 3011. ἄνω τοὺς ποταμοὺς recepit, textum magis corrupisse, quam emendasse, putandus est. LEHM.

Ead. l. 4. Καὶ παλινῳδεῖν) *Erasm.* in adagio, *Palinodiam canere* BROD.

Ead. l. 5. Οὐχ ὑπὲρ Ἑλένης) Stesichori poëtae lyrici exemplo. BROD. Stesichori palinodia de Helena. GUYET. Conf. supra De Merc. Cond. c. 11. SOLAN. Ut Stesichorus, caecitate punitus, quod maledixisset Helenae. Sed exposuit omnia *Erasm.* GESN.

Ead. l. 6. Ἰλίῳ) Tangit in Pisc. et in Pseudolog. BOURD.

Ead. l. 7. Πρὸς ἑαυτὸν) In σεαυτὸν mutarem, nisi et a *Nostro* alibi et ab aliis ita usurpari passim cernerem. SOLAN. Recte: cf. quae dicta sunt in adnott. ad Catapl. c. 9. ad De Merc Cond. c. 29. et in Varr. Lectt. ad De Merc. Cond. c. 19. LEHM.

Ead. l. 10. Καὶ οἵῳ σοι χρηστῷ) *Et quae tibi viro bono congruat.* BROD. De hac dicendi ratione vid. *Schaefer.* ad *L. Bos* de Ellips. p. 479. LEHM.

Ead. l. 11. Ὑποδὺς) L. optime. In reliquis enim quod exstat ὑποδύεσθαι, omnia conturbat. SOLAN.

Ead. l. 12. Τῷ λογίῳ) Et Mercurio, qui λόγιος appellatur, sacrificabo. BROD. Conf. infra Pseudol. cap. 24. Κακὸν κακῶς σε ὁ λόγιος Ἑρμῆς ἐπιτρίψειεν αὐτοῖς λόγοις. Et supra Deor. Dial. Plura *Elsner.* ad *Act. Apost.* XIV, 12. et *Th. Sellius* Observatt. c. 16. REITZ.

Pag. 238. l. 2. Τὴν σμίλην) *Scalpellum.* BROD: Misc. L. IX. c. 14. Quod non operae existimassem addere, nisi viderem in Parisina id redditum esse, *acum;* falso: nam quia

urendum et secandum se vult praebere, *scalprum* et *ferrum candens* istum adferre jubet. Scholiastes quidem ad cap. 15. Catapl. generaliter tantum ait, *Σμίλη, ἐργαλεῖον σκυτοτομικόν*. Sed recte *Gesnerus* et ibi *scalprum* vertit. Nam ab acu sutoria, sive subula diserte distinguitur eod. Catapl c. 20. fin. *τίς ἄρα μου τὴν σμίλην ἕξει, καὶ τὸ κεντητήριον;* Reitz.

Ead. l. 3. *Τὴν ῥήτραν*) Iterum infra Toxar. (c. 35.) Solan

Ead. l. 4. *Πάλαι*) Diligenter haec vox adnotanda est, ut aetas praecedentis opusculi perspiciatur. Solan.

Ead. l 7. *Ὁπόσοι ὁμιλεῖν* etc.) *Ὁπόσοι ὁμιλεῖν αὐτῷ, καὶ διὰ χειρὸς ἔχειν ἠξίωσαν.* Interpres, *quotquot cum ipso versari, et prae manibus habere dignati sunt.* Malim ego: quotquot eum (librum) *versare, et in manibus habere voluerunt.* *Ὁμιλεῖν τινι πράγματι* eleganter dicitur, pro tractare et versare aliquam rem, ea uti, et *διὰ χειρὸς ἔχειν*, pro *ἐν χειρὶ ἔχειν*. *Ael.* Hist Anim. XVII, 37 Et alibi similiter, *διὰ στόματος ἔχειν*. L. Bos. Ob oculos habuit *L. Bos* versionem *Benedictinam*, quae in *Graeviana* ed. quoque expressa est. Nam Parisina, sive *Obsopoei* sic habet: *tum praecipue eruditorum manus occupabat. quotquot ejusmodi rerum studiosi literas tractare operae pretium ducunt.* Utraque minus accurate: *αὐτῷ* enim ad superius *σύγγραμμα* referendum. *Ὁμιλεῖν τινι* autem non solum de persona dici, sed et de rebus, libris, studiis, recte ait *Bos.* Et sic *Epict.* Sent. 2. *ψυχὴ ὁμιλοῦσα ἀρετῇ*, *anima virtuti dedita. Noster* infra de Salt. cap. 2. *ὁμιλεῖν φιλοσοφίᾳ.* Immo et de rebus corporeis *Hippocr.* Sect. VI. de Articul. pr. *Ὁμιλέει δὲ ὁ βραχίων τῷ κοίλῳ της ὠμοπλάτης πλάγιος*, *brachium autem lati scapularum ossis cavo oblique inscritur;* ut plura omittam. Alterum quoque *διὰ χειρὸς*, *διὰ στόματος*, pro *ἐν χειρὶ*, pervulgatum est; vid. rursus infra c. 11. et alibi. Sed et *διὰ στόμα ἔχειν* invenio apud *Parthen. Nicaeeus.* Erot. c. 12. *Διὰ μνήμης* autem *φέρειν Herodian.* L 2. c 2. §. 19. aliique. Reitz.

Ead. l. 8. *Ἥ τε γὰρ τῶν λόγων παρασκευὴ*] Versionem Latinam: *verborum apparatus*, Censor editionis *Reitz.* in Novv. Actt. Eruditt. a. 1745. p. 244. reprehendit, tanquam parum perspicuam, vel etiam, si *copia orationis* intelligatur, falsam. At obscuritatis crimen, si quod h. l. est, non in interpretem, sed in ipsum auctorem libelli, ceciderit necesse est, cujus quidem verba aptius reddi non potuerunt. *Παρασκευὴ* autem *τῶν λόγων* non tantum est *copia orationis*, sed etiam *elegantia in verborum delectu;* omnino *omnes orationis virtutes, quae a diligente scriptore adhibentur in opere rite componendo et instruendo.* Hoc autem non minus recte *apparatus*

verborum dici potuit, quam contrarium *Cicero* expressit *dicere nullo apparatu* Orat. I, 53. Sic et παρασκευὴν ἐλεγκτικὴν καὶ δικανικὴν Pisc. c. 23. reddidit *Gesnerus*, *apparatum convincendi et judicialem*. Itidem Hermot. c. 64 παρασκευὴ ἐξεταστικὴ καὶ κριτικὴ, *apparatus explorandi et judicandi*. Propius etiam ad hanc nostram sententiam in Prom. s. Cauc. c. 6. Mercurius ad Prometheum dicit: Πάνυ γοῦν μακρῶν δεῖ λόγων, καὶ ἱκανῆς τινος παρασκευῆς, *longa opus est oratione, et sufficiente quodam*, i. e. rei magnitudini accommodato, *verborum apparatu*. LEHM.

Pag. 289. l. 1. Ὅπου τὸ κέρδος etc.) Versus est *Euripidis*, ad quem olim parodia allusit Antigonus Cocles ille; dum Demetrio filio suadere volebat, ut Philan Antipatri filiam et Crateri viduam jam aetate aliquantum provectam duceret uxorem; Demetrius vero ob inaequalitatem aetatis eas nuptias adspernabatur; dixit filio pater: Ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν γαμητέον. Refert *Plutarch*. in Demetrio. PALM. *Eurip*. Phoen. 398. Vid. *Plutarch*. in Demetr. p. 653. SOLAN.

Ead. l. 3. Τὸν παρόντα σοι βίον) *Quippe qui nunc servias*. BROD.

Ead. l. 7. Ὁ Βελλεροφόντης) *Erasm* in adag. *Bellerophontis literae*. BROD. Vide *Zenob*. paroemiographum. VORST. *Hom*. Il. Z, 155 — 99. SOLAN.

Ead. l. 8 Εὐπρόςωπος) *Speciosum praetextum habens*. Vid. mox iterum Dial. hinc tertium, Hermotimum. Et ad Galat. VI, 12. *Elsner*. REITZ.

Ead. l. 13. Καὶ σὲ τὸν κολοιὸν) *Erasm*. in paroemia, *graculus Aesopicus*. BROD. Vid. *Aesopi* fab. Infra Pseudol. c. 5. plene effert: κατὰ τὸν Αἰσώπου κολοιόν. SOLAN.

Ead. l. 14. Ὅμοιά σε τῷ Σαλαίθῳ) In marg. Cod. R. Ζαλεύκῳ, mendose: sunt enim variae historiae; patet conferenti. BOURD. De Zaleuco similia propemodum narrantur, nisi quod non ipse moechus, sed filius. V. *Ael*. Var. Hist. XIII, 24. SOLAN.

Pag 290. l. 3. Περὶ πόδα) Emendo, παραπόδως, τουτέστιν ἐγγὺς καὶ πλησίον. BROD. In Apologia pro iis, qui Mercede conducti vivunt, auctor primo fingit, se, qui in praecedenti libello tam bene scivisset enumerare miserias eorum, qui in potentiorum aedibus conducti viverent, graviter accusari ab Sabino aliquo, quod ipse volens sciensque contra sua ipsius praecepta committat, qui se quoque in alienam familiam alicujus ministerii nomine tradiderit. Inter alia autem fingitur is Sabinus uti exemplo Salaethi, Crotoniatarum legislatoris, qui ubi gravissimam in adulteros legem tulisset, ipse

paullo post in adulterio fratris uxoris deprehensus fuerit. *Περὶ πόδα τοίνυν*, inquit Sabinus p. 506. *καί σε τὸν Σάλαιθον ἐκεῖνον φαίη τις ἄν. Brodaeus* Misc. IX. c. 14. legit *παρατόδως*. Sed post eum satis hunc locum munivit *Is. Casaubonus* ad *Theophrasti* Charact. c. 5 ubi docet, *περὶ πόδα* Graecos dixisse *de omnibus, quae apta essent, et convenirent;* ubi et hunc eundem locum adfert. Interpres *Benedictus* reddit, *Quare non inepte quispiam te Salaethum illum esse diceret;* nisi malis *dicat*, vel *dixerit*. Jens Retinui *περί·* nam *περὶ πόδα* de omnibus dici, quae apta sunt et conveniunt, vid. *Casaub.* ad *Theophr.* Char. c. 5. de Rusticitate, pag. m. 138. Reitz. Cf. Adnot. ad Quom. Hist. Conscr. c. 14 et Adv. Indoct. c. 10. Lehm.

Ead. l. 4. *'Εκεῖνον εἶναι*) Ex W. hoc *εἶναι*, quod a reliquis libris abest. Solan. Indicat *Solanus*, sibi in animo fuisse illud *εἶναι* in contextum recipere, quod ut non ineptum, ita tamen non plane necessarium, nisi plures Codd. addicant, quia facile subaudiri potest. Mollius tamen hic fluet oratio, si addatur, propter duo monosyllaba, minus commode periodum claudentia. Qui igitur volet, addat. Reitz.

Ead. l. 6. *'Εκὼν*) Lege *ἑκῶν*. Brod. In Miscell. L. IX. c. 14. Sed quid sibi velit, adsequi non possum: nam aperta et sana est vulgata lectio. Reitz.

Ead. l. 7. *'Ενδιδόντων φυγεῖν*) Hic recte interpres Atticam expressit dictionem. Bourd.

Ead l. 10. *Εἰς πλουσίου τινὸς*) *Οἶκον* subaudio. Brod.

Ead. l. 12. *'Εν γήρᾳ* etc.) V. supra ad c. 1. Solan.

Ead. l. 13. *'Υπὲρ τὸν οὐδὸν*) *'Υπὲρ τὸν γήραος οὐδόν. Erasm.* in adagio, *Limen senectae.* Brod. Frequens istud apud *Homerum.* Vorst. Hom. Il. *Ω*, 487. et Odyss. *Ο*, 246. et 347. *Hesiod.* *Ἔργ.* 329. *ἐπὶ γήραος οὐδῷ. Plato* etiam usus est hac phrasi ut ut poëtica. Vid. plura ad Hermot. c. 77. Solan.

Pag. 291. l. 2. *Καινὴν*) Pro *κενὴν* in Flor. exemplari erudita manus reposuit *καινὴν*, quod forte huic loco convenientius. Interpres quoque, quasi legisset *καινὴν*, *Ecquid attinet novam accusandi rationem adversum te quaerere?* saepe *αι* et *ε* confusa inde toties *ἕτερος* pro *ἑταῖρος*, et ex adverso; de quo infra plura. Jens. *Καινὴν* ex conjectura emendaveramus: nam quod in vulgatis legitur *κενὴν*, nihili est. Nunc ita etiam in L. legi video. Accedit quoque ad veram scripturam *J.* ed. quae habet *καὶ νῦν·* quod manifesto ex *καινὴν* corruptum sententia ipsa diligenter inspecta demonstrabit. Solan. *Καινὴν* edidi ex L. et vestigiis *Junt.* quae *καὶ νῦν* duobus accentibus, sed voce una, habebat. Nec dubito,

καινὴν in suis Codd. legisse *Bourdelotium* in *Par.* ed. licet enim textus *κενὴν* exhibeat, tamen *novam* versio Latina reddidit, quam versionem *Benedictus* ac *Graevius* quoque, quod mirandum, retinuere, dum interim *κενὴν* in Graeco edi paterentur. Reitz.

Ead. l. 4. *Μισῶ σοφιστὴν*) *Euripidis* senarius. Brod. *Euripidis* versus, teste *Cicerone* Epist. ad Famil. XIII, 15. Vorst. Ex Medea; (vide eundem Cicer. VII, 6. et in eum locum *Victorii* notam) sed cum in nostra non exstet, aut aliam Medeam scripserat *Euripides*, ut saepe duplices sunt veterum fabulae, aut ex alterius *Euripidis* Medea sit oportet. Vid. not. ed. *Graevii* ad eam Epistolam. Citat et *Plut.* 2067. sed sine nomine; et 1275. In *Grotii* Florilegio inter incerta ponitur p. 21. Adde *Barnesium* ad v. 255. Incert. *Eurip.* qui tamen *Victorium* non videtur vidisse. Solan. *Cic.* ad Trebatium fam. 7, 6. *Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit.* Gesn.

Ead. l. 6. *Τραγικοῖς*) Conf. supr. Menipp. sive Necyom. cap. 16. Solan.

Ead. l. 8. *Πῶλος*) Vid. supra Necyom. c. 16. Solan.

Ead. l. 10. *Ἐκπίπτοντες δὲ*) *Eracti, expulsi.* Brod. in Misc. nimis jam adductis, ita exhibet *δὲ* pro *καί*. Sed error typotheticus esse potest. Reitz.

Ead. l. 11. *Μαστιγούμενοι*) Vid. supra Reviv. cap. 33. Solan.

Ibid. *Τῷ θεάτρῳ*) *Τοῖς θεαταῖς. τῇ πάνυ. Nobilissimae illi Cleopatrae.* Brod.

Ead. l. 12. *Πιθήκου*) Supra quoque non semel, ut Reviv. cap. 36. etc. Reitz.

Pag. 292. l. 2. *Συγκείμενον*) Ms. *συγκινούμενον*. Bourd. Fuerat in M. aliquid aliud, quo eraso haec vox superinducta est. Ego *συγκινούμενον* scriptum fuisse existimo, ut est in Ms. B. Solan. Etsi *συγκείμενον* aliquo modo exponi queat, ut *convenientiam*, gestuumve compositionem cum cantantibus convenientem significet; tamen lectio Cod. B. *συγκινούμενον* adeo hac videtur melior, ut eam vel in contextum recipiendam putem, et versiones jam olim ita sunt compositae, ut hoc ipsum expressisse videantur. Conf. infra de Salt. c. 62. et 80. quae *Solanus* in marg. *Junt.* consulenda monuerat. Reitz.

Ead. l. 10. *Ἕτερα*) *Aliud clausum in pectore, aliud promtum in lingua habere. Sallust.* Vorst. Hom. Il. *I*, 313. Solan.

Ibid. *Κεύθων ἐνὶ φρεσὶ*) *Hom.* Il. *I.*

Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.

Brod. (Sic ille: sed ap. *Hom.* βάζει pro εἴπῃ legas, quod tamen hic parvi refert. Reitz.) Male omnes κεύθων· patet ap. *Homer.* Il. 9. Bourd.

Ead. l. 12. *Χείλεα —*) *Hom.* Il. X, 495. Vid. supra Dial. praeced. (cap. 20.) Reitz.

Ead. l. 14. *Θρασυνάμενος*) Sic quoque in *Junt.* legebatur; sed mutavit *Solanus* in *θρασυνόμενος*, nulla auctoritate Cod. nec edit. Ego caussam non video, sed vulgatam servo, quae mihi vel melior videtur; quia aoristus eam vim habet, ut significet id, quod facere solemus, ut alibi jam pluribus dixi, quin et statim sequitur ἐξορμοσάμενος. Reitz.

Pag. 293. l. 5. *Εἰς τὸν κόλπον πτύσας*) *Erasm.* in adag. *In tuum ipsius sinum inspue.* Brod. Sic p. 936. hac de re copiose ad illud *Petron. ter me jussit exspuere.* Bourd. Hujus moris, quod quidem sciam, praeter *Lucianum* meminit hac in re nemo. Nam quod apud *Theophrastum* aliosque id factitatum, viso aliquo monstro, aut mali ominis averruncandi caussa, legimus; longe, mea quidem sententia, ab hoc more abhorret. Quo si quid arroganter forte in alios dictum esset, aut de se magnifice nimis praedicatum, Adrasteae mox iram deprecaturos se, malaque averruncaturos superstitiosi homines sperabant. Confer etiam Navig. cap. 15. Vide tamen locum ex *Aeschylo* a *Plutarcho* allatum in lib. de Iside ed. Han. p. 258. E. ἀποπτύσαι δεῖ καὶ καθήρασθαι τὸ στόμα, κατ' Αἰσχύλον. Locus autem *Theophrasti* hic est in Eth. Char. XVI. p. 49. μαινόμενόν τε ἰδὼν ἢ ἐπίληπτον φρίξας εἰς κόλπον πτύσαι. Vide *Theocr.* Id. VI, 39. et XXIV, 19. ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. Ubi Scholiastes factitari hoc a mulierculis praesertim docet τὸ νεμεσητὸν averruncantibus, *Callimachumque* adducit testem. Solan.

Ead. l. 7. *Αἰσχίνην*) *Aeschinem* contra Timarch. V. *Plut.* 624, 1. Solan.

Ead. l. 8. *Τὰ ὅμοια πάσχοντα*) *Muliebria patientem.* Brod.

Ead. l. 10. *Εὔθυνεν ἐπὶ τοῖς*) *Ejus reum fecit, quod in adolescentia commisit criminis*, hoc est, *impudicitiae.* Brod.

Ead. l. 18. *Ἀποκηρύττειν*) Scribe ἀποκηρύττων. Brod. *Ἀποκηρύττων*) Finiens deinde Sabinus suam in *Lucianum* accusationem, τὸ δ' ὅλον, inquit, ἐκείνῳ τῷ φαρμακοπώλῃ ἔοικας, ὃς ἀποκηρύττειν βηχὸς φάρμακον, καὶ αὐτίκα παύειν τοὺς πάσχοντας ὑπισχνούμενος, αὐτὸς μεταξὺ σπώμενος ὑπὸ βηχὸς ἐφαίνετο. Nemini prorsus dubium esse possit, quin *Lucianus* scripserit ἀποκηρύττων. *Similis es illi Pharmacopolae, qui medicamen tussis praedicans, et se illico eos, qui laborarent illa, liberaturum promittens, interea ipse conspiciebatur a tussi male*

habens. Hunc locum ita legendum, in mentem venit quoque *Brodaeo* dicto loco. Jens. Ἀποκηρύττων M. et L. uti *Jensius* conjecerat. Ceteri libri ἀποκηρύττειν. Solan.

Pag. 294. l. 15. Μοῖραν μὲν) *Hom.* Il. Z. Brod. *Lucianus* accingens se ad Apologiam, non eo nomine se defensurum caussam ait, quod, quidquid faciat, lege et vi fati coactus faciat; nec se *Homerum* testem producturum, qui dixerit, *Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἀνθρώπων εἶναι.* Sed versus ipse, quem respicit hic *Noster,* sic Il. *Z,* 488. apud *Homerum* legitur:

Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν.

Jens. Quam accurate legerit *Brodaeus,* hinc apparet. Reitz. Il. *Z,* 488. laudat etiam auctor Philop. p. 771. ut et jam citandum Il. *Τ,* 128. Od. *Η,* 198. Gesn.

Ibid. Ἔμμεναι ἀνδρῶν) Sic ex *Homero* legendum, non ut in omnibus libris est ἀνθρώπων εἶναι, quod ab inscitis librariis haud dubie profectum est. Solan.

Pag. 295. l. 2. Γαινομένῳ ἀπένησε λίνῳ) *Hom.* Il. v. Brod. Ecce quam belle rursum, pro ἐπένησε, quod *Lucian.* et *Hom.* habent, dat ἀπένησε; et pro v, lege *ί.* Ibique v. 128. Reitz.

Ead. l. 7. *Δέδοικα μὴ — αἰτίαν προσλαβὼν, κᾆτα εὑρίσκωμαι*] Hujus structurae insolentia movit *J. Seagerum* Classic. Journ. Vol. XI. p. 201., ut scribi mallet προςλάβω. Non attendit igitur abusum Participiorum, passim in *Luciani* scriptis obvium, cujus exempla nonnulla, huic nostro haud dissimillima collecta repereris in Adnot. ad De Merc. Cond. c. 29. p. 673. Etiam *Schaeferus* Meletemm. p. 86. tuitus est vulgatam lectionem. Lehm.

Ead. l. 9. Ἥλῳ τὸν ἧλον) *Erasm.* in adag. *clavum clavo pellere.* Brod. Sic pag. 271. Interpres *Aristophan. Suid.* Paroemiog. Bourd. De hoc proverbio agit *Davis.* ad *Cicer.* Tusc. D. cap 35 ubi *Cic.* ait: *Etiam novo quidam amore veterem amorem; tanquam clavum clavo ejiciundum putant.* Ad quae ille: *Hieronymus* ad Rusticum p. 2?. *Philosophi seculi solent amorem veterem amore novo, quasi clavum clavo, expellere.* Notum proverbium, Ἥλῳ τὸν ἧλον, παττάλῳ τὸν πάτταλον. Vid. *Pollucem* L. IX. c. VII, 120. *Suidam* in Ἥλῳ. Adde *Nostrum* infra pro Laps. cap. 7. Reitz.

Ead. l. 14. Ἄγκυρα ἔτι ἄβροχος) *Erasm.* in proverbio, *Sacram ancoram solvere.* Brod.

Pag. 296. l. 1. Ὀδύρεσθαι) *Lucianus* haesitare se fingens, quo tandem colore factum suum, suis ipsius praeceptis contrarium visum, defendat et excuset, Μία μοὶ ἴσως, inquit, ἐκείνη ἄγκυρα ἔτι ἄβροχος, ὀδύρεσθαι τὸ γῆρας etc. Graecus in-

terpres, Ὀδύρεσθαι τὸ γῆρας) *ἁπλότητος ἦθος, ταῦτα κατασχευαστικά.* Posset quis *κατασκευαστικὰ*, sed sine dubio legendum *καταχλευαστικά*· id quod requirit sensus: loquitur enim ibi *Lucianus κατὰ χλευασμόν.* Jens.

Ibid. *Νόσον*) Podagram an oculorum affectionem innuat, non liquet ex sequentibus. Solan.

Ead. l. 5. *Μηρὸν αὐτὰ*) Castiga *μικρόν.* Brod.

Ead. l. 6. *Καὶ μανθάνω* etc.) *Καὶ μανθάνω μὲν οἷα τολμήσω κακὰ, Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων, Ὥσπερ μεγίστων αἴτιος κακῶν βροτοῖς.* Sed *ὁρῶν μέλλω* legunt etiam *Plut.* 947, 1. *Arrian.* ad Epict. p. 101. B. et *Clem. Alex.* Strom. II, 151, 1. Solan.

Ead. l. 7. *Πενία δὲ κρείσσων*) *Euripides* vero: *Θυμὸς δὲ κρείσσων.* Brod. Melius alius, *Κρείσσων δὲ πεινα.* Bourd.

Ead. l. 9. *Ἐς βαθυκήτεα π.*) Vide not. ad c. 16. ubi et locum exhibeo integrum. Solan. Dicit *Solanus*, nisi fallor, locum De Merc. Cond. c. 5., ubi quidem in nota integrum *Theognidis* locum, de paupertate agentem, descripsit. Cf. etiam Timon. c. 26. ibique notata Tom. I. p. 428. Lehm.

Ead. l. 12. *Οὐ πάνυ εὐπρόςωπον*) An *οὐ πάνυ δ' εὐπρόςωπον;* Guyet.

Pag. 297. l. 2. *Τὸ Ἄργος*) Hoc e vetere quodam poëta desumtum. Brod.

Ibid. *Κοίλην Ἀραβίην*) Locus est vexatissimus, de quo ante complures annos meam consuluit sententiam ampl. Daventriensium Consul, *Gisbertus Cuperus*, nunc Consessui potentissimorum Ordinum Belgicae foederatae, qui Hagae Comitum est, adscriptus, quem honoris caussa nomino. Diu, fateor, me torsit, vanisque conjecturis diu me, et virum excellentem frustratus sum. Verba sunt: *Σὺ δὲ θάῤῥει, ὦ ἑταῖρε, ὡς οὐδενὶ τούτων ἐμοῦ χρησομένου, μὴ γὰρ τοσοῦτός ποτε λιμὸς καταλάβοι τὸ Ἄργος ὡς τὴν κοίλην Ἀραβίην σπείρειν ἐπιχειρεῖν.* Interpres Latinus: *Neque enim tanta fames Argos urgere unquam poterit, ut cavam Arabiam serere aggrediatur.* Quae aut ubi gentium est cava illa Arabia? Novi *κοίλην Συρίαν*, Coele Syriam: memini *Ἄργος* dici *κοῖλον Sophocli*, uti *Εὐβοίην κοίλην* eidem, et *Homero Λακεδαίμονα κοῖλον*, cavam Lacedaemonem. Sic enim Graeci vocabant loca in vallibus, et humili loco sita, non in montibus. Sed Arabiam cavam esse, nemo usquam reperiet. Si quae dicenda esset Arabia *κοίλη*, certe magna felicis Arabiae pars inter montes in vallibus feracissimis posita, sic esset dicenda, non illa sabulosa et deserta. *Erasmus* tamen Roterodamensis, ille Batavorum doctissimus, ex hoc loco proverbium sibi visus est expisca-

ri, quod Centur. 1. Chiliadis II. inseruit et sic explicat: τὴν κοίλην Ἀραβίην σπείρειν, *cavam Arabiam serere*, pro frustra sudare, aut in re perdifficili, nec admodum frugifera, operam sumere, adlato hoc loco *Luciani*. *Plutarchi* locus, quem *Luciano* attexit, est plane ἀπροσδιόνυσος, et male a summo viro intellectus et translatus, de quo alias. Sed, crede mihi, nullam unquam fuisse cavam Arabiam, nec usquam eam reperies, licet in ipso solis curru orbem terrarum lustres, aut alatis draconibus cum Triptolemo per omnes gentes circumferaris. Et, si quae esset, quid tamen illa ad Argivos? Num ad famem avertendam illi ex Europa in ultimam Asiam ad Arabiam colendam proficiscerentur? λῆροι, λῆροι. Mea excerpta scribunt protentosius ὡς τὴν σκυλλαραβίαν. (istiusmodi varia lectio in *Synes.* Ep. 4. p. 160. C.) Mihi tamen ad veram lectionem aditum aperuerunt. Legendum enim, ὡς τὴν Κυλλάραβιν σπείρειν ἐπιχειρεῖν, *ut Cyllarabin velint serere.* Fuit Cyllarabis gymnasium in Argolide. *Hesych.* κυλλάραβις δίσκος ἢ γυμνάσιον ἐν Ἄργει. (Vid. *Plutarch.* in Pyrrh. pag. 404. D. Cleom. pag. 812. C. 817. C.) Meminit hujus gymnasii etiam *Plutarchus* in vita Agidis et Cleomenis, cum narrasset, Cleomenem agrum Argivorum et omnem segetem perdidisse funditus: addit, ὡς μέντοι κατὰ τὴν Κυλλάραβιν γενόμενοι τὸ γυμνάσιον, ἐπεχείρουν προσφέρειν πῦρ, ἐκώλυσεν, ὡς καὶ τῶν περὶ μεγάλην πόλιν ὑπ᾽ ὀργῆς μᾶλλον ἢ καλῶς αὐτῷ πεπραγμένων. *Postquam tamen ventum ad Cyllarabin est, et subdere faces aggressi sunt gymnasio, obstitit; ostendens, illa, quae Megalopoli egisset, irate potius, quam bene a se gesta esse.* Liv. XXXIV, 26. *Misit expeditos pedites equitesque. qui circa Cyllarabin (gymnasium id est minus trecentos passus ab urbe) cum erumpentibus a porta Lacedaemoniis proelium commiserunt.* *Pausanias* in Corinthiacis (p. 65, 13.) vocat Κυλαράβου γυμνάσιον, et sic a Stheneli filio appellatum esse auctor est. Vide, quae ad laudatum *Livii* locum adfert contra *Casaubonum*, qui velit apud *Livium* legi *circa Cyllarabis gymnasium*, *Jac. Gronovius*, magni parentis non minor filius. Istud gymnasium sacrum fuit, et ut pleraque alia, dedicatum Diis, itaque usibus humanis exemtum, ut ager ejus coli non potuerit. Inde proverbium hoc natum. Graev. (Quae uncis inclusa sunt in *Graevii* notis, ea addiderat *Hemst.*) Κυλλάραβιν) Doctam et optimam hanc *Graevii* emendationem in textum, ut par erat, recepimus. Locis a viro summo laudatis duo haec adde *Plutarchi*, alterum in eodem Cleomene, alterum in Pyrrho sub finem, p. 739. A. (ed. *Lut.*) 146. B. In tam liquida ceteroquin emendatione nondum satis confirmare videtur, qua potis-

simum ratione scribenda sit vox *Κυλλάραβις*· nam in Pyrrho *Κυλάραβις* scribitur, in vita autem Cleomenis *τὸ Κυλλαράβιον* p. 710. (*Junt.* 174. A. B.) Deinde mox *Κυλλάβαρις* scriptum est p. 714. B. (*Junt.* 175. C.) Ms. W. et P. etiam hic *Σκυλλαραβίην* habent. L. autem *Σκύλλαν ῥαβιείην* et *Σκυλλαραβίαν*. Interpres *Pausaniae* Rom. Amasaeus *Cyllarabin* scribit p. m. 244. In Graeco textu ed. *Wechel.* semper *Κυλάραβος* unico λ. scribitur. Solan. *Κοιλὴν Ἀραβίην*) Retinui in versione lectionem omnium, quantum constat, librorum: licet indicare non possim *cavam Arabiam*, vel melius aliquid excogitare *Graeviana* emendatione, quae inde quoque aliquid probabilitatis accipit, quod *Ἀραβίην* legunt omnes, non *Ἀραβίαν*, quomodo scripturus videtur fuisse *Lucianus*, si Arabiam voluisset. Gesn. Quam felicissima *Graevii* manus restituit, lectionem uno animo omnes recentiores et interpretes et editores vel reddiderunt, vel receperunt. Proverbium esse antiquum, dubitari non potest. Incertior est ejus origo, omnino tamen illa ex antiquitate Argiva repetenda, aut e Gymnasii illius, *Cyllarabis* dicti, de quo inprimis *Pausan.* Corinthh. c. 22. et *Liv.* l. c. adeundi sunt, sanctitatè, aut e singulari quadam historia, quam *Belinus* nimis confidenter definit. Clara autem vis ejus est et natura: significatur enim eo summa atque extrema omnium rerum desperatio, ut vel id, quod sanctissimum est, impie violare cogaris. Quem veterem poetam sibi *Brodaeus* finxerit, cui haec *Luciani* verba debeantur, vellem iste, si poterat, apertius declarasset. Lehm.

Ibid. *Ἀραβίην*) Quae longissime Argis distat. Brod.

Ead. l. 3. *Ὑπ' ἀπορίας*) Leve est, quod pro variante lectione ex Ms. W. notavi *ὑπὸ ἀπορίας* legi. Interim tirones observent, apostrophum in praepositionibus saepe et apud alios negligi. Ita apud *Dion. Halic.* L. X. p. m. 638. m. *ὑπὸ ἀνδρὸς ἀγνώστου.* *Joseph.* Antiq. I, 3, 3. *ἀπὸ Ἀδάμου.* *Strab.* L. VIII. p. 559. (al. 364.) *κατὰ ἀποκοπήν.* *Ael.* V. H. I, 30. *ἐπὶ ἵππῳ*· sed cum suspectus sit ille locus, et *ἐφ' ἵππων* legendum velit *Periz.* ecce similia ex eodem, nimirum I, 31. *ὑπὸ ἑκάστου.* L. 2. c. 3. *ὑπὸ Ἀπελλοῦ.* Evang. *Matth.* cap. III, 3. *ὑπὸ Ἠσαΐου*· et II, 17. *ὑπὸ Ἱερεμίου*· et XI, 7. *ὑπὸ ἀνέμου*· et saepe alibi apud hos ac profanos scriptores. Ea tamen non esse vitia inde orta, quod praepositiones per compendium scribi soleant, patet ex poëtis, qui apostrophos saepius quidem addunt, haud raro tamen omittunt, ut *Hom.* Iliad. Ζ, 15. — *ὁδῷ ἔπι οἰκία ναίων.* Ibid. 56. — *πεποίηται κατὰ οἶκον.* Et 62. — *ἀπὸ ἕθεν ὤσατο χειρί.* Reitz.

Ead. l. 11. *Δὶς διὰ πασῶν*) *Erasm.* in prov. Brod. Hodie, *duplex octava*, sive *decima quinta*; nam *διὰ πασῶν octava* est, consonantium perfectissima. Vid. *Ptolemaei* Harmonica I, 5. et II, 4. Reitz. Cf. Adnot. ad Prometh. in Verb. c. 6. Tom. I. p. 233. sq. Lehm.

Ibid. *Πρᾶγμα*) An Musicorum vocabulum sit hac in re *γράμμα*, quod in plerisque reperitur, et in ipso W., viderint Musici. *πρᾶγμα* vero exstat in L. uti et in S. Mutatum est et ante ab *Erasmo* in Adagiis. *εἶναι* etiam addendum putat *Vorstius*. De *δὶς διὰ πασῶν* vide nos ad Prom. in Verb. c. 7. (6.) Quom. Hist. Conscr. c. 7. et Advers. Indoct. c. 21. ubi itidem *πρᾶγμα* non *γράμμα* occurrit. Solan. Plurimorum Codd. et edd. scripturam servavi: nam licet *τὸ γράμμα* videatur esse posse vocabulum Musicum, quia *διάγραμμα* id significat, quod hodie *scalam* dicimus, i. e. commonstratio notarum musicarum ex ordine, a. b. c. idque interdum confunditur cum eo, quod *Systema* Musici dicunt, (vid. supr. cit. *Ptolem.* Harmon.) tamen id vix locum habet; nam *πρᾶγμα* hic *Nostro* est *negotium suum*, status ille aulicus, de quo se purgat, et quem deinceps non semel *πράγματος* nomine denotat, ut statim c. seq. *τουτὶ* — *τὸ ἡμέτερον πρᾶγμα* etc. Reitz.

Ead. l. 12. *Ἀνεμόνη ῥόδῳ*) In omnibus impr. aliter, rosaeque praefertur anemone contra veterum codicum Mss. fidem, in quibus *ἀνεμώνη ῥόδῳ*, ut in W. et L. legitur. Nam quod in W. jota subscriptum habet *ἀνεμώνῃ*, recentissimam arguit manum: in eo enim codice adscribitur semper, nunquam supponitur. Hactenus de scriptura. Rem ipsam quod attinet, si veteres inspicias, et quam magnifica de rosa praedicaverint, observes, nunquam, credo, in animum induces *anemonae* posthabitam; praecipue si reputes, quam incuriosi iidem veteres erga florum culturam; quod contra fit a nostrae aetatis hominibus, qui variis artibus eos flores, quos hortis suis dignos existimant, adeo exornant, ut anemone jam colore et magnitudine cum rosa certare quibusdam videri possit. Solan. *Ἀνεμώνη ῥόδον*) Non moveo hanc editionum lectionem, quam *Solanus* non satis videtur attendisse. Nam sic structura respondet sequenti *ἀνθρώπῳ πίθηκος*. Cum enim ante bis nominativum praeposuisset, *μόλιβδος ἀργύρῳ*, *χαλκὸς χρυσῷ* dicens; jam bis, elegantiae caussa, videtur invertisse constructionem, *ἀνεμώνη ῥόδον*, *ἀνθρώπῳ πίθηκος* ponens: unde tamen non consequitur, rosam ab eo posthaberi anemonae; sed quia tantum dicit. *quantum discrimen est inter hos flores*, eum lectori posthabendum relinquit, quem is

vulgo posthabere solet, i. e. anemonen. Eas autem, cum rosas quidem figura imitarentur, sed longe minores et nullius odoris essent, prae rosis contemtas fuisse, vid. *Erasm.* in adag. *Rosam cum anemone confers*, et *Dioscorid.* Matthioli p. 332. Et, quod *Solanus* recte ait, non est probabile, anemonen ad eum pulchritudinis gradum productam et excultam tum fuisse, ut hodie. Quia tamen *ῥόδῳ* exhibent codices L. et W. bonae notae, non damno illorum lectionem; cum et interdum illa casuum seu constructionis inversio postremo tantum loco fieri solet. Reitz. Cf. Varr. Lectt. ad h. l. Lehm.

Pag. 298. l. 5. *Διὰ χειρὸς*) Sic supra hoc Dial. c. 3. Plura ibi in notis ad v. *ὁμιλεῖν*. Reitz.

Ead. l. 9. *Οὐκ ἂν φθάνοι*) Vide, quae supra diximus ad Vit. auct. c. 26. et quae *Gronov.* ibid. Reitz.

Ead. l. 13. *Οὐκ ἀφ' ἑνὸς*) Intellige *πράγματος*. Brod. Sic *Virg.* Aen. II.

Accipe nunc Danaum insidias, et crimine ab uno
Disce omnes. —

Quid autem proprie significet *ἀφ' ἑνὸς*, disce ex Hermot. c. 61. nempe *quasi specimine viso* de re tota judicium ferre. Sic et in Conviv. c. 32. *ἀφ' ἑνὸς ἀνδρὸς οὐκ ἐννόμως φιλοσοφοῦντος — μετρεῖτε τὸν Κλεάνθην καὶ Ζήνωνα σοφοὺς ἄνδρας*. Solan.

Pag. 299. l. 9. *Τὰς δίκας εἰσάγειν*] Multus est *Belinus* in hac phrasi ex jure Attico explicanda et illustranda (tum in Adnot. ad versionem Tom II. p. 201. tum in notis Criticis Tom. VI. ad h. l.). Quae uti per se non inutiliter fecit (cf. *Budaei* Comment. ling. Gr. p. 23.), ita tamen a *Luciani* aetate et foro Aegyptio quam maxime aliena egit. Imo vero haec *εἰσαγωγὴ τῶν δικῶν* ad Romanorum potius ritus forenses pertinet, qui omnino saltem eo tempore in Aegypto valebant. Et est *εἰσάγειν τὰς δίκας* omnino *instituere caussarum vias et rationes*, die Processe einleiten. Quod officium cum reliquis, quae h. l. uni *Luciano* adscribuntur, conjunctum, uti recte *Wielandius* observat (in not. ad vers. Tom. V. pag. 167. cf. p. 179.) non ejus ipsius esse potuisse, qui procurator Aegypti ab Imperatore constitutus erat: (nam *partem* tantum imperii Aegyptii, quamquam *non minimam* (*ἐς τὸ σμικρότατον τῆς Αἰγυπτίας ἀρχῆς*) ipse commemorat) ita nec graphiarii, vel actuarii, quod *Tillemontius* (Vid. Prolegg. pag. XLIV.) et alii statuerunt, munus *Luciano* tribui posse, patet ex ipso, quem ante oculos hic habemus, negotiorum ejus recensu. Et omnino quidem lubens subscribo iis, quae *Reitzius* Prolegg. p. LXX. de ea re haud imperite disserit. Lehm.

Ead. l. 11. Ἁπαξαπάντων) Loco illi *Aristophanis* ab Scholiaste adlato adde eund. Plut. 110. — *εἰσὶ δ' οὐ πάντες κακοί. ΙΙλ. Μὰ Δι', ἀλλ' ἁπαξάπαντες*, i. e. omnes, nemine excepto. Sic ibid. 206. *Εὑρὼν ἁπαξάπαντα κατακεκλεισμένα.* Reitz.

Ead. l. 15. Τὸν ἀεὶ χρόνον) Adverbium pro adjectivo, Graecismo usitatissimo. Sic et *Hippocr.* jurejur. fin. εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον. *Aelian.* V. H. I, 19. ἡ πάνυ τρυφή. Plura similia vid. ad Dial. seq. c. 16. *ἄγαν πλεονεξίας.* Reitz.

Ead. l. 16. Βασιλέως) Unum cum nominet imperatorem, aut sub finem Marci, aut Commodo jam, quod verius puto, imperante factum censendum est. Solan.

Pag. 300. l. 14. Τοῦ σωροῦ) Dedi, quia ὁ σωρὸς *acervus* est, ἡ σορὸς *sepulcrum*, ut infra Hermot. c. 78. ἕτερον πόδα, φασὶν, ἐν τῇ σορῷ ἔχων, *alterum pedem, quod ajunt, jam in sepulcro habens.* Et *Aristoph.* Pl. 277. Ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχὼν τὸ γράμμα. Quod ideo adducere non pudet, ne juniores fallantur versu *Homer.* Iliad. Ψ, 91. qui vulgo sic a Lexicogr. adfertur:

Ὣς δὲ καὶ ὀστέα νῶϊν ὁ μὴ σορὸς ἀμφικαλύπτοι.

Ubi credas ὁ σορὸς dici; cum sit legendum ὁμὴ una voce, i. e. ὁμοία, ut Scholiast. ibi bene monet. Reitz. Ms. Reg. 2954. τοῦ ὄρους, probante *Belino.* Bip. Scilicet *acervi* imaginem minus nobilem (*noble*) habet *Belinus*, *Wielandius* vero etiam rei ipsi minus aptam, quum acervi imago non tam magnitudinem, et exiguitatem rerum, quam h. l. auctor agit, quam potius altitudinem et profunditatem, ostendat. Hoc tamen certum, τοῦ ὄρους non potuisse *Lucianum* scribere. Quodsi enim *montem* is voluisset, quaenam quaeso essent illa singula, quibus mons constare (ταῦτα, ἀφ' ὧν σύγκειται) diceretur? Lehm.

Pag. 301. l. 9. Ἐτώσιον ἀρούρης ἄχθος) *Homer.* Il. Σ. et Odyss. Υ. Brod. *Homer.* Il. Σ, 104. Solan.

Ead. l. 10. Πρὸ δὲ τῶν ὅλων μεμνῆσθαι) Cum omisisset *Mosellanus* priora interpretari, *Benedictus* reddidit *ante alia autem*, ut videatur legisse τῶν ἄλλων, ut solet quoque alibi dicere e φροντίδος ἄξιος τὰ ἄλλα. Sed temere. Verte, *ante omnia vero.* Sic in Scytha, συγγραψάμενος προστάτας συναγωνισταις χρῶτο πρὸς τὰ ὅλα. Gron. In *Salm.* conversum erat, *ante alia*, quod *Solanus* noster jam mutaverat in *ante omnia.* Reitz.

Pag. 302. l. 3. Ἐπὶ ἀμφορεῖ etc.) Vid. Somn. c. 8. et 9. Unde satis patet, ante reditum in patriam hoc factum. Vid etiam Bis Accus. c. 27. Solan.

Ead. l. 5. *Κελτικὴν*) Iterum infra Bis Accus. cap. 27. Solan.

Ead. l. 6. *Σοφιστῶν*) Merebatur itaque *Lucianus* inter *Philostrati Sophistas* locum; quod ante me *Vossio* jam diu observatum est, de Rhet. nat. c. 12. p. 83. Sed non mirum est a *Philostrato* praetermissum; non quia, ut *Oleario* visum, *Pseudonymus*, et larva mera *Lucianus*, (praef. ad vit. Soph.) quod tanto viro excidisse nollem: sed 1. quia *Lucianus* Sophisticae quadragenarius repudium misit, et in philosophorum castra, sic ipse saltem putabat, transiit. 2. Quia deinde Rhetoricam sui temporis fucatam insectari non desiit. 3. Quia de *Philostrati* heroë, Apollonio Tyanensi, aliisque similibus, cum superstitioso *Philostrato* minime sentiebat. Solan.

Ead. l. 8. *Οὐκ ἐν παρέργῳ θέμενος*) *Non in postremis habens, neque neglectui.* Brod.

Ibid. *Τὴν λευκὴν*) *Ψῆφον* subaudio, absolutorium calculum. Brod. *Τὴν λευκὴν παρὰ σοῦ καὶ πλήρη μοι ἐνεχθῆναι*) Per *πλήρη* intelligo *μὴ τετρυπημένην ψῆφον*, *non perforatum calculum*, quod absolvebat (ita legitur, pro, *qui absolv.*) ut et album: utebantur in judiciis calculis vel fabis, et calculi quidem integri et *πλήρεις* absolvebant, ut fabae albae; sed calculi perforati, *τετρυπημένοι*, condemnabant. Vide Scholiasten *Aristophanis* ad Vespas p. 500. Palm. Vid. *Erasm.* in Adag. *Album calculum adjicere.* Vorst.

Ead. l 9. *Καὶ πλήρη*) Nam pertuso condemnabant Graeci. Brod. Notabilis locus *Aeschinis* in Timarchum pag. m. 181. C. *Ὁ δὲ κήρυξ ὁ νυνὶ παρεστηκὼς ἐμοὶ, ἐπηρώτα ὑμᾶς τὸ ἐκ τοῦ νόμου κήρυγμα. τῶν ψήφων ἡ τετρυπημένη ὅτῳ δοκεῖ πεπορνεῦσθαι Τίμαρχος· ἡ δὲ πλήρης, ὅτῳ μή.* Adde *Poll.* VIII, 123. *Ψήφους εἶχον χαλκᾶς δύο, τετρυπημένην καὶ ἀτρύπητον.* Gesn

Ead. l. 11. *Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ*) *Erasm.* in adagio, *Non est curae Hippoclidi.* Brod. Haec dixerat antea, repetit in Hercule Ogmio. Prov. *ἐπί τι μὴ πάνυ σπουδαῖον ἡμῖν λεγόμενον.* Legend. *Hesych.* ex *Aristoph.* Bourd. *Εἴη μοὶ τὸ, φροντὶς Ἱπποκλείδῃ* etc. *Εἴη μοὶ τὸ οὐ φροντὶς Ἱππ.* Marcil. Vid. *Plut.* 1592. f. et *Zenob.* Confer infra Philopatr. c. ult. Et *Herod.* VI. pag. 238. C. Solan. Cf. et Schol. ad Herc. c. 8. Lehm.

IN APOLOGIAM PRO LAPSU IN SALUTANDO.

Pag. 303. l. 1. *ΥΠΕΡ ΤΟΥ — ΠΤΑΙΣΜΑΤΟΣ*) Scripta haec dissertatio *πρὸς Ἀσκληπιὸν*, ut patet fine. Caussa dissertationis haec est: *ὑγιαίνειν* dixerat *ἀντὶ τοῦ χαίρειν· αἱ γὰρ τῶν παλαιῶν προσρήσεις αἱ μὲν ἑωθιναὶ χαῖρε, αἱ δὲ ἑσπεριναὶ, ὑγίαινε.* Bourd. Difficultatis aliquantum interpreti facessit hic libellus, quod totus est in vi ac potestate verborum quorundam in salutationibus usitatorum, quibus non usquequaque respondent Latina. Opus autem fuit, ne circumlocutione langueret oratio, verbum *χαίρειν*, quod quantum ad usum fere respondet Latino *salvere*, reddere *gaudere*; tum *ὑγιαίνειν valere*, et, quod consequens erat, *ὑγείαν valetudinem*, quae *Salus Dea* alioqui commodius diceretur; *εὖ πράττειν* denique *bene agere*. Graeca verba non immiscui meae interpretationi, quod illis faciendum fuit, qui solam ederent sine Graecis. Gesn. Difficilem hujus libri in aliam linguam conversionem esse, expertus est *Perrotius d'Ablancourt*, qui in Gallica *Luciani* non versione, sed imitatione, totum hunc Dialogum omisit, hac excusatione usus: *Il ne se peut traduire à cause de diverses allégations, qui sont renfermées dans la proprieté des termes Grecs, et qui n'ont point de rapport à notre façon.* Reitz. *Belinus* tamen non praetermisit, ratus, aliqua saltem ratione haud incommode vocabula Graeca reddi posse, neque omnino hunc libellum indignum esse, qui etiam hodie a popularibus et aequalibus nostris legatur. Ejusdem ferme sententiae et consilii etiam *Wielandius* noster fuit. Lehm.

Ead. l. 3. *Ἐπήρειαν*) Sic verti *ἐπήρειαν*, quae *noxa* alias est; sed putavi fontem indicandum, et solenne apud hos homines Deorum crimen, *φθονερὸν γὰρ τὸ θεῖον·* ut passim videas, praesertim sic *Herodoteus* Amasis scribit III, 40. etc. Gesn.

Ead. l. 6. *Τὸ ἑωθινὸν*) *Τὴν ἑωθινὴν προσαγόρευσιν.* Quae primo mane dici solet. Brod. *Matutinum ave* notum est ex *Martiale*, his temporibus proximo. Interim non reprehendo viros doctos, qui *salve* hic posuerunt: est enim illud etiam salutantium in adventu vox propria. Ceterum omittendus non est locus classicus *Artemidori* (in somniis) I, 85. *Ἔῤῥωσο καὶ ὑγίαινε, οὔτε λέγειν ἀγαθόν. οὐ γὰρ προσιόντες ἀλλήλοις,*

οὔτε μέλλοντές τι πράττειν, ταῦτα λέγουσιν ἄνθρωποι, ἀλλὰ ἀπαλλαττόμενοι ἀλλήλων καὶ πρὸς ὕπνον τρεπόμενοι. GESN.

Ead. l. 7. *Χαίρειν κελεύειν*) *Thom. Mag.* paullo post iterum examinandus, posteriore membro verbi *χαίρειν* omnia haec eodem modo habet, uti nunc leguntur apud *Lucian.* excepta sola praepositionis varietate, quam in var. Lectt. modo notavi. REITZ.

Ead. l. 8. *Ὁ χρυσοῦς*) Ironia, *ego aureus atque elegans.* BROD. Sic apud *Aristaen.* Epist. 1. et alibi, quod notavit *Mercer.* Cetera summi Rhetoris et Philosophi doctrinam declarant. BOURD. *Ὁ χρυσοῦς* audiebat fortasse tum *Lucianus* a sodalibus suis ob oris, opinor, facundiam morumque quandam elegantiam. Notum autem hoc epitheton erat *Veneris,* petitum illud ex *Homero,* quod et *Virgilius* Aen. X, 16., ita et *Noster* crebro usurpavit de eadem Dea, ut Diall. Mortt. IX, 3. Pro Imagg. c. 24. 25. et Jov. Trag. c. 10. Cf. *Anacreont.* Od. XXXVI, 8. et *Horat.* Od. I, 5, 9. LEHM.

Ibid. *Ὑγιαίνειν*) Contendit *Lucianus,* se non ita male fecisse, qui ave matutinum amico suo portans, pro *χαῖρε* dixerit *ὑγίαινε.* Formulam *χαῖρε* docet in usu apud priscos fuisse quovis tempore, et in aditu, et in abscessu. JENS.

Pag. 304. l. 2. *Ἐγὼ*) Empedocli apud *Origenem* (in libro Philosophumenon) tribuitur. Vid. et *Anthol.* I, 86. ubi additur sequens hemistichium: *πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος,* teste *Davisio* I. Tusc. p. 15. Adde, si lubet, *Lil. Gyrald.* p. 293. s. *Diog. Laërt.* VIII. *Empcd.* p. 229. ed. Lond. *Sextum Empiricum* contra Math. pag. 60. et *Rittershus.* pag. 37. ad *Porphyr.* SOLAN.

Ibid. *Ἴδιον*) Deleverat *Solanus* posteriorem hujus vocis syllabam in *Junt.* et margini adscripserat ω, scilicet volens legi *ἰδίων*, quod et *Parisina* habebat; idemque postea in variantt. lectt. notaverat, Fl. *H.* et *S.* male legere *ἴδιον.* Unde primo conjicio *ἴδιον* quoque habuisse *Junt.* aeque ac reliquas antiqq. omnes, quas sollicite consului; deinde *Solanum* deceptum esse sequenti sono verbi *ἠρυθρίων*, ex quo forsan festinans conjecit *ἰδίων* similiter scribendum; maleque sic accusavit *Florentinam* et reliquas. Nam *ἴδιον* omnino rectum est, et imperfectum tempus ab *ἰδίω sudo*, ut *ἠρυθρίων* et sequens *ἦν* satis docent: et *Brod.* quoque Miscell. IX. c. 15. *ἴδιών τε sudabam*, scribit. REITZ.

Pag. 305. l. 3. *Πρῶτον μὴ*) Non dubitavi cum *Graeviana* *μὴ* pro *μὲν*, (quod edd. habent.) in contextum recipere; cum *μὴ* S. non solum habeat, sed et *Par.* voluisse exprimere videtur, in cujus versione negativa quoque expressa erat,

qui antea se nunquam viderant, licet ibidem in Graecis μὲν legatur. Nam si praecedens πρώτην ἔντευξιν respicias, eique πρῶτον μὲν subjungas, bis idem dixisset. Jam vero μὴ post ἀλλὰ fit oppositio melior; etsi scio, si quis tricari velit, posse dici, qui πρῶτον se vident, eos se *non ante* vidisse, adeoque negativam posse abesse: tamen planior est oratio, si addatur, et πρῶτον valet πρότερον. Reitz. Quod etsi negare nolim, πρῶτον nonnunquam, inprimis in posterioris Graecitatis scriptoribus pro πρότερον occurrere, h. l. tamen cum *Belino* dubito, quin salvis linguae legibus sic usurpari potuerit. Scripsit haud dubie auctor μὲν, ut non solum Edd. pleraeque vett., sed etiam Codd. 2954. 3011. et Gorl. edunt. Unde et *Schmiederus* recte veterem lectionem revocavit. Lehm.

Ead. l. 5. Χαῖρ', ὦ δυνάστα) *Euripidis* versiculus. Brod. Unde habeat, incertum. Solan.

Ead. l. 8. Χαῖρ' Ἀχιλεῦ) *Homer.* Il. *I.* Brod. *Hom.* Il. *I,* 225. Solan.

Ead. l. 11. Χαίρετ' ἐγὼ δ' ὕμῖν) Versus est *Empedoclis,* quem lib. Epigrammatum Graecorum primo, titulo εἰς φιλοσόφους offendes. Brod. Versus nobilis *Empedoclis*, e vita ad tempus discedentis, apud *Philostr.* de vita Apollon. 1, 1. et *Diog. Laërt.* 8, 62. et 66. It. *Sextum Empir.* adv. Gram. l. 302. Ὕμμιν ex Aeolica, qua usus est *Empedocles,* dialecto legendum monet ad *Philostr.* l. c. *Olearius.* Πωλεῦμαι, quod omisit *Lucianus,* in versione supplevi. Ceterum in valedicendo etiam Cyrus moriens Χαίρετε, inquit, ὦ φίλοι παῖδες κ. τ. λ. et ille apud *Callimachum* Cleombrotus Εἴπας, ἥλιε χαῖρε etc. Utrumque jungitur in illo Menelai *Odyss. O,* 151. Χαίρετον, ὦ κούρω, καὶ Νέστορι ποιμένι λαῶν Εἰπεῖν, *Valete et salvere jubete.* Gesn. Pro ὕμμιν Ms. Reg. 2954. habet εἰμι. Bip. Probat εἰμι Belinus. At unius Codicis auctoritas nihil hic valet contra omnium eorum librorum, qui hunc versum servarunt, fidem. Lehm.

Pag. 306. l. 1. Χαίρετ', ἤδη) *Eurip.* Phoeniss. 1462. Solan. Versum hunc ex *Eurip.* Phoeniss. esse desumtum, indicavit etiam *Brod.* l. saepe commonstrato. Videtur hunc *Solanus* noster in adducendis poëtarum locis saepe ducem secutus, etsi ejus raro faciat mentionem; sed quia *Brod.* numeros versuum non addit, alter eos addendo illas citationes sibi vindicasse videtur; quam ei gloriam interdum relinquemus, non ubique easdem citationes repetituri: plus enim *Solanianae* diligentiae debetur, qui et multa per se invenit, et saepe ne sectionem quidem auctoris indicante *Brodaeo*, tamen locum indagavit. Interim injuria fieret veteribus, si

semper, ubi bis ter idem dictum invenio, eorum mentionem omitterem; nam et patere oportet, unde recentiores profecerint. Reitz.

Ead. l. 4. *Πρῶτος*) Non *primus,* cum ante eum apud *Homerum* ipsum legeretur; quod ipse *Lucianus* paullo ante observavit. Quid ergo sibi jam vult? An Marathoniam pugnam ante *Homerum* fuisse credidit *Lucianus?* Bona verba. Quid ergo? Dicam. Quamvis non satis aperte, eo jam diu orationis series tendit, ut quomodo formula haec, quae primo legibus quasi soluta omni tempori apta censebatur, coeperit compellationi et epistolarum exordiis propria fieri, ostendat. Cujus rei initium a Phidippide in sermone, et a Cleone in epistolis assignat. Pluribus haec explicare coactus sum, quia a clarissimo *Euripidis* editore non sine specie vitio haec *Luciano* dabantur in notis ad Electr. v. 1357. Solan.

Ead. l. 5 *Φιλιππίδης ὁ ἡμεροδρομήσας*) Erratum est saepissime in nomine ejus viri: multo melius *Herodot.* l. VI. qui eum *Φειδιππίδην* vocat. Nomen procul dubio ei impositum ob cursus celeritatem, utpote qui cursor eximius *ἵππου ἐφείδετο*, cui non opus erat equo. Sic enim Graecis nomina saepe ab instituto et exercitatione imponebantur. Sic *Πηνελόπη ἀπὸ τοῦ λέπειν τὴν πήνην.* Sic *'Ηλέκτρα διὰ τὸ πολὺν χρόνον ἄλεκτρον εἶναι.* Sic *Μελέαγρος ὅτι αὐτῷ μέλει τῆς ἄγρας τοῦ Καλυδωνίου κάπρου.* Sic *Ἡρακλῆς, ὅτι διὰ τὴν Ἥραν κλέος ἔσχε.* Sic *Πολυΐδος, διὰ τὸ μάντις ὢν πολλὰ ἴδε.* Sic *Βελλεροφόντης ἀπὸ τοῦ Βελλέρου φόνου.* Sic *Ὑπέρμνηστρα ὅτι ὑπὲρ μνηστῆρος Λυγκέως ἐκινδύνευε·* et sexcenta talia. Palm. Etsi *Palmerio Solano*que plane adsentior, *Φειδιππίδης* scribendum, non *Φιλιππίδης*, reliqui tamen vulgatum, quia interdum non insuave est ejusmodi errores, quos ab ipsis auctoribus profectos credas, legere. Vid. infra c. 8. *Eumenes Cardianus* et *Sardianus* confusa. Reitz. *Belinus* quoque nomen hic vulgatum mutandum censet. Verum et ego cum *Reitzio* arbitror corrigi sic non librarios, sed auctorem ipsum. Leviusculus hic error est, et ejus generis, ut facile a *Luciano*, talium minutiarum minus curioso scriptore, committi potuerit. Quin graviores etiam ejus errores occurrunt, de quibus aliquando, si Deo placuerit, in peculiari commentatione exponere mihi proposui. Interim cf. *Hemsterh.* ad Charon. c. 9. v. *ἐλασσείοντι* et meam adnot. ad Diall. Mortt. XII, 7. Tom. II. p. 566. sq. Lehm.

Ead. l. 8. *Συναποθανεῖν*) *Valckenar.* ad *Herodot.* VI, p. 487. conjiciebat *ἐναποθανεῖν.* Sic *Lucianus* in Hermot. c. 75.

p. 101. ἐναποθνήσκουσι ταῖς ἐλπίσι. Mox mallem, καὶ ἅμα τῷ χαίρειν ἐκπνεῦσαι. Belin. Vide, quam diversa sic evadat loci facies ab illa, quam libri omnes edunt: τοῦτο εἰπὼν ἐναποθνήσκειν τῇ ἀγγελίᾳ, καὶ ἅμα τῷ χαίρειν ἐκπνεῦσαι. At nulla ex parte necessaria est mutatio: nec *Valckenarii* ἐναποθανεῖν pro συναποθανεῖν, quia sequitur ad eandem normam usurpatum verbum συνεκπνεῦσαι, nec *Belini* ἅμα τῷ χαίρειν ἐκπνεῦσαι, quia praecedit eadem ratione compositum verbum συναποθανεῖν. Hoc volo, vel ex hoc ipso loco demonstrari satis certo poſse, Praepositionem σὺν in compositis verbis etiam hanc vim passim apud veteres habuisse, ut significaret *eodem tempore* aliquid factum esse, *quo aliud quid*, quod adjungitur fere Dativo casu. Verum et Genitivis absolutis in hac structura locus esse potuit, ut ap. *Xenophont.* Symp. VIII, 14. τὸ τῆς ὥρας ἄνθος παρακμάζει· ἀπολείποντος δὲ τούτου ἀνάγκη καὶ τὴν φιλίαν συναπομαραίνεσθαι, i. e. *marcescere una cum deficiente juventutis flore; eodem tempore, quo juventus defloreat.* Lehm.

Ead. l. 9. *Κλέων*) Vid. Schol. *Aristoph.* ad ἐπευδ. κώλων στ. in Pluto, et in Nub. p. 162. Et *Diog. Laërt.* Platone p. 84. A. Et *Thom. Mag.* v. χαίρειν. Solan. *Thom. Mag.* v. χαίρειν ait: χαίρειν ἐν ἐπιστολῇ Πλάτων λέγεται γράψαι πρῶτος· καὶ Κλέων Ἀθηναίοις, μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν Πύλον. Sed falli (de Platone) *Thomam*, observat *Menagius* ad *Diog. Laërt.* L. III. segm. 61. p. 159. debeique h. l. *Moeridi* Atticistae. Cetera, quae *Thomas* ex hoc *Luciani* dialogo descripsit, non addam. Reitz. *Moeridis* Atticistae locus, de quo *Menagius,* habetur p. 46. ed. Oxon. 1712. Gesn.

Ead. l. 10. *Ἀπὸ Σφακτηρίας*) *Plutarch.* in Nicia. Brod.

Ead. l. 11. *Προὔθηκεν*) Hoc non verum esse, ex *Hippocratis* epistolis colligo. Brod.

Ibid. *Τὴν νίκ.*) Atheniensium contra Persas (imo *Lacedaemonios.* Lehm.) victoriam. Brod.

Pag. 307. l. 3. *Πλάτων*) *Plat.* Ep. III. 708. B. Solan. Et hoc ex *Brodaeo* habet, qui hic epistolae numerum indicat. In marg. *Ald.* 1. additur: *Plato* in Charmida. Reitz.

Ibid. *Τὸ μὲν χαίρειν κελεύει*) Castigo, τὸ μὲν χαίρειν χαίρειν κελεύει. Brod. Plana sententia est; sed forte sic *Lucianus* scripserat ludens, τὸ μὲν χαίρειν χαίρειν κελεύει, καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζει, ut p. ead. πάνυ χαίρω τῷ χαίρειν. Marcil. *Marcilius* hac nota expressit, quod ante illum *Erasmus* in versione ostenderat. Nam cum hic esset interpretatus, *verbum hoc salvere plane valere jubet, atque omnino improbat veluti malum ac pravum,* cum *Benedictus* abeat licentius a Graecis, notavit ille,

forte scripsisse ludentem *τὸ μὲν χαίρειν, χαίρειν κελεύει καὶ ἀποδοκιμάζει.* Ut et margini adscripsit pater. Et sane plenus hic libellus lusuum ex respectu hujus verbi. Sed quis neget, non interposito isto verbo non etiam ludentem scripsisse *Lucianum*, et de industria in quaestione de verbo *χαίρειν* dixisse *τὸ μὲν χαίρειν κελεύει;* Certe cum omnia praecedentia habeant sibi inclusum id verbum, aut etiam expressum, nullo genere formosior exsistit oratio, si nunc contra fidem librorum veterum repetatur. Jam neque *Luciani* oratio videtur *χαίρειν κελεύει καὶ ἀποδοκιμάζει*, sed *κελεύει χαίρειν καὶ ἀποδοκιμάζειν*, verbo *κελεύει* ad utrumque infinitivum relato, ut in Hermotimo, *ὃς δ' ἂν μὴ ἔχῃ ταῦτα, μηδὲ σκυθρωπὸς ᾖ, ἀποδοκιμαστέος καὶ ἀποβλητέος.* Gronov. *Ἀλλ' ὁ θαυμαστὸς Πλάτων* (ait noster) *ἀνὴρ ἀξιόπιστος νομοθέτης τῶν τοιούτων, τὸ μὲν χαίρειν κελεύει καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζειν ὡς μοχθηρὸν ὄν, καὶ οὐδὲν σπουδαῖον ἐμφαῖνον. τὸ δ' εὖ πράττειν ἀντ' αὐτοῦ εἰσάγει, ὡς κοινὸν σώματός τε καὶ ψυχῆς εὖ διακειμένων σύμβολον.* Vertuntur priora, *Sed mirabilis ille Plato, vir fide dignus, et legum hujusmodi lator, hoc verbum* servare *jubet plane improbare tanquam malum* etc. Non persuadeo mihi, *Lucianum* ita scripsisse, sed, *Ἀλλ' ὁ μὲν θαυμαστὸς Πλάτων — τὸ μὲν χαίρειν κελεύειν καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζει ὡς μοχθηρὸν ὂν* etc. *Sed admirabilis Plato — illud* salvere jubere *plane abrogat tanquam molestum.* Integra est dictio, *κελεύειν χαίρειν*, ut apud Latinos *salvere jubere.* In eodem hoc libello sic iterum loquitur *Noster;* ut ante, p. 517. B. *δέον τὴν συνήθη ταύτην φωνὴν ἀφεῖναι, καὶ χαίρειν κελεύειν, ubi oporteret, consuetam illam vocem mittere, et salvere jubere.* Sic paullo post p. 521. *Ἅπαντες γοῦν οἱ ἀπ' αὐτοῦ (Πυθαγόρου) ἀλλήλοις ἐπιστέλλοντες, ὁπότε σπουδαῖόν τι γράφοιεν, ὑγιαίνειν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ παρεκελεύοντο. Pythagorei itaque omnes invicem literas dantes, ubi serii quid scriberent, salvere statim in initio jubebant.* Non tamen contemnendum opinor id, quod hic viri eruditissimi attulerunt. Quod *Marcilius* scribit, forte ludentem dixisse *Lucianum, τὸ μὲν χαίρειν χαίρειν κελεύει*, potuit hausisse ex *Brodaeo*, qui IX. Miscell. c. 15. illud idem habet. Jens. De hoc loco quid statuam, non habeo. Alii viderint. Mihi *καὶ πάνυ* suspecta et spuria videntur. Quae autem *Platoni* hic, ut primo auctori tribuuntur, ea Epicuro a *Diog. Laërtio* adscribi observat *Vorstius.* Certe, si non mendosi sunt codices, pro *χαίρειν* cum *Nostro εὐπράττειν* usurpatum esse docet. Idem tamen alibi, p. 84. A. *εὖ διάγειν* ab Epicuro epistolis praescribi solitum esse dicit; sed in iis, quas ipse exhibet, Epicuri epistolis, *χαίρειν*, non *εὖ διάγειν*, *εὖ πράττειν*ve praeponitur. Solan. Multa possem ex anti-

quitatibus huc congerere de veterum salutationibus; tam ex Commentt. ad *Aristophan.* l. a Schol. indicatum, quam *Claudio*, atque ipsis fontibus; sed jam nimius in his nugis est *Lucianus*, et vereor, ne lector cum *Erasmo* dicat, *Satis jam salveo.* Vid. *Ekhard.* Obs. philol. ex Aristoph. Plut. p. 27. REITZ. Praeclaram *Jensii* emendationem firmat Ms. Reg. 2954. legendo, *τὸ μὲν χαίρειν κελεύειν καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζει* etc. BIP. Facilis erat librariorum lapsus in commutandis Infinitivis et Indicativis verborum *κελεύειν* et *ἀποδοκιμάζειν*, ita, ut pro *κελεύειν*, *κελεύει*, et vice versa pro *ἀποδοκιμάζει*, *ἀποδοκιμάζειν* scribere possent. Itaque vix dubium adhuc esse potest, quin probissima Codicis Regii lectio restituenda sit. Nec dubitavit *Schmiederus* restituere. *Χαίρειν* autem *κελεύειν* idem est, quod alibi *χαίρειν φράζειν*, *ἐᾶν* et similia. LEHM.

Ead. l. 4. *Ἀποδοκιμάζειν*) Non dissimulo, mihi etiam videri illum lusum, quem versione (quam tamen nunc ego ad mutata textus verba refingendam duxi. LEHM.) expressi, *Luciano* non indignum, et similem illi, versiculo, *Τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν, ἄγαν με τέρπει*, quin germanum illi, quod mox de Epicuro ait, *ἀνὴρ πάνυ χαίρων τῷ χαίρειν.* Ceterum servo *ἀποδοκιμάζειν* et totam adeo lectionem antiquam. Plato *κελεύει ἀποδοκιμάζειν* *jubet rejicere*, pro quo magis Latine dicitur *rejici*. *Χαίρειν* vel bis positum a *Luciano* semel omisit librarius, vel duplicem personam ipse illi auctor imposuit, quo de genere dicimus in Lex. rustico voc. *Duplex*, et ad *Plin.* epist. 8, 6, 17. GESN.

Ead. l. 8. *Ποιῶν*) Versum ipsum *Dionysii* adfert *Plato* l. c. *Χαῖρε, καὶ ἡδόμενον βίοτον διάσωζε τυράννου.* SOLAN.

Ead. l. 9. *Οὐχ ὅπως θεοῖς*) Adnotaverat in marg. ed. Graev. *Hemsterhusius*, videndum *Dukerum* ad *Thucydid.* III. p. 194. no. 31. Ait autem *Thucyd.* cap. 42. f. libri dicti: *οὐχ ὅπως ζημιοῦν, ἀλλὰ μηδ' ἀτιμάζειν, Non modo non punire, sed ne ignominia quidem adficere.* Ad quae verba pluribus docet *Dukerus*, *οὐχ ὅπως* saepe ita poni, veluti Latinorum *non modo*, pro *non modo non.* REITZ.

Ead. l. 11. *Μηδὲν*) Vid. *Diog. Laërt.* p. 215. C. cum not. p. 206. et *Jambl.* N. 146. et passim 158. *Porphyr.* N. 57. cum not. Ea de re pluribus disputat *Fabric.* Bibl. Gr. II. c. 12. §. 4. SOLAN.

Ead. l. 12. *Οἰκέλλῳ*) Cod. Florent. *'Οκέλλῳ*. BOURD. Sententiae deesse aliquid videtur. Utut sit, hujus *περὶ τοῦ παντὸς* liber nostra quoque aetate notus. Nomen alii aliter scribunt. Rectior ea videtur scriptura, quae *Ὤκελον* facit. Vid.

Stob. Ecl. Phys. I. 18. et *Jambl.* p. 217. *'Οκέλλω* scribitur hic in P. L. et ed. *Fl.* In *Commel.* et *Bon.* edd. Ocelli *"Ωκελλος*. In reliquis fere *Luciani* edd. *Οἴκελλος* scribitur. Solan.

Ibid. *Τῷ Λευκανῷ*) *Natione Lucano.* Brod.

Ead. l. 13. *Οὔτε τὸ χαίρειν, οὔτε τὸ εὖ πρ.*) Locum hunc, in vulgatis mutilum, restituimus ex Mss. Regg. 2954. et 3011. Vid. Var. Lectt. Bip.

Pag. 308. l. 2. *Οἱ ἀπ' αὐτοῦ*) *Omnes post eum Pythagorici.* Brod.

Ead. l. 6. *Τό γε τριπλοῦν*) Descripsit haec verba Scholiastes *Aristoph.* ad Nub. 163. A. Sed, ut verum fatear, haud ex arte *Lucianus* hanc figuram descripsisse videtur. Quamquam pingui, ut ajunt, Minerva loquenti, tribus constat triangulis aequalibus, ita alio alii superimposito, ut aequis spatiis anguli ab angulis distent. Verum age, geometrice jam ejus constructionem accipe. Fiat pentagonum; quae ex pentagoni utrinque productis lateribus figura orietur, ea est, quam tanta veneratione prosequebatur Pythagoras.



Formam, si per typographos liceat, in Scholiis exhibebo. Vide numismata Demetrii Soteris, in quibus exstat, sed male, ut opinor, et depicta, et a *Lazio* explicata. AG. IX, 1378. Solan. *Pentalpha* etiam vocatur hoc pentagonum, quo nomine nuper ad illustrandam ejus literae figuram antiquam exhibuit cl. *Havercampus* (de literar. ap. Graecos script. et usu n. 14. ex *Alber. de la Motraye* Tom. I. Tab. XXVIII. num. 3.) numum Pitanatarum, huc etiam referendum, quod in eo explicando aquam sibi haerere fatetur. Pitanatas igitur nos intelligimus in Laconica, apud quos cultum Aesculapium docet *Pausanias* Lacon. p. 95, 25. Wech. *Καὶ πλησίον ὀνομαζομένη λέσχη Κροτανῶν. Εἰσὶ δὲ οἱ Κρότανοι Πιτανατῶν μοῖρα. 'Ασκληπιοῦ δὲ οὐ πόῤῥω τῆς λέσχης ἐστιν ἱερόν.* Igitur Pentalpha illud Hygeae, Aesculapii vel muneris vel filiae, symbolum hic quoque. Sed quaerit etiam vir doctus, quid Ammon Jupiter hic sibi velit? Hunc quoque cultum scribit in Laconica, Lysandrumque ejus rei s. primum s. post alios auctorem laudat, idem *Pausanias* Lacon. p. 100, 10. Ceterum mansit superstitio inter Judaeos et Christianos: Germania superior appellat Pentagonum illud *den Druidenfuss.* Vid. elegantiss. *Keyslerus*, amicus meus, Antiquitt. Septemtr. p. 503. Gesn. Quia numus *Πιτανατῶν*, quem cl. *Gesnerus* ex *Havercampo* huc refert, eandem figuram habet, quae supra jam descripta est, ideo numum ipsum hic non exhibemus. Reitz.

Ead. l. 7. Ὁμοδόξους) *Qui eandem sequuntur doctrinam atque haeresin.* Brod.

Ead. l. 8. *Καὶ ὅλως ἡγοῦντο τὸ μὲν ὑγιαίνειν εἶναι. οὔτε δὲ τὸ εὖ πράττειν, οὔτε τὸ χαίρειν πάντως καὶ τὸ ὑγιαίνειν*) Si recte attendas, imperfectam videbis sententiam, et deesse aliqua talia: *καὶ ὅλως ἡγοῦντο τὸ μὲν ὑγιαίνειν εἶναι καὶ τὸ εὐπράττειν καὶ τὸ χαίρειν· οὔτε δὲ τὸ εὐπράττειν οὔτε τὸ χαίρειν πάντως καὶ τὸ ὑγιαίνειν.* Agit enim de sententia Pythagoreorum ponderantium efficaciam significationis trium horum verborum, quorum adeo validius censebant *ὑγιαίνειν*, ut illud unum in se contineret vim quoque reliquorum duorum; cum neutrum ex duobus illis par esset verbo *ὑγιαίνειν*. Et haec Graeca sic supplebat pater. Gron. In Ms. Reg. 3011. legitur *τῷ μὲν ὑγιαίνειν — τῷ εὖ πράττειν, οὔτε τῷ χαίρειν.* Unde post *Gronovium* ita restituit hunc locum *Belinus*: *καὶ ὅλως ἡγοῦντο τῷ μὲν ὑγιαίνειν εἶναι καὶ τὸ χαίρειν, καὶ τὸ εὖ πράττειν, οὔτε δὲ τῷ εὖ πράττειν, οὔτε τῷ χαίρειν πάντως ἐνεῖναι τὸ ὑγιαίνειν.* Bip. Vid. Varr. Lectt. Lehm.

Ead. l. 9. *Εἶναι*) Locus mutilus et corruptus, quique adeo in ed. *J.* stellula notatur. In Fl. lacuna est trium quatuorve literarum, hunc in modum . . . *ναι*. Quando vero de formula *ὑγιαίνειν* sermo incidit, subit animum, quomodo ea usus sit Agesilaus ad castigandum Menecratem medicum, qui Jovem se appellari non patiebatur modo, sed ipse in epistola ad eum data scripserat *Μενεκράτης Ζεύς*. Agesilaus rescripsit nihil aliud, quam *Ἀγεσίλαος Μενεκράτει ὑγιαίνειν.* Acrius sane, quam Philippus Macedo, qui eidem, ut Anticyram navigaret, auctor in epistola fuit. De priori narrat *Plut.* in Ag. 1110. De posteriori *Athen.* 289. Solan. Errat igitur *Aelianus* V. H. XII, 51. cum utrumque responsum uni Philippo adscribit. Reitz.

Ibid. *Τὸ εὐπράττειν*) Nimirum Graeca ita sunt supplenda, ut factum est a *Gronovio*, ut supplenda videram ante aliquando, quam *Gronoviana* mihi emendatio innotesceret. Gess. *Εὖ πράττειν*) Interim *εὐπράττειν* junctim. Vid. Var. Lectt. paullo supra; sed hoc parvi. Non nego, quod multis probat *Elsner.* ad Act. Apost. XV, 29. *εὖ πράττειν* significare, *felicem, beatum esse.* Nec tamen ita perpetuo hoc solo significatu gaudere putem, quin et notet, *recte aliquid facere*, quod is propemodum negare videtur: nam ap. *Aeschin.* Dial. 2. de divit. §. 6. *Ἀλλ' ἆρά γε τούτους ἂν τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονεστάτους ἡγησαίμεθα εἶναι, οἵτινες μάλιστα εὖ πράττοιεν; Ἐμοὶ γοῦν δοκοῦσιν. Οὐκοῦν ἂν οὗτοι ἄριστα πράττοιεν ὅσοιπερ καὶ ἐλάχιστ*

ἐξαμαρτάνοιεν περὶ σφᾶς αὐτοὺς, καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους etc. Ubi *Clericus* putat, Socratem abuti locutionis ambiguitate, quod εὐπράττειν sit, et *bene se gerere*, et *secundis rebus uti*. Nihil refert: ad actiones certe extendi, ex toto argumento patet. Plura addere temporis et loci angustia prohibent. Reitz.

Ead. l. 10. Τὴν τετρακτὺν) Huc pertinet, quod est in aureo versu Pythagorae:

> *Ναὶ μὰ τὸν ἡμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν*
> *Παγὰν ἀεννάου φύσεως.*

Bourd. Sermo fit de Pythagora ejusque sectatoribus, apud quos τὸ ὑγιαίνειν in frequentissimo fuerit usu et quasi cultu. Ait porro *Noster*, εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τὴν τετρακτὴν, τὸν μέγιστον ὅρκον αὐτῶν, ἣ τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖν. οἱ δὲ καὶ ὑγείας ἀρχὴν ἐκάλεσαν. Male dederunt hic posteriores τετρακτὴν, cum, ut omnes ant. editt. habent, scribendum sit τετρακτύν. Τετρακτὺς nempe appellabatur τετρὰς Pythagorica. In verbis sequentibus pro ἣ τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖν, *Brodaeus* dicto loco legit, ἣ (scilicet τετρακτὺς) τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖ. Ita ergo vertendum erit: *Sunt autem, qui quaternionem vocarunt maximum eorum jusjurandum, qui perfectum apud eos numerum absolvat: alii vero* eundem quaternionem dixerunt *sanitatis principium.* At si recte consideres, videtur nulla ope medica opus, cum commode dicatur quaternio vel maximum Pythagoreorum jusjurandum esse, vel perfectum apud eosdem numerum absolvere. Ceterum quod *Noster* ait, quosdam τὴν τετρακτὺν appellasse ὑγείας ἀρχὴν, eo facit distichon illud, quo itidem jusjurandum comprehenditur, apud *Jamblichum* de Vita Pyth. p. 147.

> *Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρῃ γενεῇ παραδόντα τετρακτὺν,*
> *Παγὰν ἀεννάου φύσεως ῥιζώματ᾽ ἔχουσαν.*

Primum versum habet et *Macrobius* in Somn. Scip. at pro ἁμετέρῃ γενεῇ ibi ἁμετέρᾳ ψυχᾷ· plane uti in aureis, quae dicuntur *Pythagorae*, carminibus. Rursum aliter concipit *Jamblichus* eundem illum versum p. 138. ubi ait, distichon illud fuisse jusjurandum Pythagoreorum, ipsius Pythagorae nomen reticentium, veluti parce solerent Deorum nomina profari:

> *Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρας σοφίας εὑρόντα τετρακτὺν,*
> *Παγὰν ἀεννάου* etc.

Jens. Ea de re jam supra in Vit. Auct. c. 4. dictum est. Subaudiendum autem hic φασί. Sed haec omnia obscuriora: nec tanti tamen sunt, ut operose ad ea dilucidanda quis incumbat. Laudarem, si absque tot doctis ambagibus *valetudi-*

ni, lato illo sensu, consuluissent. Vide, si lubet, *Denarium Pythagoricum* Meursii et *Cael. Calcagn.* V. epist. 8. AG. IX, 1378. c. VI. SOLAN.

Pag. 309. l. 1. *῞Ορκον*) *῏Η τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖν, οἱ δὲ καὶ ὑγείας ἀρχὴν* etc. *῾Η τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖ, ἤδη καὶ ὑγείας.* MARCIL.

Ead. l. 2. *῏Η — ἀποτελεῖν*) *Rittershusius* hunc locum laudans ad *Porphyrium* p. 26. pro *ἢ*, *καὶ* mavult. In posterioribus autem curis *ἢ* reponit, et *ἀποτελεῖ* legit, p. 91. Optime sane, nam 1. 2. 3. 4. si addantur, evadit numerus denarius ab iis perfectissimus habitus. Vide etiam, quae de eo tradant *Eusebius* in Hieroclem p. 439. (ed. *Philostr.*) et *Diog. Laërt.* VIII. §. 85. Laudatur etiam *Philolai* liber *περὶ φύσεως* in libello, cui titulus, *τὰ Θεολογούμενα τῆς ᾿Αριθμητικῆς*, apud *Wechelium* impresso, Parisiis 1543. p. 22. m. De *ἀποτελεῖν* vide Hermot. c. 36. SOLAN. Ita exaratum est *ἀποτελεῖ.* v. ap. *Brod.* Misc. IX, 15. Castigo *ἢ τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖ. ᾿Εντελῆ* autem, *denarium*, eo quo supra docui modo, ait idem, innuens ea, quae dixit ad verba *μέγιστον ὅρκον*, additque figuram, quam cum etiam *Solanus* expresserit, non repetimus. REITZ. Hic *Marcilii* emendationem sequimur; ut adhuc editum est, caecutire nos fatemur. GESN. Cf. Varr. Lectt. ad h. l. LEHM.

Ead. l. 3. *Φιλόλαος*) Auctor is carminum, quae vulgo Pythagorae tribuuntur, de quo in nota praecedenti. SOLAN.

Ead. l. 4. *᾿Επίκουρος*) Exstant adhuc apud *Diog. Laërt.* tres epistolae Epicuri gravissimis de rebus scriptae, quibus tamen illud *ὑγιαίνειν* minime praemittitur. Quin et Diogenes ipse l. c. aliquando adhibuisse *τὸ εὖ πράττειν*, aliquando suum *εὖ διάγειν*, docens, de *ὑγιαίνειν* altum silet. Alterutrum ergo, aut utrumque errasse dicendum est. SOLAN.

Ead. l. 7. *῾Υγιαίνειν εὐθὺς*) In omnibus tamen a *Laërtio* citatis ejus epistolis *χαίρειν* semper praefixum est. BROD.

Ead. l. 8. *᾿Εν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ*) Fuit enim prisca, media ac nova Comoedia. BROD.

Ead. l. 10. *Οὖλέ τε —*) *Hom.* Od. *Ω*, 401. SOLAN.

Ead. l. 11. *Σαφῶς*) Ita, ut conjeceram, habet Cod. L. Vid. c. 10. Reliqui libri *σοφῶς*. SOLAN.

Ead. l. 12. *῎Αλεξις*, et *᾿Αχαιὸς*) *Alexis* Comicus. *Achaeus* itidem Comicus ac *Philaemon.* BROD. *Alexis* poëta Comicus, cujus praeter fragmenta passim occurrentia nihil superest. *Achaeus* Eretrius, poëta Tragicus, Sophocle paullo junior. De *Philemone* vide *Suidam.* Ejus fragmenta edidit nuper cum

Menandreis *J. Clericus*, in quae paullo post prodierunt emendationes adeo eruditae, ut quamvis latere voluerit, auctorem facile omnes agnoscant. Inter longaevos hic Comicos a *Nostro* recensetur c. 25. Solan.

Pag. 310. l. 5. *Πλάτων*) Habet etiam *Cl. Alex.* Strom. III. teste *Steph.* in Lyr. qui Simonidi tribuit p. 103. uti et Scholiastes. *Athen.* etiam habet 694. E. *ὑγιαίνειν μ. ἀ. ἀνδρὶ θνητῷ, δεύτερον δὲ καλὸν φυὰν γενέσθαι, τὸ τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως· καὶ τὸ τέταρτον συνηβᾷν μετὰ τῶν φίλων·* ubi de eo plura. Apud *Stobaeum* Scleriae tribuitur, et aliter scribitur. Vide *Grot.* Flor. 425. Solan. *Πλάτων μέμνηται*) In Gorgia 283. A. et Legg. II, 579. *Solan.* Haec ad marg. *Junt.* addiderat; at mox iterum ad eund. versum notat *Plat.* de Legg. II, 211. m. diversas editt. credo, respiciens. Ad verba autem sequentia *δεύτερον — τρίτον*, iterum ait, v. *Plat.* l. c. Reitz.

Ead. l. 8. *Ἵνα σοι*) Suspicabar *ἵνα μή σοι*, ut sit formula connectendi per praeteritionem, qua frequenter utuntur omne genus scriptores. Gesn. Haud dubie excidit *μὴ*, quamquam id non ausim textui inserere, quum certa ejus lectionis vestigia desint. Alia ratio est in verbis Timon. c. 5. in. *ἵνα γὰρ τὰ κοινὰ ἐάσας τἀμὰ εἴπω*, et in similibus locis, ubi verbum *ἐᾷν* notionem negativam includit. Lehm.

Ead. l. 10. *Ὑγίεια*) Sic incipit *Ἀρίφρωνος τοῦ Σικυωνίου παιὰν εἰς ὑγίειαν*, quem totum v. apud *Athen.* XV. in fin. Vorst. Qui etiam vidit emendandum, et *ναίοιμι* cum *Athenaeo* scribendum, quod et P. et L. praeferunt. Vocem *ὑγίεια* ex *Athenaeo* etiam sic scripsimus, quae antea *ὑγεία* scribebatur. Hunc hymnum inter Miscellanea Graecorum aliquot carmina Londini nuper editum esse audio (a. 1722.) cum notis. Solan. *Ὑγίεια* hic pro vulgato *ὑγεία* dedi, monente *Solano* nostro, cum paullo supra tamen recte *ὑγεία* propter versum scribatur, veluti et in fragm. *Menandr.* 42, 1. *Οὐκ ἔσθ' ὑγείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ.* Ibidem vero rursus statim, *Ὑγίεια καὶ νοῦς, ἐσθλὰ τῷ βίῳ δύο.* In aliis autem *Luciani* locis non erit operae inquirere, sitne *ὑγεία* an *ὑγίεια* scribendum; sed cum edd. pleraeque semper *ὑγεία* scribant, id retinebimus, nisi versus obstet. Confer ad c. 6. de Merced. cond. Reitz.

Pag. 311. l. 3. *Ἧλον ἥλῳ*) *Clavum clavo.* Id est, malum alio malo. *Aristot.* L. V. Polit. c. penult. *Cic.* IV. Tusc. Cogn. Conf. dial. proxime praecedent. c. 9. ubi idem proverb. usurpat *Noster*, et quae ibi notavimus. Reitz.

Ead. l. 5. *Τῷ παρόντι*) Intellige *λόγῳ*. Brod.

Ead. l. 6. *Ἐν Ἰσσῷ*) Plutarchus in Alexandro. Brod. Cod. Flor. *ἐν Ἰστῷ*. Bourd.

Ibid. *Εὐμενὴς ὁ Καρδ.*) Cardianum fuisse Eumenem, *Plutarch.* in *Corn. Nepote* aliique diserte tradunt. *Σαρδιανὸς* tamen in omnibus *Luciani* codicibus legitur. Ego haud cunctanter mutavi, idemque ante me *Vorstio* placuisse video. Ap. *Aelian.* Var. Hist. III, 23. etiam recte quidem *Καρδιανὸς* legitur, sed nomen Eumenis in *εὖ μὲν* in omnibus seculi XVI. edd. mutatum est; quod a recentioribus editoribus sedulo restitutum est. Scripsit Eumenes hic *Ephemerides Alexandri.* Vid. *Athen.* X, 9. Fuit autem inter comites seu duces ejus vir plane illustris, cujus vitam ideo nobis reliquit *Nepos* et *Plutarchus.* Cardianus dicitur ab oppido Thraciae in Chersoneso, quod Cardia vocabatur. Haec *Periz.* ad *Ael.* l. c. Solan. Edd. *Σαρδιανός*, nec aliter Codd. At in nominibus propriis, si Codices consentiunt, non semper cogitandum, auctores aliter scripsisse, etsi error in nomine deprehendatur: nam et *μνημονικὸν ἁμάρτημα* ipsius auctoris esse potuit, quale est *Ciceronis* in Orat. pro Ligario, quod ipse corrigit in Epist. ad Att. XIII, 44. Et alibi Ajacem posuisse pro Hectore, *Gell.* XV, 6. animadvertit. Plura ejusmodi veterum *ἁμαρτήματα* vid. ap. *Periz.* in Animadv. hist. p. 7. 8. Hic vero in re tam nota non potuit errare *Lucianus:* nam Eumenem Cardianum fuisse vid. etiam ap. *C. Nep.* in ejus vita, ibique in nott. *Bosii* cognosces itidem librarios quosdam male *Sardianus* exaravisse. Sed si scribae Graeci ex Latinis suum errorem hausissent, facilis fuisset aberratio, antiquum C, id est, *sigma* Graecorum, cum Latino C, quod hic K sonat, confundentium, et ex CARDIANUS *Cαρδιανὸς* facientium. Quidquid sit, correctio mihi visa tam necessaria, ut mutare vulgatam non dubitaverim. Reitz. Cf. supra Adnot. ad c. 3. Lehm.

Pag. 312. l. 6. *Ἀντὶ τοῦ ἐῤῥῶσθαι*) Graeci enim *ἔῤῥωσο* subscribunt. Brod.

Ibid. *Διονυσόδωρος*) De hoc scriptore, si quidem scriptor etiam fuerit, nihil ego quidem comperio. Solan. Rhetorem ejus nominis producit *Noster* in Sympos. c. 6. 9. sqq. Verum num hic idem cum collectore epistolarum Ptolemaei fuerit, non liquet, nec multum curo. *Belini* solertia mavult h. l. *Dionysiodorum* quendam Boetum, historiae Graecae scriptorem, ad Philippi usque, Alexandri patris, aetatem perductae. Habeat sibi. Lehm.

Ead. l. 8. *Πύῤῥον τοῦ Ἠπειρώτου*) De quo *Justin.* L. XVIII. Cogn.

Ead. l. 15. *Οὐδὲν ὄφ.*) Videtur ad sententiam illam Coi senis, L. III. de diaeta, alludere: *οὐδὲν ὄφελός ἐστιν, οὔτε*

χρημάτων, οὔτε σώματος, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδενὸς, ἄτερ τῆς ὑγιείας. Vorst.

Ead. l. 16. Ἔστ' ἂν τὸ ὑγιαίνειν) Non inepte in variantt. Lectt. notaverat *Solanus*, sic legendum, ac distinguendum: ὅτι οὐδὲν ὄφελος τῶν ἁπάντων ἀγαθῶν ἐστι, ἂν τὸ ὑγιαίνειν μόνον ἀπῇ. Nam etsi paullo praecedens illud ἔστ' ἂν τοῦτ' ἔχῃ recte se habet, hic tamen minus aptum. Forsan tamen hoc fefellit librarios, quod bis idem eodem modo scribendum crederent. Prius autem illud pleonasmus est, qualis fere in Tab. *Cebet.* p. 8. ed. Rel. ἀλλ' ἔστιν, ἔφη, οὕτως ἔχοντα, *omnino vero, inquit, haec ita se habent.* Reitz. Cur h. l. minus aptum sit ἔστ' ἂν — ἀπῇ, non video; hoc autem sentio, languidiorem fore orationem, si οὐδὲν ὄφελος — ἐστι scribatur, quum usus ferat, ut in hac phrasi Substantivum verbum plerumque omittatur. Lehm.

Pag. 313. l. 2. Μηδὲν ἄλλο) Hoc vult, credo, quasi jamjam morituro, *vale* illud male ominatum. Solan.

Ead. l. 9. Ὅσῳ) Cl. *Hemsterh.* ad marg. ed. *Graev.* adleverat, (vid. *Duker.* ad *Thucyd.* p. 435. no. 5.) Id est ad lib. VI, 89. fin. Ibi autem *Dukerus* egregie docet, post ὅσῳ, μᾶλλον intelligendum relinqui, idque exemplis ex *Luciani* Phalar. ex hoc Dial. pro Laps. et ex Pseudom. aliisque quinque ex *Thucyd.* petitis comprobat. Cumque nec ibidem, nec in aliis a me alibi producendis exemplis post ὅσον in tali constructione sequatur infinitivus, tanto minus quoque dubitavi vulgatum δεῖσθαι cum Ms. P. in δεῖσθε mutare. Etsi non nego, alibi infinitivum posse sequi, ut Dial. seq. statim init. Ὅσον — — — τεκμήρασθαι. Sed ibi ἐστὶ intelligitur, quod vel addendum ambigit *Guyetus*, hic vero minus commode subaudiri posset. *Ael.* quoque V. H. I, 4. ὅσον ἁρπάσαι, ac bis, ter alibi cum infinitivo; non tamen ita, ut cum hujusmodi nexu concordet. Illam autem τοῦ μᾶλλον omissionem fefellisse video *Meibomium* ad *Epict.* Sent. 92. illud frustra ingerere volentem; quando *Epict.* recte ait, ὅσῳ τὶς ἂν ἄφρων ᾖ, τοσούτῳ πλέον ἐξυβρίζει. Sed, si eo usque opellam nostram protrudendae huic *Luciani* editioni continuare dabitur, ad similem *Nostri* locutionem, quae est in Gall. c. 18. ὅσῳ δὲ ἂν ξενίζοιμι, τοσούτῳ καινότερος ᾤμην αὐτοῖς ἔσεσθαι, plura forsan dabimus. Adde *Nostrum* I. Phal. cap. 1. ὅσῳ δὲ ἱεροί τέ ἐστε. Reitz.

Ead. l. 14. Ἀλλὰ) *Καὶ ἐν τῷ τῶν ἐντολῶν βιβλίῳ* etc. *Et in mandatorum libello.* Marcil.

Ibid. Ἐντολῶν) De *mandatis* principum, quod proprium

harum ἐντολῶν nomen est, plenissime egit *Brisson.* de form. 3, 84. ubi neque hunc locum praetermisit. Gesn.

Pag. 314. l. 2. *Πρῶτον*) Quaenam ea formula fuerit, quam hic tangit, nescio. In fine epistolarum quidem frequenter *valetudinem curare* jubebant; vide etiam Imperatoriam epistolam apud *Philostratum* in Herode, p. 562. in qua haec verba leguntur: *σὲ δὲ ὑγιαίνειν τε εὔχομαι.* Sed neque hoc principium epistolae, neque omnino formula hic est, cum de valetudine in antecedentibus sermo fuerit. Ab eruditissimo *Graevio*, quo nemo harum rerum peritior, dum in vivis erat, hunc locum doleo non fuisse illustratum. Aliam eamque solitam formulam vide apud *Xiphilin.* in Adriano 264. A. et sexcentos alios: *Si vales, bene est* etc. ad quam respexisse *Lucianum* credo. Solan. *Wielandius* putat, *Lucianum,* utpote literarum formularumque Latinarum, ante quidem quam Imperatoris castra sequeretur, minus peritum, commiscuisse h. l. epistolarum initia (*Si vales, bene est*) et fines (*Cura valetudinem tuam.*). Verum non omnino de quovis epistolarum genere h. l. agitur, sed, quod bene *Marcilius* observat, de *mandatorum imperatoriorum libellis,* (*τὰ τῶν ἐντολῶν βιβλία, ἃ ἀεὶ παρὰ βασιλέως λαμβάνετε,* verba autem forte facit ad provinciae nescio cujus vel Proconsulem, vel Procuratorem, Sabinum) qui libelli tum temporis omnino quidem epistolarum forma induti eo vero a vulgaribus epistolis aliquantum distulisse videntur, quod hortatio illa ad valetudinis curam statim a principio eorum poneretur. Idque probabilius, opinor, statuitur, quam si in novi peccati crimen *Lucianum* nostrum impedire vellemus. Lehm.

Ibid. *Παράγγελμα*) *Ὑγείας τῆς ὑμετέρας αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι.* Formula illa fuit, *Valetudinem tuam cura diligenter,* aut, *da operam, ut valeas,* aut, *fac, ut valetudinem cures.* Quae formula in *M. Tullii* epistolis ad Terentiam uxorem. Sed illae in epistolis extremis, in mandatorum vero libellis primis. *Ἐντολῶν* vero *βιβλίον* esse mandatorum libellum, quem a principe accipiebant praesides et procoss. et *ἐντολὰς βασιλέων* esse mandata principum, patet *Dionis* libro LIII. Marcil.

Ead. l. 3. *Μάλα εἰκότως*) Sic editt. quod servavi: nam apostrophus centies negligitur; vid. supra in Apol. pro Merced. c. 11. *ὑπ' ἀπορίας,* et *ὑπὸ ἀπορίας.* Reitz.

Ead. l. 6. *Τῷ τῆς ὑγείας ὀν. πολ. ἀμείβ.*) Formula est, *ut vales?* ut *Plauti* Rud. Sc. 29. Marcil. Respicit hic vulgares Romanorum salutandi formulas, apud quos tamen haud temere illud *vale* in occursu usurpatum invenies. Notum, *Salve*

Caesar. Valc Fulvi. Plut. 902, 1. *Xiph.* Adrian. 269. D. οὔτι γε τῷ ἑωθινῷ προσρήματι τῷ χαῖρε, ἀλλὰ τῷ ἑσπερινῷ τῷ ὑγίαινε χρησάμενος. Adde *Muret.* var. Lectt. XI, 2. Solan.

Ead. l. 7. Ἐκ προνοίας) Sic infra Philopatr. c. 1. ἐκ προνοίας συνήντηκας. Et sic ἐκ saepe apud alios pro ablativo caussae, et pleonastice, ut *Herodian.* I, 4, 21. Ἐκ μιᾶς φωνῆς. *Noster* Catapl. cap. 11. med. ἐκ τινὸς αἰτίας. *Ael.* V. H. III, 9. ἐξ Ἄρεως — — ἐξ ἔρωτος μανέντα. *Cic.* ad Attic. VI, 1. ἐξ ἀφαιρέσεως *sanare.* Reitz.

Ead. l. 8. Ὑγιαίνειν) Ut Augustus, apud *Plutarchum* περὶ ἀδολεσχ. pag. 902, 1. *H. Steph.* ad Fulvium secreti proditorem, χαῖρε Καῖσαρ dicentem, ὑγίαινε, inquit, Φούλβιε, quae vox irae Caesaris nuntia, et voluntariae mortis Fulvio caussa fuit, certe occasio. Gesn.

Ead. l. 13. Ὑγείας) Quae Aesculapii fuit filia. *J. Brod.* Miscell. IX, 15. Ceterae autem ejusdem filiae commemorantur ap. *Aristoph.* Plut. v. 702 — 3. *Jāso* et *Panacaea.* Addit tertiam Scholiast. *Aeglen*, omittit *Hygeian*, ac dubitat num *Jaso* Aesculapii, an potius Amphiarai filia sit dicenda, quod hic inquirere nihil attinet. Alii certe *Hygiam* filiabus Aesculapii adnumerant. Ὑγείαν illam Deam etiam Ὑγίαν vel Ionice Ὑγίην dictam invenio in inscript. veteri Albae Juliae reperta, apud *Gruter.* p. 68.

ΚΥΡΙΩ ΑϹΚΛΗ-
ΠΙΩ ΚΑΙ ΥΓΙΗ
ΘΕΟΙϹ ΕΠΙΚΟΥΡΙΟΙϹ.

Quod jam notavit *Cellar.* in libello Antiquit. medicar. p. 21. Ubi etiam docet, hanc non prorsus eandem esse, quae *Salus* Romanorum Dea est; nam *Saluti* templum jam dicatum erat ante advectam Aesculapii religionem, et plus Romani a *Salute* petierunt, quam ab *Hygeia* Graecorum, i. e. praeter valetudinem firmam, etiam florentem rerum suarum statum. Non tamen Latine ὑγεία aliter jam olim verti solebat, quam *Salus*; vid. *Macrob.* I. Sat. 20. Reitz.

Ibid. Ἐπιπνοίᾳ) Sic W. pro vulgato ἐπινοίᾳ haud spernendo quidem, sed, ut puto, tamen minus vero. Solan.

Pag. 315. l. 5. Ἄγαν ἐπιθυμίας) Graecismus vulgatissimus, adverbii pro adjectivo, ut supra, Apolog. c. 12. ὁ ἀεὶ χρόνος, ubi quaedam similia jam dedimus. *Herodian.* I, 3, 5. ἀπὸ τῆς ἄγαν ἀκρασίας. *Aelian.* V. H. XIII, 15. ὑπὸ τῆς ἄγαν μανίας. Plura *Jens.* ad Dial. Amor. Reitz.

Ead. l. 7. Ἐν τῇ τάξει) Vid. *Brisson.* de formulis, ubi de mandatis principum agit. Vorst. Modo ὢν expungendum

censuit *Seagerus* in Classic. Journ. Vol. XII. p. 71. temerario profecto consilio. Elegans est haec brevitas, quam, si opus sit, explere poteris collatis verbis Concil. Deor. cap. 4. ubi Momus compluribus diis rusticis recensitis, pergit: *ὧν ὁ μὲν (Πὰν) κέρατα ἔχων, καὶ ὅσον ἐξ ἡμισείας ἐς τὸ κάτω αἰγὶ ἐοικὼς, καὶ γένειον βαθὺ καθειμένος, ὀλίγον τράγου διαφέρων ἐστίν. ὁ δὲ (Σειληνὸς) φαλακρὸς γέρων* etc. Lehm.

Ead. l. 9. *Ἀναφέρωσι τὸ πρᾶγμα*] Nititur haec lectio quatuor Codicum fide, et applausum *Belini* ac *Schmiederi* tulit meritum. Est autem *ἀναφέρειν τι εἰς ἄνοιαν* etc. eodem modo dictum, quo Rhetor. Praec. c. 23. *ἐς τὴν ῥητορικὴν γὰρ καὶ τοῦτο ἀνοίσουσιν οἱ πολλοὶ, nam hoc quoque* (*τὸ ὑπὸ τῶν γυναικῶν σπουδάζεσθαι*) *referent vulgo ad rhetoricam, attribuent tanquam propriam virtutem rhetoricae,* Sed quae in Edd. vulgabatur, lectio *παραφέρωσι* originem suam proxime praecedenti voci *παραφροσύνην* debere videtur. Lehm.

Ead. l. 13. *Τοιοῦτον*) Sic erat in M. Sed erasa deinceps est litera N. Sic etiam habent edd. Solan. *Τοιοῦτον* recte, et Attice pro *τοιοῦτο*. Vide nos supra ad c. 15. Vit. Auct. Et *Nostrum* ubique. Reitz.

Sumtibus librariae Weidmanniae prodierunt Lipsiae:

Aristophanis Nubes, fabula nobilissima integrior edita auctore Carolo Reisigio, Thuringo. 8 maj. 1820. Charta impress. 1 thlr.
— — Idem liber, charta script. gall. 1 thlr. 6 gr.
* — — Idem liber, charta membran. 1 thlr. 16 gr.

Aristophanis Comoediae auctoritate libri praeclarissimi seculi decimi emendatae a Phil. Invernizio etc. Vol. IXi Pars I. Supplementa Commentariorum, curavit Guil. Dindorfius. 8 maj. 1822.
Etiam sub titulo:
Commentarii in Aristophanis Comoedias. Collegit, digessit, auxit Guil. Dindorfius. Vol. VIIi Pars Ia. Supplementa commentariorum. 8 maj. Charta script. 3 thlr. 12 gr.
* — — Idem liber, charta belg. opt. 6 thlr.

Aristophanis Comoediae etc. Vol. Xum. Scholia graeca, curavit Guil. Dindorfius. 8 maj. 1822.
Etiam sub titulo:
Scholia graeca in Aristophanis Comoedias. Edidit Guil. Dindorfius. Vol. Ium. 8. maj. Charta script. 3 thlr. 20. gr.
* — — Idem liber, charta belg. opt, 6 thlr. 16 gr.

Aristophanis Pax. Ex recensione Guil. Dindorfii. 8 maj. 1820. Charta impress. 15 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 18 gr.
* — — Idem liber, charta membran. 1 thlr.

Arstophanis Equites. Ex recensione Guil. Dindorfii 8 maj. 1821. Charta impress. 15 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 18 gr.
* — — Idem liber, charta membran. 1 thlr.

Aristotelis de arte poëtica librum denuo recensitum commentariis illustratum, recognitis Valettii, Hermanni, Tyrwhitti, Buhlii, Harlesii, Castelvetri, Robortelli aliorumque complurium editionibus edidit cum

prolegomenis et notitiis indicibus Ern. Aug. Guil. Graefenhan. 8 maj. 1821. Charta impress. 1 thlr. 12 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 1 thlr. 18 gr.
* — — Inem liber, charta membran. 2 thlr.

Benedicti, Traug. Fred., Observationes in septem Sophoclis Tragoedias. 8 maj. 1820. Charta impress. 1 thlr. 6 gr.
— — Idem liber, charta script. 1 thlr. 12 gr.
* — — Idem liber, charta membran. 2 thlr. 8 gr.

Choerili, Samii, quae supersunt. Collegit et illustravit, de Choerili Samii aetate, vita et poësi aliisque Cchoerilis disseruit Dr. Aug. Ferd. Naekius. Inest de Sardanapali epigrammatis disputatio. 8 maj. 1817. Charta impressiora. 1 thlr. 6 gr.
— — Idem liber, charta scriptoria. 1 thlr. 12 gr.

Demosthenis Philippica I. Olynthiacae III. et de Pace, selectis aliorum suisque notis instruxit M. Carol. Aug. Rüdiger. 8 maj. 1818. Charta impress. 21 gr. et 1 thlr.
— — Idem liber, charta script. 1 thlr. 4 gr.

Göller, Franc., de situ et origine Syracusarum ad explicandam Thucydidis potissimum historiam scripsit atque Philisti et Timaei rerum Sicularum Fragmenta adjecit. Acced. tabula topograph. Syracusarum. 8 maj. 1818. Charta impress. 1 thlr. 12 gr.
— — Idem liber, charta script. 1 thlr. 18. gr.

Hesychii, Milesii, Opuscula duo quae supersunt, I. de hominibus doctrina et eruditione claris. II. de originibus urbis Constantinopoleos et cardinalis Bessarionis epistola de educandis filiis, Joannis Palaeologi lingua graeca vulgari scripta. Graece et Latine. Recognovit, notis Hadr. Junii, Henr. Stephani, Joa. Meursii, Petri Lambecii, Gisb. Cuperi; F. J. Bastii aliorumque et suis illustravit Joa. Conr. Orellius. Cum indicibus necess. 8 maj. 1820. Charta impress. 1 thlr. 18 gr.
— — Idem liber, charta script. 2 thlr.
* — — Idem liber, charta membran. 2 thlr. 8 gr.

Phrynichi Eclogae nominum et verborum Atticorum. Cum notis P. J. Nunnesii, D. Höschelii, J. Scaligeri et Corn. de Pauw partim integris partim contractis edidit, explicuit Christ. Aug. Lobeck. Accedunt fragmentum Herodiani et notae, praefationes Nunnesii et Pau-

wii et Parerga de vocabulorum terminatione et compositione, de aoristis verborum authypotactorum etc. 8 maj. 1820. Charta impress. 3 thlr. 12 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 4 thr. 8 gr.
* — — Idem liber, charta membran. 6 thlr.

Polybii editionis Shweighaeuseranae Supplementum, continens Aeneae, Tactiti, Commentarium de toleranda obsidione ad codd. mss. et editionum fidem recensitum, Is. Casauboni aliorumque et suis annotat. illustratum edidit Jo. Conr. Orellius. Cum tab. aeri incisa. 8. maj. 1818. Charta script. 1 thlr. 16 gr.
* — — Idem liber, charta belg. opt. 2 thlr. 12 gr.

Spitzner, M. Francisc., de versu Graecorum heroico, maxime Homerico. Acced. Ejusdem Mantissa observatt. crit. et grammat. in Quinti Smyrnaei Posthomericorum libros XIV et M. Frider. Traug. Fridemanni Dissertatio de media syllaba Pentametri Graecorum elegiaci et Indices. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 thlr. 16. gr.
— — Idem liber, charta scriptor. 2 thlr.
* — — Idem liber, charta membran. (velin) 4 thlr.

Spohn, M. F. A. Guil., Commentatio de extrema Odysseae parte inde a rhapsod. Ψ versu CCXCVII aevo recentiore orta, quam Homerico. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 thlr. 8 gr
— — Idem liber, charta script. 1 thlr. 12 gr
* — — Idem liber, charta membran. (velin) 2 thlr

Theocriti Reliquiae. Graece et Latine. Textum recognovit et cum animadversionibus Theoph. Christoph. Harlesii, Jo. Christ. Dan. Schreberi, aliorum excerptis suisque edidit Theophilus Kiessling. Accedunt argumenta graeca, scholia, epistola Iac. Morellii ad Harlesium et indices. 8 maj. 1819. Charta impress. 3 thlr. 16 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 4 thlr. 12. gr.
— — Idem liber, charta membranacea. 6 thlr. 16. gr.

BINDING LIST DEC 15 1942

PA
4230
A2
1822
t.3

Lucianus Samosatensis
Opera

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY